




**Confessio illustrissimi Principis ac Domini, D. Christophori
ducis VVirtenbergensis et Theccensis, comitis Montbeligardi
&c.**

<https://hdl.handle.net/1874/430441>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

F. fo.

26

27

17.

Слѣдъ сошнѣмъ
рѣчь бѣжѣнѣ


и.






F. fo.

26





DEFENSIO CA-
tholicæ confessionis, & Scholio-
rum circa confessionem illustri-
simi Ducis Vuirtembergensis nomine editam, ad-
uersus Prolegomena Brentij.

AUCTORE F. PETRO DE SOTO, OR-
dinis Sancti Dominici, professore
Theologiae.



Ed. Donat. Bazelii



Confessionem nostram catholicā, & scholia circa suam; hoc est, nomine Illustrissimi Ducis Vuirtenbergensis editam, confessionem fidei Brentius acerbissimè (ut ostendit) tulit: atq; in eam acerrimè mox insurgendū sibi esse existimans, promittit apologiam, sed dum illā parat, prolegomena quædam præmittit, in quibus quatuor locos tractat, scilicet de officio principum secularium in Ecclesia filij Dei: de auctoritate sacre scripturæ: de traditionibus: de catholica Ecclesia & in eis omnem auctoritatem, circa dogmata, & controuersias fidei principibus secularibus tribuit, & aufert Episcopis: & quidem cuiq; priuato asserit esse necesse, iudicare de omni, etiam concilijs, imò & Angeli doctrina, nulliq; licere alterius iudicium sine suo sequi: alioquin, inquit, licitum fuit ludæis, iudicio Annæ, & Caiphæ in damnatione Christi consentire, & repugnare illicitum, & de me dicit, quòd in uarias formas me uertam, cum scripturæ auctoritate premor, & inde ad traditiones, nunc ad patres, nunc ad Ecclesiam confugiam. Nos his Brentij machinis, quibus, quasi arietibus, conatur quaterere, non solum omnem catholicæ Ecclesiæ perpetuò stabilitam fidem, sed ius etiam omne, & fas euertere. Quatuor alios locos opposuimus, quibus nostra defendimus à suo impetu, atque quantum pro uirili possumus, detegimus hæresum & schismatum laqueos, & quomodo caueri possint, ostendimus. Sunt igitur hi quatuor nostri loci.

1. De una, & uisibili Ecclesia necessario agnoscenda.
2. De uno certo, & præsentis iudicio ultimo, circa dubia fidei necessario: rationeq; eius, & ordine.
3. De utilitate, adeoque necessitate aliorum iudicium sequendi circa illa.
4. De Ignorantia, atq; errore excusante uel non. His certa scripturæ, & Ecclesiæ auctoritate, rationeq;, & experientia confirmatis (quod fecimus cauentes, quantum fieri potuit, contentiones, & ueritati in primis elucidandæ intenti, ac breuibus deinde refellentes, quæ in contrarium adducta sunt) speramus, ostensum esse omnibus, totam doctrinam Brentij in Prolegomenis secum manifestè pugnare, atq; ita, ut alterum Goliath, qui agminibus Dei uiuentis exprobrare est ausus hanc doctrinam, eiusq; auctorem, qui non ueretur omnes totius orbis Christiani Episcopos Ecclesiam Anoticam dicere, & Concilium Nicænum errasse, proprio suo gladio transfossus, & iugulatus relinqui, quod in fine omnium tibi, Lector optime, ante oculos statuemus.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC

DOMINO, D. CHRISTOPHORO DVCI VVIR-

tenbergenfi, & Teccenfi, ac Comiti Montis Beligardi, F. Pe-

trus de Soto, S. D.



Nsecundò iam te interpel-
lare cogor, Princeps illu-
strissime, tuaq; uel otia,
uel negotia interturbare,
& primò quidem (ut tunc
dicebam) id egi ignotus,

sed iam nunc, ut timeo, etiam ingratus, & iniu-
sus. Cur enim non timeam potuisse apud te Bren-
tium, doctorem in primis tuum, quem audis, &
suspicias, cuius consilio fidei, & salutis tuæ causas
cõmittis: cur inquam non timeam potuisse eum
apud te, quod totis uiribus agit, præteris etiam
grauissimis causis? Verum quoniam non pro de-
fensione mea, aut alia huius uitæ utilitate, uel cau-
sa, sed pro æterna salute tua, tuorumq; pro Eccle-
siae honore, ac auctoritate, pro Christi gloria re-
spondendum est: nil uereor, etsi enim tot impe-
ditus opprobrijs, tot cõuicijs, totq; grauisimis cri-
minationibus insectatus à tuo Brentio, ut obru-
tus iam, & superatus uideri possim: quia tamen
causa Christi agitur, illi totam cõmittens, non om-
nino despero, te pro tua prudentia, æquitate, &
iusticia auditurum me, respondentem non de cau-
sa tota solùm, quam in uniuersa hac lucubratione
nostra, quam aduersus πρῶλε γόμενα Brentij
elaborauimus, tenuiter quidem, & exiliter egi-
mus: sed etiam de accusationibus, & criminatio-
nibus eius, quas in literis ad te datis præterit ad-
uersum me, quas etiam nos, ijs ad te peculiariter
datis, resellendas suscepimus: nõ alia causa, quàm
ne propter ea, quæ falso mihi obijcit, cause ipsi,
quàm suscepi, derogetur. Quis enim non uideat
in iudicio patronos, atq; aduocatos ab omni cri-
minatione liberos esse oportere, cum alioqui etiã
iustis, ac innocentibus partibus quàm plurimum
obstit actorum, ac aduocatorum infamia? Postulat
igitur ratio, ut audiat ipse à te, respõdens ijs, quæ
cõtra me, qui catholice ueritatis causam egi, ex-
cipiuntur: & non inauditum damnes, ubi mul-
tò uerius te damnãris. In ijs enim omnibus, quæ
contra nos dicuntur, ut cum Augustino dicam,
magis pro me habeo unde gaudeam. Beati enim
eritis, inquit Christus, cum male dixerint uobis ho-
mines, & dixerint omne malum aduersus uos mē-
tiētes propter me. Cæterum pro his docemus, qui
ijs accusationibus aut fallunt, aut falluntur, unde
fit, ut ueritati claudatur aditus ad eorum sensus.
Nos igitur in hac causa sola ueritate innixi, & si
auxilio illius, qui ueritatis & auctorem, & pa-
tronum se semper exhibuit, accedimus congressu-
ri cum Brentio, omnibus instructo armis, quibus

apud te, tuosq; plurimam possit: non aliter certè
quàm Dauid in funda, & lapide, sed prius in no-
mine Domini, aduersus Philistæum gladio, hasta,
atq; galea, & clypeo munitum. Sed iam ad rem.
epitomen in primis sophistica, ac monastica do-
ctrinae me scripsisse tibi dicit: & quidquid ab alijs
diffusè sparsum est, collegisse in breuia illa scho-
lia, & catholicam confessionem. Hoc testimonium
libenter amplector, & gratias ago Brentio, quòd
me non propria, & priuata mea, sed catholicis
omnibus, & in antiqua religione permanentibus
communia tradidisse testis est. certè id conati su-
mus, & Deo adiuuante, quàm diu uiuimus, cona-
bimur, ut non pro sensu nostro, sed pro catholica
tantum ueritate certemus. nec timeamus sophistæ,
& monachi, aut mataeologi nomina, quæ non in
me solùm, sed in omnes antiquitatis fundatã in Ec-
clesia doctrinã sequentes, Brentius iactat. Congra-
tular potius, quòd ab eo hoc audiam, qui hoste se
totius catholice Ecclesie exhibet, & Concilium
Nicænum falsum, & contra Euangelium docuisse
asserit. gloriosum certè duco uituperari cum Cõ-
cilio Nicæno, atq; ab eo mataeologus dici, qui in
hoc Concilio toti Ecclesie se ausus est opponere.
Quid igitur sperare, aut audire potest ab eo ul-
lus ueritatis assertor, qui neq; Concilio Nicæno
pepercit, & concilium nostrum, quòd in edenda
confessione catholica secuti sumus, interpretatur
sinistre, atq; detorquet callidis uerbis in alios, &
occultius quasi susurrans, seminat inter te, & ui-
cidos discordias. Non sumus, inquit, tam hebeti in-
genio, ut non intelligamus quo consilio, & quo-
rum instinctu hypocrita ad suscipiendum hoc of-
ficium excitatus sit: & quibus operam suam na-
uauerit. Vbi tuo tantum testimonio, Princeps om-
ptime, uti uolo, nosti quàm sincere, in confessione
illa nostra edenda, actum est: nosti candidissimũ
illud Cardinalis Austani pectus, propter quod &
toti Germania, & catholicis omnibus agnoscitur
catholice, & auita, semperq; ab Apostolis serua-
te religionis tenacissimus obseruator, cui ob sin-
gularem hanc pietatem totum me tradidi in te, et
ob priuata in se beneficia, & ob insignem mode-
stiam, quam semper de te prædicat, magno amo-
re prosequitur, atq; obseruat, laudatq; (quòd ab
eo non raro audiuimus) studium quoddam tuum,
& amorem eius, quàm putas, pietatis. Ille igitur
arbitratus nihil circa fidem, non sincere, & pa-
lãm agi debere, nec incertis, aut euentitis aucto-
ribus quicquam emittendum esse: cum significas-
set tibi, quòd pararem respondere & contradice-

re tuæ confessioni, accepit dignum te, iusto scilicet, & sapiente Principe responsum, id tibi non futurum ingratum, sed libenter potius id accepturum. De qua re nec semel inter uos sermo, ut intelligo, fuit, hic nihil callidè, aut occultè, sed candidè & manifestè actū est. confessio illa tuo nomine illustrissime princeps edita, ut recēs, ut cul tē, ac artificiosè concinnata: & pietatem, ac modestiam præ se ferens, multos posse mouere mentiebatur. eram uicinus, & inter illos agebam, ad quos peruenerat. cogitauit itaq; resistendum esse, consensu eius, & auctoritate, cui meritò seruandum erat, ut legitimo Episcopo. ille non improbavit, sed aperte tibi etiam notum esse uoluit. quod ipse sicut nullo iure, nulla æquitate prohibere poterat, non solum non prohibuisti, sed ultrò etiam, & candido animo probasti. Nihil hic est, quod sagaci, & acuto ingenio egeat, ut agnoscat: nunquid occultè præ se ille dignissimus catholicam, & antiquam fidem confitetur & sequitur? nos etiam qualescunq; non erubescimus Euangelium. scio te etiam ingenuè dicere, q. non sis ulli, ob diuersam sententiā in religione insensus, sed cupias omnibus uerum sensum. Hæc sunt digna (ut alia mittam) amico æqui, & recti. propter quæ meritò debeamus credere, te nihil cōtra conscientiam agere. Apud hunc igitur, apud te inquam, non opus erat consilia hæc abscondere, & catholicæ fidei confessionem occultè, & inscio te edere: quod non aliud foret, quàm indigna de te sentire. Arguit me iracundiæ, & impotentie animi: quod non potuerim mihi tanisper temperare, ut uel prima congressione saltem, aliquam uere mansuetudinis, ac pietatis notam ostentarem. Hæc de me ait, cum econtrā asserat, confessionis tuæ concinnatores simpliciter, & perspicuè, ac citra ullius hominis contumeliam, omnia recitasse: hoc animo, ut si ita res tulisset, cum bonis, & doctis uiris de ea conferrent. Ab ijs igitur criminationibus, non aliter apud te prudentissime princeps agā, quàm re ipsa, & uerbis, quæ ipse in superiore libello, quem impugnat ille, dixi ab impotentia animi, & iracundia ipsa temporis mora poterat me satis purgare. triennio enim fermè, post editam confessionē tuam, edidi catholicā nostram, & biennio integro, postquam meditari cæperā responsonē, me continui. solet dies sufficere ad magnā animi impotentia sedandam, multo magis credi potest, annorū etiam tempus suffecisse. certò ausim affirmare me attentè, & sedulo curasse, ne quid acerbè dictum audiretur: dedi q; impensè operam, ne quid dicerē, quod ad causam necessariam non foret, ita ut in causam ipsam, nō in personas dictum apertè uideretur, quicquid durius dici necessitas postulabat. multa huius rei exempla ostendere possem, in quibus etiam uideri poteram nimius fuisse in hac modestia: quum te loquentem dux illustrissime faciunt, atq; dicentem,

quod des operam propagandæ piæ, uel Apostolicæ doctrine, & iuuandæ Ecclesiæ Christi. Ego dico, quid si hæc doctrina est impia, quid si Ecclesia, cui faues, est congregatio Sathanæ? & addo certe iudicio nostro, catholicorum scilicet, impia doctrina, & Sathanæ Ecclesia est, quam promoues: sicut tuorum iudicio nostra doctrina, & Ecclesia sunt Sathanæ, atq; ita dubiam doctrinam promoues. Quid hic rogo iniuriæ est? aut quid, quod nō in confesso sit omnibus? Potuissem exempla patrum sequens dicere, durum aliquid, sed malui temperare, & agere argumētis, ut dicunt, ad hominem, ut ex datis à uobis probarem, meritò dubiā habendam esse fidem uestram: ut hac ratione impetum illum, & feruorem in ijs sequendis moderarem, & retardarem, atq; ita paulatim ad maturius expendenda, & cogitanda omnia adducerē. Quum uiderem hoc facilius esse, quàm omnia reuocanda esse, ac reicienda persuadere, hunc tenorem in tota confessione nostra, & scholijs tenui: usquequo tandem omni doctrina absoluta, ad perorationem uentum est. in qua cum ex persona tua dicitur, quod nullius erroris uel in doctrina, uel in reliqua Ecclesiæ administratione, tuorū concionatorū sis conscius: ego apertè dico, illos sequi damnatos iam dudum in Ecclesia errores Arrij, Iouiniani, Vigilantij, & aliorum. hoc quis non uideat, si uerū est, maximè pertinere ad causam, de qua agimus, & necessariò dicendum fuisse mihi, nisi uellem causæ fidei deesse? quantum habet ponderis, apud rectè expendentes rationē fidei suæ, cum probatur aliquid prius damnatum in Ecclesia? si non apertè probo, Augustinum, Epiphanium, Philastrium, Hieronymum, Bernardum inter damnatas hæreses ab Ecclesia referre, negare offerendum sacrificium pro defunctis, te iunia Ecclesiæ obligare quenquam, cælibatū esse opus Deo gratum, & matrimonio meritò præferendum, uenerationem reliquiarum, & luminarium usum licita esse, & sancta, esse purgatorij, inuocandos sanctos, orandum pro defunctis: Si hæc inquam omnia, quæ habet confessio tuo nomine edita, ab illis patribus non referuntur inter hæreses damnatas ab Ecclesia, damner ego, ut contumeliosus conuiciator. si uerò tam aperta profero testimonia, non est quod reprehendar, qui ueritatem causæ necessariam, & non nisi in fine, cum iam taceri non poterat, dixi. Commendat ille modestiam confessionis tuæ, quando nullo contradicente edita est. non est certè magnum, nullo resistente, mansuetè agere. Sed an ueram mansuetudinem præ se tulerit Brentius, cum à me cōtradictum est suis, res ipsa ostendit. Certè si contumeliæ, & conuitia, & maledicentiæ, & amarulentia tollantur è medio prolegomenorum Brentij, uix tertia pars supererit, & non in me tantum, sed in omnes uniuersi Christiani orbis Episcopos, quod ut faciat, præfatur mihi imputandū esse.

esse, si quid durius in prælatos dici uidetur, sed de ijs plus satis. Illud præterire non possum, quod paratos dicit se, & socios in hac confessione edenda ad conferendum cum bonis, & doctis, si res ita tulisset: ita scilicet me à bonorum, & doctorum uirorum numero excludens. Et quidem, nec bonum, nec doctum me, aut credere, aut affirmare ausim, nec ullam mihi iniuriam fieri reputo, si hoc ipsum de me alij senserint. Cupio saltem bonus, uel ex parte aliqua esse, & doctus: quantum gradus meus, & ingenium, atque studium patiuntur. Verum nolo te latere, optime princeps, qui sint Brentio boni, & docti, cum quibus paratus est de sua confessione conferre, idque ex uerbis ipsius, audi. Nec detrethamus (ait loco de sacra scriptura) cum quibusuis modestis, & eruditis uiris conferre de doctrina pietatis: A sotus autem, & reliqui eius, qui cum ipso consentiunt, prælati sciunt, quod non sunt uera Ecclesia, nec ministri ueri Ecclesie, sed sint hostes Christi, & Ecclesie eius, quare siue probent, siue improbent, scripta ueterum patrum, nihil ad nos. Et paulò post colluuiem A sotieorum prælatorum, non alio loco ducimus, quam synedron Annæ, & Caiphæ. In quibus uerbis, ut omittam summam conuiciandi licentiam & libertatem, illud tantum à te considerari uolo, optime princeps, si omnes totius Christiani orbis Episcopi, qui antiquam religionem sequuntur, indigni sunt, cum quibus Brentius quicquam conferre uelit, si non inferiores impietate, & malitia, quam crucifixo Christi: ideoque nec Aue dicendum est eis: Qui sunt rogo reliqui, cum quibus conferre posset Brentius, nisi qui cum illo consentiunt, discipuli uidelicet Lutheri? Nam omnes alij sunt hostes Christi, & Ecclesie, nisi foris Sacramentarios, Zuinglianos, & Anabaptistas, & similia monstra iudicat, dignos esse cum quibus conferat, & solos catholicæ, antiquæ & semper agnitæ Ecclesie adherentes rejiciat, ut Christi hostes. Non credo illum hoc cogitasse, sed utcumque sit, id constat, Brentium, cum nullo Episcopo, Romanam sedem agnoscente, cum nullo denique his subdito conferre quicquam uelle. Ego uero fateor me subditum esse illis, & debere, & uelle. Quid igitur mirum, si nec bonus sim, nec doctus Brentio, cui omnes Episcopi totius Gallie, Hispanie, Germanie denique, & Italie, cæterorumque Christianorum regnorum æquales sunt crucifigentibus Christum. Hic animus Brentij, hæc sententia tam constans satis ostendit, unde omnia alia eius uerba proficiantur, fontem, ex hoc thesauro cordis quid aliud proferri potuit, quam maledicentia, & conuicia? Quid opus est pluribus, hac unica ratione, ueluti spongia, delebo quicquid nigro suo illo carbone Brentius contra me descripserit. Quid mirum, quod in oculis Brentij tam deformis, & abominandus, uidear, quam me depingit, cum ei omnes inter se consentientes, & agnoscentes

Romanam Ecclesiam, omnes scilicet totius orbis Christiani Episcopi, principes, populi, præter paucos quosdam Germanie, idque uix à triginta annis, uideantur hostes Christi? Quid ergo pluribus uerbis in omni hac causa, criminationum Brentij contra me, opus est? hoc unico uerbo omnia diluuntur, non potuisse illum aliter iudicare de me, bro quodam infimo, qui de uniuerso corpore totius Christiani orbis tam duram apud se, & constantem sententiam tulerit: usque adeo, ut Anabaptistas, Zuinglianos, & omnes alios ab Ecclesia alienos, uisus sit illis præferre. Sed urget maxime aduersum me, & tibi iterum atque iterum ingerit: quod nec nomini tuo pepercerim. Hoc enim agit manifeste, non alio consilio, quam ut hoc nomine, non tantum à me & animo tuo, & aures auertat, sed etiam aduersum me conuertat, & quidem ut ego in me sententiam feram, dignum certe est, ut & impudens, & imprudens iudicer, si in te, cui consulere & inseruire cupio, idque ago quantum possum in illa confessione: & denique in quem nihil mihi auctoritatis usurpare possum, aut debeat, contumeliosus sim, aut offendam eum, apud quem audiri cupiam. Accusat Brentium, quod dixerim tibi, deciperis, falleris, quia homo es, & falli potes, patere ut hoc dicam de te, circa ea, in quibus nec es, nec, pro officio teneris doctus, & con summatus esse. Hæc est uniuersa, quam exaggerat iniuria & contumelia, qua te afficio accusante Brentio. uerba negare non possum quæ scripsi: Sed quam iniquè, & sinistrè Brentius hæc interpretatus sit, atque traxerit in contumeliã, quæ certe nulla in eis est, sed potius laus te digna, & de qua merito gloriari debes. Iam audi, primum uerba mea truncata quidem, & his quæ præcesserunt, atque consequuntur, quibus muniuntur quodammodo, & illustrantur, destituta refert, quare, nisi ut in alios sensus trahi possint? Ego, cum in ultimis uerbis perorationis tuæ dicitur, daturum te operam, ut nihil desiderari in te possit officij, quo uera tranquillitas, & salus in Ecclesia conseruari possit, admonui te, quod quam diu auctoribus illius confessionis, & quibus uteris tanquam consiliarijs credideris, nihil agere poteris quod ad salutem, & tranquillitatem Ecclesie esse possit: idque tribuo non malitiæ tuæ, non iniquitati animi, sed consilijs eorum. Itaque dixi, cum tuo nomine diceretur, daturum te operam, ut non desis tranquillitati salutis Ecclesie, testimonium hoc ut fide dignum suscipimus, non dubitamus quod quæ factis circa religionem, tranquillitati Ecclesie prodesse speres. Hæc præmissi ueraciter, & ex animo tibi credens, & ab omnibus credendum esse asserens, prout debebam ijs uerbis te iuxta conscientiam agere testatus, mox addidi: Sed audi obsecro, quod sinceriter dicimus, deciperis proculdubio, imponitur tibi ab ijs qui humanitate tua, ingenio, & candore abutuntur. Sic itaque dixi, te decipi

pi, & falli, ut illud humanitati, & sinceritati de-
derim. Hæ sunt uirtutes principum propria, qui-
bus cum abutuntur iniqui, facile eos decipiunt. &
statim adiunxi, falleris quia homo es, & falli po-
tes, patere, ut hoc dicam de te, quod tui de san-
ctissimis, & doctissimis patribus passim dicunt.
Quare igitur hæc omnia omisit Brentius, quæ
plena sunt officijs in te, & quibus aperte ostendi-
tur, quod quantum fieri potuit laudauit, & com-
mendauit: in errore, de quo tacere non poterat,
ingenium, & indolem, & quantum potui excu-
sari. Errare certè, & decipi, malum est, sed non
semper peccatum, aut peccato coniunctum, uel si
peccatum est, non parum excusatur, quum circa
illa est, quæ minimè pertinent ad munus eius, qui
errat. Propterea dixi, te circa ea errare, in qui-
bus non teneris pro officio doctus esse, & consum-
matus. Hæc pertinent ad te excusandum, sed for-
tè grauem iniuriam Brentius dicit illatam tibi,
cum dixi, quod in ijs non est doctus, & consum-
matus. Hanc uerò ego potius laudem duco, quis
non intelligat, modestiæ esse, etiam in ijs, qui per-
petuo studio lectionis insistant, & acquirendæ sa-
cræ scripturæ agnitioni uacant, agnoscere gra-
dum, & eruditionem propriam, nec se credere
in sacra doctrina consummatos, nec ab alijs cre-
di uelle, qui delectantur opinione eruditionis,
& sibi, uel alijs hoc appetunt uideri, in ijs, quæ
professionis suæ non sunt: ut Iurisperitus in re-
medica, hic in iurisprudencia scioli esse possunt
loquaces, sibiq; fidentes: sapientes uerò, graues,
prudentesq; minimè, scientia uerò scripturæ, Hie-
ronymo teste, non ad omnes pertinet, sed pro-
prios discipulos uult: non minus quàm aliæ disci-
plinae. In illa igitur uelle doctos uideri principes,
nulla ratione modestiæ esse credimus, quibus no-
tum est inter temporales curas, quàm parum ocij
ad uacandum studio relinquatur. Itaq; qui te in
hac consummatum non esse asserit, nec studium
eius, plenamq; eruditionem ad te pertinere dicit,
commendat in te modestiam, & ostendit uanas
laudes adulatorū, tibi non placere. Cur Brentius
cum usq; ad illa mea uerba, patere ut hæc tibi di-
cam, quandoquidem tui de sanctissimis, & doctis-
simis patribus passim hoc dicunt, peruenit, postre-
ma hæc omisit, nisi quod aperte uidebat, illis se
manifestè redargui, asserit in ijs prolegomenis, es-
se suos errores in patribus, & alienas à sensu scri-
pturæ interpretationes, & secum frequenter pu-
gnare. Hoc dicit de Augustino, de Hieronymo, &
Cypriano, merito itaq; ab eo quero, an hoc sit ini-
uria in hos patres, an non si non, nec ullam in te
dixi iniuriam, nec nomini tuo quicquam detraxi,
qui errasse te multò modestiùs retuli, quàm Bren-
tius de Augustino, & Hieronymo. Si uerò hæc est
contumelia, contumeliosus est Brentius sua sen-
tentia in patres. Scio ego Augustinū, & reliquos
non grauatim audituros, si redarguerentur er-

rasse, & deceptos fuisse circa scripturæ sensum,
modò, ut Augustinus ipse inquit, non temerè, sed
certa auctoritate, uel ratione id astrui possit. ali-
ter autem id dicentem certè ut temerariū reijcè-
rèt. omitto inde, quod postea ago, quàm firma ra-
tione impingat errores patribus. Illud est certū
fidei, & scripturæ doctrinā magis ad illos, quàm
ad te pertinere, eosq; huic studio multò magis in-
sudasse, quàm tu. Igitur non est dubiū, minis hæc
de patribus dici posse, quàm de te: q; scio te, nec
negaturū nec grauatim quidem auditurum. Ve-
rum igitur, & dignum de te sensi, cum dixi, pate-
re, ut dicam te falli, & decipi: Siquidem tui hoc
dicunt de patribus. Agnosce obsecro te, ingenue
princeps, q; hæc non adulatoria sunt, non fraudu-
lenta oscula blandientis, atq; ideo quod meritò de-
ci potest odientis. Nam reuera odit quisq;, quem
immoderatè laudat, si quid habet uerba illa, quod
durum sit, cogita meliora esse uulnera diligentis,
quàm fraudulenta oscula odientis inimici. osten-
dit te amare, qui aperte imperfectum tuum tibi
proponit, simulq; te laudat, cum significat, hoc ti-
bi non futurum ingratum: illos potius time, qui
blandiuntur, & adulantur, & ut aperte dicam,
nullus tibi nocētior inimicus est, quàm Brentius.
nullus (inquam) ulla maledicentia tantum tibi no-
cere potuit, tantum incommodi, & detrimenti,
non dicam iam animæ, sed substantiæ, gloriæ, &
nomini tuo inferri potuit: nullus inquam coniura-
tus hostis tantum tibi nocere, quàm Brentius
in ijs prolegomenis, quibus maximè putauit tibi
fauisse. Hoc si non manifestè ostendero, idq; ex
ipsis uerbis, habear mendax. Loco igitur primo
de officio principū secularium in Ecclesia sic pro-
ponit, quod assumit probandum: ostendemus, di-
uina clemētia adiuti, q; non ad prælatos illos tan-
tum, imò ne quidem ulla ex parte ad ipsos, quip-
pe qui iam non Ecclesiæ membra sint: sed præci-
pue ad pios principes, & ad eos, qui tam ex mi-
nistrorum Ecclesiæ numero, quàm ex reliquo ho-
minum, qui doctrinam Christi agnoscunt, cætu, in
consilium adhibentur, pertinet de doctrina reli-
gionis cognoscere, & iudicare. Hæc sunt eius uer-
ba, quæ toto illo loco conatur multis rationibus
confirmare. Itaq; non longè post, proposito exem-
plo Dauid, ex Psalmo centesimo tricesimo octa-
uo: nonne qui oderunt te, oderam: & super ini-
micos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam il-
los, inimici facti sunt mihi, ita ait: Rex suo ipsius
exemplo significat, hoc esse uerum officium re-
gum, & principum, ut impiam doctrinam ex ani-
mo detestentur, & crudeles hypocritas, qui sunt
uiri sanguinum, persequantur, sed quomodo pote-
rit princeps impiam doctrinam detestari, nisi an-
tè cognouerit, & iudicauerit, quæ doctrina sit im-
pia: & ultra progrediens, Lex Moysis, inquit,
Armat manus cuiusuis, etiam priuati aduersus
eum, qui suadet idololatriā seruandā. Et loco illi

Deuteronomij citato. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, aut filius, uel uxor, aut amicus, eamus & seruiamus dijs alienis, non acquiescas ei: neq; parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occultes eum, sed statim interficies eum, & infert: Quod si maiores nostri exercuissent seueritatē legis huius, aduersus eos, qui primi deserta doctrina Prophetica, & Apostolica, introduxerunt aliena sacra, quæ ignorauerunt patres nostri, nouas, & impias sectas monasticas, quas detestatur uerbum Dei, nouā & Aristotelicam doctrinā religionis, quæ abominatur Euangelion Christi: non dubitamus, quin rectius se haberent res Christianorū, & tranquillior esset Ecclesia Dei. Vide igitur, illustriſſime princeps, quāta fiducia hoc loco, Brentius principibus tribuit iudicium doctrinæ fidei, & armat illos ad persequendos etiam, atq; interficiendos hypocritas, & falsos doctores, citatis uerbis illis, statim interficies eum: atq; affirmat aperte tranquilliorē futurum statum Ecclesiæ, si seueritas huius legis seruetur, & hac ratione auctoritatē principum, atq; ita tuam putat se defendere, & clamat aduersum me, quod uos omnes gradu deiecerim. ita se credit, magnam apud te inire gratiam, quod tam acer sit iudex, & propugnator auctoritatis principū. sed interim oblitus mihi esse uidetur uestrorum supremorū principum, quos & clementissimos dominos fatemini, Cæsaris scilicet, & Romanorū regis. Hos non potest negare ueros principes esse, & supremos dominos Germaniæ. Quid illi circa religionem iudicant: & scriptum Cæsaris de damnatione Lutheri, in comitijs Vuormaciensibus, & aliorum comitiolorum recessus, & decretum illud consensu etiam omnium ordinum Augustæ editum, de ordinatione circa religionis, & Ecclesiarum statū, usq; ad definitionem concilij seruanda, satis ostendunt: atq; uita ipsa horū principum aperte contra omnia loquitur, quæ Lutherus circa sacramenta, & fidem mutauit, & uos sequimini. Si ergo ad eos pertinet iudicare, cur non uultis stare eorum iudicio? ceriē, teste Brentio, Dei ordinationem transgredimini, quotquot in religione contraria eorum iudicio sequimini, siquidem neq; ille negat, neq; uos, illos esse principes legitimos. nisi forte eos impios esse dicat Brentius, & propterea addit semper, hoc iudicium pertinere ad pios principes, nescio an hoc sit dicturus. Quod si dixerit: iustius ipse in omni iudicio reijciendus est. Cur enim si uitam, mores, opera, & reliqua horum principum gesta spectemus, illos impios, & uos qui contraria creditis, pios iudicabimus? Si pietas cultus Dei, diuinarumq; rerum obseruantia est, quis inter principes magis pius, quàm illi? Ac deniq; cur credi potest, Deum subtraxisse illis lucem, quam uobis dedit? Verum utcumq; sit, si impios illos dicat Brentius, atq; ideo eos hac auctoritate priuet: nonne ad seditionem, & re-

bellionem excitat populos? Summi hi principes attentē, & seriō, de salute sua, & omnium uestrum cogitantes damnant oēs nouas Lutheri doctrinas. Rebelles ergo sunt, qui non obediūt. Rursus si exemplo regis Dauid, & mandato legis, principes debent, Brentio teste, aduersarios eius doctrinæ, quæ piam iudicat, odio persequi, & interficere: Cur non Cæsar, & Romanorū rex, si hoc egerint, iniuste egisse iudicandi sunt? itaq; his uerbis, quibus tuā auctoritatem Brentius putauit stabilire, excitauit, & armauit aduersum te potentiam, & uires horū principum, & simul desinuit, te, atq; omnes teneri eorum sequi iudiciū. Finita est igitur tota causa religionis, & omnes, qui illorum iudicium nō sequuntur, obnoxij sunt iræ eorum, & morti. ubi nihil restabat iam uobis refugij, quàm ad eorum clementiam. Hanc uerō sententia Brentij subtrahit, cum, inquit, officij illorum esse detestari, & seueriter persequi impiam, iudicio eorū sequentes doctrinā. Hæc quæ sint pernicioſa tibi ipsi, Brentio, & omnibus nouum sequentibus Euangelij, ipse iudica, & uide: an non ultimæ damnationis sententiam in uos omnes protulerit? Verum aliquid restat, quod his respondere possit in Brentij doctrina, & hæc omnia effugere, atq; eludere quis ualeat sequens nouum Euangelium. Eodem enim loco de principum auctoritate, non solum, ait, ad uniuersam Ecclesiam Dei, & ad eum cætum, qui in nomine Christi publica auctoritate, conuenit, uerum etiam ad unumquemq; hominem priuatum, qui est Ecclesiæ membrum, pertinet de doctrina religionis iudicare, & ueram, ac falsam internoscere. Et post pauca quædam aperte dicit, quod confirmato Euangelio miraculis, nullo modo (uerba enim eius iam referam) licitum est, in causa æternæ salutis, alienæ sententiæ ita hæerere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur. Itaq; priuatis omnibus auctoritatem dat, dubia fidei ita desinendi apud se, ut non solum possint aliorum non sequi iudicium, cum suo repugnat: sed etiam, ut teneantur nullius iudicium sequi, quod suo non conuenit, etiam principis sui. neq; enim princeps excipit: sed nullius, ait, iudicium, licitum est, in causa æternæ salutis sequi, sine suo. Itaque iubet omnibus, ut diligenti iudicio expendant, utrum, quæcumq; doctrina, uel prædicatio, etiam Apostoli, uel Angeli conueniat uel pugnet cum Euangelio, quod prædicatum est, & confirmatū diuinitus. Igitur iuxta hæc priuatus tenetur, non solum potest, iudicium sui principis expendere, & an consonet Euangelio, uel repugnet iudicare: & si repugnare cognouerit, non obedire. Potest ergo quilibet, quod sibi uisum fuerit, sequi, et principi suo, aliter præcipienti, liberè respondere, quod aliter iudicet, & iuxta hæc rationē liberis tu, & reliqui principes, qui nouum Euangelium sequimini, in causa religionis, à legibus Cæs-

saris, dicentes, ut iam diu cœpistis, non posse vos contra conscientiam agere. sed uide obsecro, quid inde sit. certè, ut subditi tui similiter tibi non pareant, cum & ipsi idem excipere possint: se scilicet, non posse contra conscientiam obedire. quo uerbo omnium subditorum tuorum obedientia subtrahitur. Iuxta primum igitur superiores tui debet omni seueritate persequi te, tuamq; fidem: Iuxta secundum uero subditi tenentur tibi nõ obedire, in causa fidei. cum iudicauerint non esse obediendum. Quis rogo potest tibi maius detrimentum adferre, quàm qui te medium constituit, inter superiores tuos, & subditos, & utrosq; aduersus te armauit? atq; quod de te dicimus, cogita in cæteris principibus: & uide qualis erit res publica, in qua, neq; principes, superioribus suis, neq; subditi corũ ipsis obediant. Et interim Brentius clamat contra me, quod seditiosus sim, & sensu communi caream, & agar spiritu uertiginis, cum hæc omnia doctrina Brentij aperte contineat. Que rogo est alia seditio uerior, quàm ista, in qua inferiores omnes aduersus maiores permituntur rebellare: & quis maior defectus communis sensus, quàm auctoritatem dare præcipiendi, imò & ad hoc agendam astringere superiorem, & inferiores non obligare ad obediendum? Omnis lex docet, ei, qui auctoritatem habet præcipiendi, obediendum esse: eum uero, cui nullus obedire tenetur, neq; potestatem habere præcipiendi. Quis non intelligat legem, & decretum omne superioris uanum esse, ridiculum, & puerile ludum, si uim, si dicunt, compulsiuam non habeat: hic uerè est uertiginis spiritus, quem si sequatur homines, & principes in subditos, & subditi in principes insurgant, & sine ullo ordine tumultuetur necesse est, & quid pluribus opus est? Hæc tam aperte sibi ipsis contradicunt, ut Brentius ipse, qui tum de auctoritate principum primo loco affirmat, & potestatem tribuit definiendi dubia, imò hoc illis imponit: post hæc omnia demum secundo loco de scriptura, sic mihi respondet. Rogas ergo, quem tandem iudicem & quod iudicium agnoscamus? Breuissimis, & perspicue respondeo, eum iudicem agnoscimus, quem in symbolo fidei, iam inde ab incunabilis didicimus, uiuorum, & mortuorum, interea temporis, dum ille patefacit sententiam suam, uel particulariter, uel uniuersaliter: Vos magni sapientes, & potentes usurpabitis iudicium contra nos, & persequimini nos, certè hæc fuit fors Ecclesie Dei. Omitto inde quantam contineant hæc uerba, in se ipsis calliditatem, & qualiter ad pertinaciam moueant,

& quàm falso dicantur. Illud tantum ex his considerari uolumus, quod solum Christi iudicium uult agnosci. frustra igitur est omne principum iudicium, uanum, & puerile, & uerè conuincitur, spiritu erroris agi, & omni humana ratione carere, qui hæc tam contraria sibi ipsis affirmat. atq; ita ut cæcus in eos irruit, & eos primos offendit, quibus prodesse uult. quæ quæso tenebræ maiores unquam fingi potuerunt, quàm ista? quare non est, quod ulterius respondere debeam Brentio, de omnibus, quibus me calumniatur. Hoc sit satis, ut ab omni eum repellam testimonio, & indignam fide ostendam: quod sibi ipsi tam aperte contradicat, & quæ affirmat, neq; in se stare possunt, sed se ipsa destruunt: auctoritas scilicet principum, & subditorum libertas. Te igitur princeps optime, appello, & obsecro quàm humillimè, ut attentè cogites, quale sit illud Euangelium, & quæ doctrina, quæ defendi non potest, nisi tantis falsitatibus, & tam manifesta contradictione. Deinde ut simul expèdas, an falso ego dixerim, in præcedenti confessione, iacta esse semina totius schismatis, & diuisionis. Hi enim sunt illius confessionis fructus, quos nunc Brentius profert. Qui nullam agnoscit Ecclesiam, & nullum cõcilium, qua ratione unitatè Ecclesie seruare poterit? qui nullius iudicium sequi debet sine suo proprio, cui parebit? quod si hæc sint uera, quis nexus in Ecclesia? quomodo teneri poterit in eodem sensu, & in eadem scientia, circa fidem, & cultum Dei, ut Paulus iubet, cum alijs, qui solum proprium sensum iudicem habet, & solum Christi iudicium agnoscit? Et uide an non proprio suo gladio uelut alter Goliath, Brentius prostratus, & interfectus iaceat. in præcipua causa, & primo loco de auctoritate principum, quod cum in alijs omnibus locis facile fieri possit, interim ne pluribus te grauem, & modum excedat hæc epistola, super sedendum duxi: finemq; impono humili hac obsecratione: Per salutem tuam eternam, per iudicium, quod omnes expectant, te optime princeps obsecro, & obtestor, attentè cogita Brentij doctrinam, & quàm inconstans, quàmq; sibi contraria sit. cum aduerteris, & expende quid tibi agendum sit, & quid respondendum Christo, in iudicio illo ultimo, quod sequutus fueris doctores, ac doctrinam tam aperte sibi ipsi contrariam, & hoc ipsum ut agas, Christum humillimè rogo: & tu similiter roga cum Paulo, ut Deus domini nostri Iesu Christi, Pater glorie det tibi spiritum sapientie, & reuelationis, in agnitionem eius, & illuminet oculos cordis tui, Amen.

DE VNA, VISIBILI, ET CERTA EC957

CLESIA CHRISTI NECESSARIO AGNO-

SCENDA:

Cap. 1. Quod
omnibus est
necessarium
Ecclesiam ag-
noscere.



VM OM-
nes Eccle-
siam Chri-
sti & præ-
dicem⁹ u-
nicā eius
sponsam,
& ad illam
nos perti-
nere glo-
riemur: om-
nes, in-

quam, qui tam diuersa & cōtraria de ijs, quæ ad uerum Dei cultum & salutem nostram pertinent, sentimus: apertum fit, consentientibus etiā omnibus, aut nos, aut illos extra eam esse, quæ nullo modo contraria in doctrina religionis, & salutis nostræ patitur. Meritò igitur, primò omnium, uera est agnoscenda Ecclesia, & sincero corde amplectenda ab his, qui salutem suam charam habēt. Quod cum semper necessarium fuerit, nūc certè eò magis, quò magis abundant sectæ, hæreses, nouitates doctrinæ, quas meritò dixerim diluuium aquarum multarū: aquarum in quā infidelium, quo miserrimè suffocantur, quicumq; ad ueram Ecclesiam, tanquam ad alteram Noë arcam non confugiunt. Quæ omnia cum agnoscamus, & nos, & Vuirtemberg. cum quibus & egimus, & nunc agimus: illi nihilominus Ecclesiam describunt, quæ semper incerta sit, & occulta, & à nullo manifestè cognosci possit, etiā per fidem, non tantum nunc, cum religio tanta sententiarum diuersitate scinditur, sed nec tunc etiam, cum nulla est de fide controuersia. quod ex eorū confessione quam impugnauius, manifestum est. Capite enim de Ecclesia, post enumerata maxima quidem eius priuilegia, sed, ubi (inquiunt) hæc Ecclesia sit, quærenda, & an iura eius sint certis terminis circumscripta, alij aliter sentiunt: & ut omittamus nunc quæ ibi respōdent, certè capite de concilijs, ita inquiunt: non quiuis hominum cœtus pro uera Ecclesia haberi potest: & ut maximè multi aliquoties in nomine Christi conuenire uideantur, tamen pauci sunt electi, & non est omnium fides. Quare nos in Catholica assertione, non debuius hoc omittere, unde uel maximè & salus hominum, & controuersiarum finis pendet. Igitur Ecclesiā non solū certam, & manifestam, sed uisibilem etiam, & sensibus perspectā docuimus. quod cum nunc potissimum impugnetur à Brentio, in suis prolegomenis: hinc putauimus meritò fore nobis incipiendum. ut primum omnium necessarium esse ad salutem, certam manifestamq; habere Ecclesiam, scripturæ, & fidei rationibus, atq; patrum auctoritate

Cap. 2. Ad Ec-
clesiam agno-
scendam pri-
mò esse osten-
dendum, &
sic certa, &
manifesta.

cōfirmemus: quò deinde, quæ illa sit, & ubi, facilius possit agnosci. Principiò igitur illud Dei consilium, de congreganda Ecclesia ex hominibus, est nobis attentissimè cogitandum. mox enim, ut ab hominibus sibi religionis cultum exhiberi, Deo placuit, non id priuatim, & quasi solitariè, atq; à quouis seorsim, & separatim ab alijs: sed potius in aliorum cœtu, & gregatim fieri uoluit: non quò interiora illa cordis sacrificia, laudis, cōfessionis, gratiarumq; actionis, de quibus Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: & Sacrificiū laudis, honorificabit me: respueret: sed quò iudicaret, se hominis creatorem, qui mox uni creato, & consorti ex eo formatae procreationis fecunditatisq; beneficium cōtulit, atq; ita in societate unam, sub uno summo Deo, oēs ab illo uno principio propagatos, atq; in unius Dei religionē & Ecclesiam coadiuari debere, modò creationis integritas seruetur, constituit. unde & homini indidit quandam societatis cōlenda, quærendaq; propensionem, & reuerā indigentiam, atq; necessitatem, cum aut nullus, aut certè uix quisquā inueniri possit, qui in omnibus uel huius transeuntis uita necessarijs rebus sibi ipsi prospicere, sufficereq; possit. Sed ut interim hæc omittamus, quod ad Deum colendum, agnosendumq; attinet: potuit quidem ille, si ita uellet, cuiq; homini apud se priuatim, aut per domos manifestare seipsum: & qua ratione coli ab eis uellet, ostendere: Qua in re minus certè uidebatur necessaria societas aliorum. Deo enim facile est, singulis inspirare, quod sit satis cuiq; eosq; ita in suam continere obseruantiam, quod cum noluerit, manifestè ostendit, quantum amet in suo cultu concordiam, consensumq; hominum, quantum singularitas illa ab alijs se elongantium, & quasi despicientium, quos Deus æquales creauit, illi odiosa, & periculosa sit nobis. In humani generis principio, offerūt Cain, & Abel sacrificia, non singulariter, & seorsim, sed simul & in cœtu eorum, qui tunc erant hominum. unde & publica sacrificia, publico etiam iudicio cœlesti aut placuisse, aut displicuisse Deo ostensum fuit. Moxq; quia ita humana iniquitas postulauit, cum paulatim à cultu pietateq; Dei non minimè pars hominum defecisset: fuit Deo cura suā seruare Ecclesiam intactam, & segregatam à malignorū, quam etiam iniquus ille imitator operum Dei, & æmulator gloriæ congregauit societate, & Ecclesia. Hinc legimus in illa priori ætate filios Dei, & filios hominū, piorum scilicet, & impiorum familias, gregesq; colentium Deum, & contemnentium. fuit itaq; & tunc, nō apud aliquem solitariū Dei cultus, & professio, sed in Ecclesia, nom

Cap. 3. De cō-
silio Dei in
congreganda
Ecclesia
ex hominib.

dubium quin ministerio illorum congregata, quos Deus iam tunc dabat pastores, & doctores, Adæ uidelicet, Seth, Enoch, & reliquorum piæ illius familiæ patrum, usq; ad diluuium. & deinde secunda ætate, rursum crescente malitia, eligitur quidem Abraham, & separatur ab impiorum, & idololatrarum habitatione, sed nec solus, & sine Ecclesia, uerum cum uxore etiam sua, atque domo: statimq; illi futuræ Ecclesiæ Dei certissima facta est promissio: Faciam te in gentem magnam, atque in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ, & constat aperte, Ecclesiam illam, iam etiam uisibilibus signis circumcisionis designatam fuisse, seruataq; à Deo mira prouidentia suæ ratione: atque uicissim in ea ipsum fuisse agnitum, ut uerum Deum, cultibusq; sibi gratis adoratum: quousque ad insigne regnum, potentiamq; perduceretur: & demum ad tempus manifestationis gratiæ perueniret. ut, & qui prius sub promissis uiuerat, & reliquæ Gentes, ad eam agnoscendam, & suscipiendam uocarentur: heretq; ex omnibus una Ecclesia, dicente Christo, Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & fiet unum ouile, & unus pastor: Et Paulus aperte clamat de Christo: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Et: Veniens euangelizauit pacem uobis, qui longè fuistis, & pacem his qui propè: quoniã per ipsum habemus accessum ambo, in uno spiritu ad patrem. Ecce unitas illa spiritus, quã postea iubet nos sollicitos obseruare, in uinculo pacis. Hæc itaq; aperte nos docent, quàm diligenter Ecclesiam querere debeamus, quàm ardentè amplecti. nonne clamant hæc omnia, ut prius nobiscum inuicem conueniamus homines, prius concordemus, prius cognoscamus consortes: ut deinde non priuata cuiusq; sed communia placeant Deo creatori omnium obsequia? cui consonat, quod **Matt. 5.** in Euangelio nos admonet Christus: Vadè prius, reconciliare fratri tuo, & tunc uenies offeres munus tuum, non ei placet nisi unitatis sacrificium, pacificæ illius, fraternæq; charitatis, qua quisq; prout se, proximū amat, in Deumq; curat reducere, aut per eum ipsum reduci. huic loquitur: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo. cum prius de Ecclesia dixisset, dic Ecclesiæ: **Mat. 18.** Et quæcunq; ligaueritis &c. & postea ubi duo, uel tres sunt cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Itaq; contextus nos docet, qd dicitur duo ex uobis, ad eos, qui Ecclesiam agnoscunt, & in eius unione Deum colunt, referendum. Ex uobis (ait) quibus dixerat, dic Ecclesiæ, & si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, &c. & quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, quomodo enim (ut uerbis Cypriani, hæc exponentis dicam) potest ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipsius Ecclesiæ, & cum ipsa fraternitate non conuenit? Hoc ipsum & per Malachiam Deus o-

stendit, cum inter ea, quæ erga cultum suum, in sacerdotibus, & reliquo populo inordinate, prepostereq; fiebant, hoc etiam dicit: nunquid non pater unus omnium uestrum? nunquid non Deus unus creauit uos? quare ergo despicit unusquisq; uestrum fratrem suum, uiolans pactum patrum uestrorum? Hæc itaq; Dei uoluntas nobis est meritò summi facienda, quam maiori sapientiæ prouidentia à Deo non dubitamus constitutã, quàm ut à nobis satis, dignèq; intelligi possit. Certè extra Ecclesiam suam, extra societate eorū, quos sibi elegit in populum, nihil ei placet, nihil est gratum. tot enim uinculis, tot nexibus uult nos in mutuo amore deuinctos esse, tot officijs hinc inde & exhibitis, & susceptis nostram charitatem coalescere, & augeri curat, ut nulli quantumuis in remotissimo secessu à se seruato, nulli inquam uel Paulo, uel Antonio liceat, uel momèto quidem temporis, nõ se gerere ut Ecclesiæ membrum, non agnoscere societatem aliorū, nõ pro alijs esse sollicitum. Ut enim Paulus de membris corporis inquit, Deus ita temperauit corpus, ut pro inuicem sollicita sint membra, & si quid patitur unum, compatiuntur & alia. cuius rei, quæ summè necessaria est, illud exemplum nos maximè admonet, qd in Paulo à Deo ipso exhibitum est. Prostermitur de cœlo, uocaturq; à Christo, & cõuertitur, imò ut quibusdam uidetur, nec omnino improbabiler, & rapitur usq; ad tertium cœlum, & post hæc omnia mittitur ad eum Ananias, qui illum baptizet. ut uideas (inquit ille) & implearis Spiritu sancto, mittitur ad eum minister Ecclesiæ, ob quam aliã, putas, causam, nisi ut fratres agnoscat, ut societatem colat, ut non nisi in Ecclesia Christi sibi salutem speret, ut deniq; sacramenta percipiat, uisibilia scilicet signa, & per ea cõpuletur Ecclesiæ? quod postea amplius etiã se curasse ostendit, conferens cum alijs Apostolis Euangelium, quod à Deo sciebat se accepisse? Sed & Cornelius ille, licet dignus cui appareret Angelus, suas orationes exauditas significaret: Petro tamen traditur imbuendus, per quem non tantum sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid deniq; diligendū esset, audiret. Poterãt quidem hæc omnia per Angelum fieri, sed, ut Augustinus inquit, nihil mihi esset abiecta humana conditio, si per homines hominibus uerbum suum nõ ministraret Deus. Charitas etiam ipsa, quæ homines nodo quodam unitatis constringit, langueret, si in his quæ ad Deum sunt, homo homine socio non egeret. Deniq; hac ratione Ecclesia uerè Dei templum esse ostenditur, dicente Paulo, templū Dei sanctum est, quod estis uos, ostenditur, inquam, cum Deus ex Ecclesia sua oracula, sua uerba nobis edit, nostrasq; orationes, cultusq; quos ei exhibemus, & sacrificia non aliunde suscipit, quàm ex Ecclesia: de qua illud psalmi meritò accipi debet: Benignè fac Domine in bona uoluntate tua Syon, ut edificentur muri Hierusalem:

Cap. 4. Deo nihil esse gratum, quod extra Ecclesiam offertur.

1. Cor. 12.

Actuum 9.

Ad Gal. 1. 2.

In prologo libri de doctr. Christi.

1. ad Cor. 3.

Psalmo 50. salem:

salet: Ecclesia scilicet, quasi unicus templi Dei. unde & sequitur. Tunc acceptabis sacrificium iusticie, oblationes, & holocausta, tunc imponent super altare tuum uitulos, laudum scilicet, & orationum, ceterorumque Deo placentium operum. In hac itaque dispensationis diuina ratione de constituenda Ecclesia, de necessaria omnibus unione ad eam, ideo putauimus primo lectorem tenendum, quonia ex ea iam satis ostenditur, Ecclesiam hanc Dei oportere cognita esse sensibus, & perspectam. Si enim ad hoc a Deo edificata est, ut homines contineat & uniat, ut ad eam congregentur, & confluant, quibus cura est, Deo gratos, probatosque esse: si Ecclesia est hominum, atque ideo humana societas, licet altiori uirtute, fide scilicet, charitate, a Deo infusus, constans: si denique coire debent homines in hanc societatem, ut grata sint Deo eorum obsequia, quomodo id fieri potest, nisi se agnoscant? aut quomodo se agnoscerent, nisi sibi inuicem suos animos manifestent? Hoc uero qua ratione fieri ualet, nisi uisibilibus, externisque signis? Non est Ecclesia hæc Angelorum, non spirituum duntaxat, sed hominum corporalium sese adiungentium, inuicemque conuenientium in fidem, cultumque Dei, secundum gradus, functionesque diuersas, tanquam diuersa membra: ut alij suscipiant, alij tradant diuina, alij regant, regantur alij, quæ omnia obsecro quomodo fieri possunt, nisi se mutuo uiderent & alloqui possint? Nunquid Ecclesia illa prior antiqui populi inuisibilis erat? Nunquid non perspecta, & cognita eis ipsis, qui ad eam pertinebant? Abraham familia, Iacob filij, & nepotes, omnesque propagati ex eis, in Ægypto, & in deserto peregrinantes, & in terra promissa constituti, sacerdotes, ministri, templum, sacrificia, lexque ipsa, quibus omnibus constabat illa Ecclesia, nonne cognita erant etiam sensibus? Accedamus ad Euangelium ipsum, & primordia Ecclesie: Discipuli illi, qui congregati erant foribus clausis, cum ipsa die resurrectionis ad eos uenit Iesus, cum quibus quia non erat Thomas, non uidit ipsum, putas non erant uera Christi Ecclesia? putas non uisibile, & manifestum erat, eos esse Christi discipulos? Illi ferè centum uiginti, qui post ascensionem Christi reuersi sunt, & ascenderunt in cœnaculum, erantque perseverantes in oratione, quorum omnium primi Apostoli descripti sunt, in quos uenit Spiritus sanctus, an non sese uidebant, & corpore etiam conueniebant secum? nonne corda fatabantur sibi abscondita esse, cum dicerent: Tu Deus, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his. & tamen eos esse Ecclesiam illam, quam Christus reliquerat, sensibus ipsis manifestum erat. Quid de illis tribus milibus, qui die Pentecostes baptizati sunt, de quibus dictum est, quod erant pariter, & habebant omnia communia, quorum numerum Deus quotidie augebat, dicemus? De omnibus denique, qui primo Hierosolymis

sub Apostolis crediderunt? de quibus dicitur, quod facta est persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Samariæ, & Iudææ, præter Apostolos, quid sentiendum? nonne omnes hi, qui Ecclesia dicuntur, erant uisibiles, & uisibiliter se uniebant, & ipsis atque ceteris omnibus constabat, quod priori illi congregationi accesserat? Illa etiam, de qua dicitur: Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Samariam habebat pacem, & edificabatur, ambulans in timore Domini, nonne uisibilis erat? Et ne plura dicamus, Ecclesie omnes, quibus Apostolus scribit sic eas compellens, Ecclesie, quæ est Corinthi, Ecclesie Thessalonicensium, de quibus ait. Volo in Ecclesia quinque uerba loqui, atque ita constat, eas ueras fuisse Christi Ecclesias, nonne fuisse uisibiles, certum est, ad quas scribere, & loqui Apostoli poterant, ipsaque sibi inuicem communicare? Ecce tot Ecclesias, & uisibiles, imò unam semper uisibilem, a Patriarchis & Apostolis agnitam, ipsos cognoscentem, cuius consuetudinem Paulus contentiosus obijcit, quando rogo facta est inuisibilis? quando sic mutata fuit, multo certe inuisibilius, & inuisibilius, quam eam inuisibilem dicunt sectarij? Aut quomodo iam si deles conueniemus, quomodo constituemus Ecclesiam, quomodo illi nos adiungemus, quæ est omnino abscondita a sensibus? nisi forte quis dicat, incertis quidem & incognitis nobis, Deo uero manifestis nos debere coniungi, id intendentes, ut uera, quæ Deus cognoscit, Ecclesie participes simus, quanquam nobis occulta sit: quod & intueor dixisse Brentium in suis his prolegomenis, sic enim primo illo suo loco de officio principum adducto, exemplo illorum septem milium, qui non curauerunt genua ante Baal: quasi quia absconditi erant, ideo uisibili Ecclesie non participarent, & ut membra populi Dei, qui templo, & sacrificijs communicabant, non se gererent. quod neque scriptura dicit, nec certe uerum est, & tamen, ac si hoc esset, ait: cum ea Ecclesia, quæ in medio impie nationis diuinitus conuersatur, libenter consentimus, & inuocatione nostram coniungimus. Sicut enim unus est Christus, ita una est fides eorum, qui eodem spiritu Christo coniunguntur. uides ut uult nos ignotis coniungi, atque ad Deum id referre, quod utrumque tolerabile foret, si nostra cum Ecclesia coniunctio, sicut a Deo exigitur, ita etiam soli illi debita esset. modo autem ipsi etiam Ecclesie id debetur, ut scilicet illius stemus iudicio, pareamus sententijs. quod qualiter rogo fieri possit, si sit soli Deo cognita? nullus enim iam erit pastor, nullus Episcopus, aut si sit, nec ipse cognoscet oues, nec oues ipsum: deleaturque illud ex Euangelio: proprias oues uocat nominatim, & educit eas, & oues illum sequuntur, quia sciunt uocem eius, alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. aut si ad so-

Cap. 5. Quod
Ecclesia sit
uisibilis.

Cap. 6. Eccle-
siam Dei an-
te Christum
et post uisibi-
lem fuisse
esse.

Ioan. 20.

Actuum 8.

Actuum 9?

1. Cor. 12.

1. ad Cor. 11.

Ca. 7. Quod
non sufficiat
Ecclesia in-
cognita nobis,
sed Deo
cognita con-
iungi.

Ioan. 10.

lum Christum hæc referenda putamus, de-
 1. Pet. 2. leatur quod Petrus scribit, Palcite qui in uo-
 bis est gregem, & Paulus: Dedit scilicet Chri-
 stus in Ecclesia sua pastores, & doctores in
 Gala. 4. consummatione sanctorum, aut frustra hæc
 omnia sint, si nullus, quem habeat pastore,
 aut quas oues, agnoscere potest. Nam si hi
 inuicem se agnoscant, agnoscit se Ecclesia,
 quæ reuera non aliud est, quam Christiani
 populi, & ministrorum Christi congregatio,
 id est, subditorum, & prælatorum. Si uero
 ipsa cognosci non potest, nuda uerba sunt il-
 la, quæ de Ecclesia audienda, de indicandis
 ei fratribus peccantibus, ut emendentur, ab
 ea scripta sunt: & quod auctoritatis Eccle-
 siæ datur in ostendendis libris canonicis,
 sensu uero illorum, definiendisq; dubijs, &
 controuersijs fidei, quæ omnia in sua con-
 fessione Vuirtenberg, fatentur, nec in suis
 plegomenis Brentius negat, uanum est. Quor-
 sum hæc cõcessa sunt à Christo Ecclesiæ ab-
 scõditæ à sensibus, cum nõ nisi per sensus
 hæc præstari, aut suscipi possint ab homini-
 bus? Deniq; remissio ipsa peccatorum, quæ
 non nisi horum ministerio, qui clauis Eccle-
 siæ habent fieri ualet, incerta omnino, imò
 nulla erit, si nec cognitus sit is, qui habet cla-
 ues, nec is, quibus est subiectus. Et quid opus
 est de his plura dicere? Decantatissimum il-
 lud Augustin. uerbum, quod & compertis-
 sima experientia, seculorum omnium con-
 sensu, firmata, rationeq; certissima ipse pro-
 bat, audiamus, quod hæc omnia confirmat,
 & colligit. Cum enim ille contra Faustum di-
 spicaret, de iusta, rationabiliq; mutatione
 sacramentorum legis ueteris, quæ signa e-
 rant uenturi Christi, mox quod noua alia in-
 stituenda ostenderet, quod ita factum esse
 ipsa res, fidesq; manifestant, hæc causam pro-
 tulit: ut scilicet in religionem Christianam
 consociarentur fideles, In nullum autem, ait,
 nomen religionis, seu uerum, seu falsum coa-
 gulari homines possunt, nisi aliquo signacu-
 lorum uel sacramentorum uisibilem con-
 sortio colligentur. Quid uero aliud est Ec-
 clesia Christi, quam hominum in uera Dei
 religione societas? Hoc uero omnium gen-
 tium exëplo, & ipsa natura Augustinus do-
 cet, non nisi uisibilibus signis fieri posse, qui-
 bus exterius significet cuilibet alteri conso-

Cap. 8. Quod
 uisibilem
 gnorum ne-
 cessitas osten-
 dat Ecclesiã
 uisibilem.
 Lib. 19. ca. 11.

Ca. 9. Quod
 omnis socie-
 tas humana
 est uisibilis,
 uisibilibusq;
 signis constat
 humanaq; si-
 de.

num cum illo sensum in ea religione. Vbi
 considera mihi, rogo, omnium humanarum
 societatum modum, rationemq;. In militiam
 unam, in regnum unum conueniunt, homi-
 nes, data sibi inuicem, & in primis principi,
 sub quo conueniunt, fide: quæ omnium, quæ
 in militia, aut regno sunt, sanctissima est, &
 super omnia religione etiam colitur. Hanc
 fidem testantur semper, publiceq; præ se fe-
 runt in militari tessera, aut symbolo (quod
 Augustinus etiam caracterem uocat) hanc
 fidem, eiusq; symbolum quam diu quis ser-
 uat, si alia statuta regni, uel militiæ transgre-
 diatur, punitur pro qualitate delicti, non
 ideo alienus iudicatur, aut desertor. fidem
 porrò hanc ueram quisq; in se agnoscit, in

alijs credit humana quadam persuasione,
 fide inquam humana, qua constant omnia,
 quæ inter homines fiunt: cum scilicet cuiq;
 de seipso, suoq; corde, quod ab alijs uideri
 non potest, creditur, & quousq; ostendatur
 mendax, fide dignus habetur. sine hac enim
 nulla humana commercia, nullus cõuictus,
 nulla respublica, deniq; nulla officia starët.
 amicum dicimus, conciuem, commilitonem,
 qui ita se exhibet, & huius rei certi etiam su-
 mus: aded ut aliud dicentem nec audien-
 dum quidem ducamus, nisi eius quoddam
 dederit testimonium. Nec enim certitudi-
 nem hanc humanam aufert, quod aliquos
 in his mentitos fuisse sciamus, & pro militi-
 bus præditores, pro ciuibus hostes se exhi-
 buisse. aded ualet apud homines fides hu-
 mana, ut quamuis hæc aliquando fuerit pro-
 dita, non tamen unquam, ob illa, hanc ratio-
 nem conueniendi reliquerunt homines:
 quippe qui nec aliam certiorẽ habere pos-
 sint, sed ita in Deorum, etiam falsorum, di-
 uerforumq; cultum conueniunt Gentes
 omnes, diuersis etiam sacramentis, & signis,
 sed uisibilib. & manifestis omnibus. Nunc
 ex his ad Ecclesiam Christi accedamus: &
 uide eam hac etiam ratione congregari anti-
 quis omnibus ita testantibus, iam inde ab
 initio, hæc in ea fieri, dat nomen recipien-
 dus, adscribitur, tyrocinio, constituitur in-
 ter catechumenos, consignatur cruce, audit,
 & discit, tandem reddit symbolum fidei, ba-
 ptizatur in nomine trinitatis, atq; ita Chri-
 stianus effectus agnoscitur pro tali, habe-
 turq; ab omnibus, & frater nominatur, &
 est. hanc quidem suam ille solus intuetur,
 alij omnes, Ecclesia scilicet, his signis illum
 in suorum numerum constituit, agnoscitq;
 & ipse agnoscit alios, mutuisq; orationibus,
 & pijs operibus alijs communicat. si peccat,
 defertur ad Ecclesiã, aut à se, aut ab alijs cor-
 ripitur, & aut emendatur, aut excommuni-
 catur in medicinam. Deniq; etsi compertum
 fuerit, aliquos, aut ab illa quã professi sunt
 fide occultè defecisse, aut falso etiã uel sub-
 dolè eam professos fuisse, nõ ideo tamen a-
 liud ab his, qui ad Ecclesiam ueniunt, iudi-
 catum est fore exigendum, nec aliam expe-
 ctandam, aut expectandam diuinam reuela-
 tionem. En tibi societatem humanam ratio-
 ne, uiaq; humana congregatã. Hæc est Chri-
 sti Ecclesia, in qua, etsi diuina multa sunt,
 gratia scilicet Dei, uirtutes, & ueræ felicita-
 tis intentio, finis scilicet, & uia, merita & præ-
 mia, ipsa tamen humana societas, more hu-
 mano, adimatur, uisibili, scilicet, & sensibus
 ipsis perspecto. sicut enim cum Deus nobis
 loquitur in scriptura sua, loquitur quidem
 diuina, quæ excedunt omnem humani iudi-
 cij modum, sed loquitur idiomate, & uer-
 bis humanis, eadẽ ratione significantibus,
 eademq; ratione exponendis, qua exponun-
 tur nostra. Ideoq; nonnunquam ambigua
 sunt ex collatione aliorum locorum atq; cõ-
 textu explicanda: Ita in congreganda Eccle-
 sia utitur humanis, sensibilibusq; signis,
 quibus

Cap. 10: 4
 Ecclesia mo-
 re aliarum
 manarum so-
 cietatum con-
 cat.

Cap. 11. confes-
runtur uer-
ba confessio-
nis uirtutib.
& catholica
assertionis
de his.

quibus conueniunt homines, sibiq; ut ho-
mines noti in cultu uero Dei ueri uersan-
tur. sed addit ipse multa uere diuina priuile-
gia, & dona: Hæc igitur omnia nos diximus
in catholica nostra assertione breuissimè
quidem, sed non minùs uerè, non minùs ne-
cessariò. In capite enim de Ecclesia, quò Vuir-
tenberg, incipiunt Ecclesiam suis tenebris
conspargere, dicentes, uerè catholicam, atq;
Apostolicam Ecclesiam non ad unum certum
locum, nec ad unum certum hominum ge-
nus alligatam esse, quod nõ negamus, uerù
sensum habere posse: nos diximus, quo om-
nia essent aperta, oportet Ecclesiam cer-
tam esse, uisibilem scilicet, & sensibus ipsis
corporeis perspectam, nõ minùs quàm sint
aliæ humanæ, resp. auctoritas etiam mini-
strorum, & gubernatorum eius certa, & ma-
nifesta esse debet. quare nec gratia, nec certè
interior aliqua uirtus requirenda est, uel in
membris, uel in ministris eius, præter publi-
cam, & legitimam fidei professionem, & uo-
cationem, ut ad eam pertineant, & eius mu-
nera integra perficiant. Hoc ibi diximus, &
nunc iterum dicimus, ex proximè dictis sa-
tis explicatum. Nam ibi diximus: Ecclesia
hominum est congregatio, quos humano
more oportet conuenire. Et rursum in capi-
te de Concilijs, quum illi similiter Ecclesiã
incertam conantur reddere, ut uidelicet nul-
lum sit concilium certum, cui parère debeant,
dicentes, non quiuis hominum cœtus pro
uera Ecclesia haberi potest: & ut maximè
multi in nomine Christi conuenire uiden-
tur, tamen pauci sunt electi, & non est om-
nium fides. ubi uidet qualiter cum occulta
requirunt, Dei scilicet electionem, & fidem,
Ecclesiam soli Deo cognitam esse uolunt:
cui certè soli cognita est, & sua de nobis ele-
ctio, & uera fides omnium. Ibi ergo nos rur-
sum dicimus, Ecclesia cui promissio illa Chri-
sti facta est, Portæ inferi non præualebunt
aduersus eam, uisibilis est, nec ex electione
Dei, aut uera fide, & charitate interiùs pen-
det, ut quis ad eam pertineat siue ut subdi-
tus, siue ut prælatus, sed ut unum membrum
sit, hæc requiruntur. Vtrunque horum citat
Brentius in suis prolegomenis, loco secun-
do de sacra scriptura. Vtrunque agnosco, &
probatum ostendo, ex his, quæ diximus. quon-
iam illa Christi Ecclesia, cui facta est pro-
missio, erat Hierosolymis in trib. aut quin-
que & multis alijs milibus, qui crediderant,
similiter & Samariæ, & per totam Iudæam,
illa erat uisibilis, & tamen Apostoli fateban-
tur se nescire corda, sciebant tamen illam Ec-
clesiam, illosq; agnoscebant sibi subditos, se
illorum pastores, & ministros. nec aliud re-
quirebant. Hæc nos dicimus. Quoniam ue-
rò Brentius hoc non attendens non solum
impugnat, sed exhibet, contemnit, & irri-
det, respondendum est illi, quia inde etiam
erit hæc certitudo Ecclesiæ multò lucidior.

Conamur enim, ut non solum uisibilem, &
certam astruamus Ecclesiam, sed exhibeamus
etiam oculis ita, ut qui uere fidei credere uo-
luerint, uideant oculis, teneantq; manibus
Ecclesiam. Primò igitur, inquit Brentius de
me, uide quòd faciat Ecclesiam uisibilem, &
sensibus corporeis perspectam, delendus erit
igitur illi articulus symboli Apostolici, Cre-
do Ecclesiam sanctam, catholicam: & erit
sic reponendus, uideo, & sentio Ecclesiam
sanctam, catholicam. Hoc est Brentij contra
tam efficacis argumentum, ut non puta-
uerit pluribus agendum, quasi solum hoc
proposuisse sufficeret. Ut igitur uideas ho-
minis in his, quæ scribit, considerationem,
imò ut uideas negligentiam, oscitantiamq;
sibi fidentium, & quibus nihil non creditur
à suis, sic ei respondeo: imò potius à respon-
dendo ei me libero, & ut sibi respondeat, ro-
go. Si quia uideo Ecclesiam, ideo non pos-
sum eam credere sanctam & catholicam: Si
quia uideo illam, delendus mihi est articu-
lus. Credo Ecclesiam: deleatur igitur Bren-
tio, & omnibus, etiam iuxta hunc eius sen-
sum, ille alter, Confiteor unum Baptisma in
remissionem peccatorum. uidet enim ille,
& uidemus nos baptismum, resq; est exterior
sensibus exposita: Deleatur Petro, Andrea,
Ioanni, cæterisq; Apostolis, & cunctis, qui
Christum in corpore uidebant, alter articu-
lus, Credo in Iesum Christum, filium Dei,
unicum Dominum nostrum, uiderat enim
Christum. Imò illud uerbum Euangelij de-
leatur, quod Christus Thomæ inquit: Quia
uidisti me Thoma, credidisti, si quia uidit,
non potuit credere, negemusq; fidem Tho-
mæ, & reliquorum Apostolorum de Chri-
sto, quem uiderunt. q; si in hoc loco Bren-
tius dixerit cum beato Gregorio, Thomas
aliud uidit, aliud credidit, hominem uidit,
Deum credidit, & ita cæteri Apostoli uide-
runt Christum, hominem crediderunt, Mes-
siam crediderunt eum esse, quæ scripsit Moy-
ses in lege, & Prophetæ, crediderunt Dei fi-
lium. Similiter uidemus baptismum, uidemus
exteriùs admoueri aquam corpori: credi-
mus id fieri in remissionem peccatorum. idem
nos dicimus de Ecclesia: uidemus congrega-
tionem baptizatorum in fidei confessione,
uidemus Christianum populum, Chri-
sti ministros, uidemus Ecclesiam: credimus
uerò illam, quam uidemus, congregationem
esse ueram Ecclesiam Dei, sanctam esse, ca-
tholicam esse, & Apostolicam. Hoc non ad-
uertisse, summa est incogitantia, aduertisse
uerò, & tacuisse, intolerabilis impossura. Sed
hæc utcumq; toleranda: aduerte alia multò
grauiora. Docet & ipse Ecclesiam esse uisibi-
lem, cum sibi id ad sua asserenda utile uide-
tur. Docuit, inquam, in his suis prolegome-
nis: sed priusquam ad id accedamus, dili-
genter est hinc obseruandum, quòd Ecclesiã
inuisibilem facere, atq; incertam, commo-

Cap. 12. quòd
Ecclesia ui-
detur, & ta-
mè creditur.

Cap. 13. quòd
nihil constat
in Ecclesia,
nisi uisibilis
agnoscatur,
ex aduersa-
rij testimonij.

dum est, & quidem efficax medium ad nullam agnoscendam Ecclesiam, nulliq; obediendum. quod Brentio, suisq; quoties de consilio agitur, de fide Ecclesiae, maximè placeat. nec tunc cogitant, eodem medio fieri, ut ipsi nullam possint statuere Ecclesiam: & tamen suas uocant Ecclesias, & in sua Ecclesia, ut alios nunc omittamus, Brentius certa, uisibiliaq; membra constituit, pios uidelicet suos principes: de quibus, quod sint membra uerae Ecclesiae praecipua, & summa dubitare non permittit. quod qualiter, rogo, fieri potest, si Ecclesia non sit uisibilis, & manifesta? sed qua ratione ab eo hoc constituitur, audi. In primo loco, in quo plus quam in caeteris uersatur, & acerbius in me ituehitur, quasi suorum principum iniuriam uulturus: Agit enim de officio principum secularium, in Ecclesia filij Dei, in ipso principio, cum ad hunc locum uentum est, ita ait: Negari non potest, quin principes, qui filium Dei, & Euangelium eius sua fide complectuntur, sint in populo Dei praecipua uerae Ecclesiae membra. Hæc ille. ubi obseruatur, quod uerae Ecclesiae inquit, sed audi, ut illud astruit. Est enim hoc suae sententiae non minimum fulcimentum. post pauca cum dixisset, quod hi principes uocem Christi audiunt, & sequuntur ipsum, ipseq; Christus uicissim eos cognoscit, & dat eis uitam æternam, ita ait: Nouit quidem Dominus, qui sunt sui: quod autem ad nos attinet, Ecclesiam Dei eum cœterum iudicamus, qui baptismo, in nomine Christi, & auditu Euangelij sanctificatus est: ut Christum unicum suum seruatorem agnoscat, & profiteatur. ubi uide, qualiter iam ad externa signa confugit, Baptismum scilicet, & auditum Euangelij, professionemq; fidei. Si hanc uocamus Ecclesiam ueram, si huius uerae Ecclesiae principes sunt membra, utique uisibilis est uera Ecclesia. Nam hæc omnia sensibus sunt conspicua. quod enim inquit, ut agnoscat unicum suum seruatorem, quacunque ratione id intelligat, hoc significat, Baptismum, auditumq; Euangelij huc tendere, ad hoc ordinari, ut agnoscat Christus. hoc ipsum manifestius ostendit illa distributio Brentij: nouit, inquit, Dominus, qui sunt sui, sed quod ad nos attinet, &c. Alia ergo ratio est, qua Deus suos nouit, alius modus, quo nos inuicem agnoscimus. & q; rogo, alius, nisi quia Dominus cor, nos autem externa iudicamus? Nos, inquam, Ecclesiam agnoscimus humanam, humanoq; more. alioquin quomodo possemus aliqua eius membra certa habere, quomodo aliquam auctoritatem cuiquam in ea tribuere, quod nunc Brentio necessarium erat? sed ne coniecturis rem agamus, audi iam apertiora: post quædam enim ad ea, quæ dixerat, confirmanda citata ex Paulo, scilicet, corde creditur ad iustitiam, ore, &c. & ex Psalmo, & Euangelio:

ego dixi, dixi estis, de his dictum, ut Christus docet, ad quos sermo Dei factus est, ita ait: quod si Paulus uocat Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, ac etiam priuatorum hominum familias, quæ Euangelium Christi agnoscunt, Ecclesiam Dei, quomodo non etiam populorum principes, qui Euangelium Christi fide sua amplectuntur, in Ecclesia comprehenduntur, quæ cum nec nos, nec ullus unquam catholicus negauerimus, Brentius tamen probat, coactus agnoscere, non posse sibi constare, quod uolebat, ut principes aliquam haberent auctoritatem: nisi certam, uisibilemque, nempe humanam, Ecclesiam prius ostenderet, quod efficaciter fecit, adductis testimonijs Pauli. Igitur, Brenti, iam non alia tibi adducam contra te, quam tua. Si ideo non potest credi Ecclesia sancta, catholica, quia uideri eam nos dicimus: & delendus mihi articulus ille, Credo sanctam Ecclesiam, &c. ergo Romanorum, Corinthiorumq; non erant Ecclesiae Dei, uisibiles enim erant, ad quas Apostolus loquebatur, quibus scribebat: delenda igitur tibi sunt illa uerba, Paulus Apostolus, &c. & qui mecum sunt fratres Ecclesijs Galatiæ: & illud eiusdem loci, eram autem ignotus facie Ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo. Nam Ecclesiae istæ uisibiles erant, uidebanturque alios, quibus ideo Paulus ignotus erat facie, quia non adierat illa loca post suam conuersionem. Dele inquam hæc omnia, & dic, illos tunc non credidisse sanctam Ecclesiam, Catholicam: & uide, an non aperte contra te dixeris, & contra tuas Ecclesias, quas uocas. Ego enim, quam uideo Ecclesiam, credo sanctam esse, & catholicam: tu uerò, non uideri, fateris Ecclesiam, atque ideo ei non credere conuinceris. nec enim aliquam uisibilem societatem hominum credis Ecclesiam: quare nec ullam humano more constantem. Ex quo sequitur, quod aut non credas, aut ea fides euanida sit, & nulla, in nullumque usum, cum nullum iudicem, nullum pastorem certum habeat, quam credis Ecclesia. quare ei denunciari non ualet frater peccans, nec in aliquo eius aut expectari, aut agnosci iudicium. quod fit ut tua omnia, quæ de auctoritate principum dicis, sint uana, nec tui ipsius memor. primo, cum tua uis constituit, uisibile probas ueram Ecclesiam Christi: & postea, cum nostra impugnas, inuisibilem. Itaque uideant, qui Brentium sequuntur, qui illi sese committunt, quem habeant ductorem fidei: qui nec oculos habet, quibus uideat, nec fidem, qua credat Ecclesiam sanctam, catholicam, nec constantiam doctrinae, aut ullam æquitatem: sed, quod cum sibi utile cogitat esse, probat, postea, cum sibi aduersatur, impugnat. Denique, qui nec suam hanc cæcitate agnoscat. Nec enim negari potest, eum, nec qualiter credenda esset Ecclesia, nec qualiter uidentia, intelligere: & tamen id non cogitans

Ad Galatas

ans, exhibet se magistrum, & tanquam exorando cuncta semper summa cum fiducia profert. uideantq; omnes, omnibus, qui nos Christianos gerimus, agnoscendam esse Ecclesiam corporeā, corporeisq; sensibus perspectam. magis sanè mirandum in Brentio est, q̄ Ecclesiam non esse uisibilem, nihil adiuuat suam causam, nec quòd sit uisibilis, factis est ad nostram. Quanquam enim uisibilis sit Ecclesia, non ideo tamen certa, non i-
*Cap. 14. q̄ Ec-
 clesia sensu
 uisibilis, sed
 fide certa sit.* deo nò quilibet nostrum dicet eam esse suā. Certè Brentius cognoscit suam Ecclesiam Stutgardianā, uel Tubingensem, aut, ut à toto ducatu dicamus, Vuirtenbergensem, ista sunt uisibiles, & reliquæ eis cōmunicantes: Ego uerò Hispanicas meas, Cōplutensem, ubi sacro renatus sum fonte, Salmanticensem, in qua initiatus sacris, & monastico ordini ascriptus, Toletanā, ubi sacerdotio cōsummatum, Anglicanam etiam, in qua nunc ago, atq; Oxoniensem, & quam istæ omnes, ut caput agnoscunt, Romanā, aliasq; eidem communicātes, & has omnes uisibiles. Itaq; nos uisibilem, & illi uisibilem agnoscimus Ecclesiam, nec ideo mox est finita causā de Ecclesiæ certitudine: Cur ergo tantoperè hoc impugnat, quod nec causam impedit, nec nostram firmat, sed cōmune est utriusq; quodq; ipse apertè fatetur. Hoc magis certè reprehendendum in me uideri poterat, q̄ agens contra incertam, quam illi docent, Ecclesiam, uisibilem dixerim: quòd si solum dixissem, meritò reprehendi insufficientiā deberem. non aufert incertitudinē, quòd uisibilis probetur Ecclesia, sed non id tantum illis locis dicimus, uerum certam etiam illam asserimus, ad fidei certitudinē id referentes: de qua in ipso capite de Ecclesia locuti sumus, ex fide principium Ecclesiæ, & originem, atq; successionem requirenda ostendentes. non itaq; sola illa perspicuitas sensus, sed multò magis fidei certitudo est, qua nobis manifesta sit Ecclesia: ubi ne quem fallat, aut teneat uerborum, quibus in hac re loqui cōtingit, diuersitas, & quam rem cōtra nouatores agimus, sit apertū, aduertendum est, eos Ecclesiam illam Christi, quam credimus ex Euangelio stabilitatis promissionem à Christo habentem, credere, & affirmare, ueraciter esse in hoc seculo: sed dicunt, nullam congregationem hominum uideri posse, de qua credamus, quòd sit illa Ecclesia. quare illam, quam credunt ueram Christi Ecclesiam, inuisibilem esse asserunt, atque ita incertam, & absconditam. Nos uerò disertè fatemur, eam, quā credimus, esse Ecclesiam Christi, uideri à nobis: ideoq; non ambiguam, sed certam esse. itaq; res fidei agitur, illis dicentibus, non credimus ueram Christi Ecclesiam uideri posse: nobis econtrā asserentibus, nos credere, ueram Ecclesiam uideri à nobis, ut ergo certum aliquid statuatur, ostendendum est, at-

que probandum, illa, quæ fides certa docet, necessaria esse, ut aliqua humana congregatio, sensibusq; subiecta sit Ecclesia Christi uera, aduersarij uerò omnino contrarium asserunt, necessaria scilicet esse ad Ecclesiam ea, quæ sensus omnes effugiunt: quare in nulla hominum congregatione uideri possunt. contrarium igitur huius nos probandum suscepimus, & ostendendum, quæ ad Christi Ecclesiam necessaria sunt, ex certa fide illa ipsa uideri. quod in præcedentibus fecimus, probantes, eas hominum congregationes, quæ uidebantur, creditas fuisse ueram Ecclesiam Christi, & in sequentibus notius fiet, cum ostenderit, quæ sint, ex quibus Ecclesia Christi constat: sed prius auferenda sunt impedimenta quædam, quæ ab aduersarijs nobis opponuntur. De his ergo dicturi à sanctitate est nobis incipiendum, quæ post ea, quæ de uisibili Ecclesia dicta sunt, meritò hunc tenebit locum. De hac enim contra me Brentius multum, diuq; loquitur, ita, ut ferè non aliud his totis prolegomenis agat, quam sanctitatem Ecclesiæ prædicare: quasi ego aut catholicis aliquis eam negemus, sed, quid inde conficiat, non est difficile uidere: nempe, ut incertam, & ignotam eam reddat. Deniq; hinc aliud contra me, quia uisibilem Ecclesiam assero, argumentum sumit. Clamat enim in loco illo secundo de scriptura rursus in me, quòd palam & impudenter (sic enim loquitur) asserem, non requirendam gratiam, aut interiorum aliquam uirtutē, uel in ministris, uel in membris Ecclesiæ, præter publicā, & legitimā professionem fidei, & uocationē: cum reuera ego dixerim, hæc non requiri, ut ad Ecclesiam pertineant, & eius munera integrè perficiant. Agē igitur, atq; iam omisso Brentio, & omni cōtentione, attentè Ecclesiæ sanctitatem cōsideremus, ut deinde qualiter peccatores, & peccata ad eam sese habere possint, agnoscat. Sanctam esse Ecclesiam Christi, Ecclesiam catholicam, omnibus modis, omniq; ratione, qua aliquid sanctum dici ualet, sanctam inquam, & perfectam, absolutamq; omnibus numeris, in hoc quidem seculo, pro modo huius peregrinationis, & elongationis à Deo, in futuro uerò pro status illius, ueræq; felicitatis perfectione, & unione, ac transformatione in Deum, certa fide tenendum est. Est enim sponsa illa dilectissima, de qua Paulus inquit, quòd Christus sit caput, saluatorq; corporis eius, & quòd dilexit eam, & seipsum tradidit pro ea, ut illā sanctificaret mundans eam lauacro aquæ, in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam sponsam suam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Quod sanctitatis Ecclesiæ maius encomiū dici potest? De qua alibi dicit, quòd sit columna, & firmamentum ueritatis domus. 1. Tim. 3.

*Cap. 15. quòd
 aduersarij
 sanctitatem
 Ecclesiæ præ-
 dicent, ut eā
 incertā effi-
 ciant.*

*Cap. 16. San-
 ctitas Eccle-
 siæ probatur
 sacre scri-
 pturæ aucto-
 ritatibus.*

Ad Eph. 5.

Dei, Ecclesiæq; Dei uiui. & Psal. ait, q; sit ciuitas illa Dei, de qua gloriosa dicta sunt, in qua magnus Dominus, & laudabilis nimis, quæ ædificatur exaltatione uniuersæ terræ, quæ Deus ipse in æternum fundauit. Ipse, in quâ, qui ait: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: cui per Esaiam tam magnificè loquitur: Sicut in diebus Noë inquit, istud mihi est, cui iuravi ne inducerem aquas diluuij ultra supra terram, sic iuravi ut non irascar tibi, & non increpem te. Montes enim cōmouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miserator tuus Dominus, pauperula tempestate conuulsa, absq; ulla consolatione, Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphyris, & ponā iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, uniuersos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis, & in iusticia fundaberis. Et alibi idem. Non adijciet, inquit, ut pertranseat per te in circuncisus, & immundus. Est itaq; Ecclesia sancta, quasi dicata Deo, uerumq; eius templum. Templum (inquit Paulus) Dei sanctum est, quod estis uos: est inuiolabilis, est firma, uti à Deo constituta. Si quis, inquit ibidem Paulus, templum Dei uiolauerit, disperdet eum Deus. Est deniq; immaculata à sordibus, pura ab omni contaminatione, & uirtute perfecta, quam in Canticis sic frequenter compellat sponsus dulcissimis uerbis. Amica, inquit, mea, speciosa mea, columba mea, immaculata mea: cui dicit: Tota pulchra es, & macula non est in te. Et deniq; de illa ait: Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ, quoniam omnium animarum, omnium sanctorum, & merita, & dona eam decorant: quæ ex illis omnibus constat, & omnes complectitur, Vna itaq; est matri, & genitrici, diuinæ scilicet bonitati, æternæ prædestinationi, cœlesti beatitudini. Illi Hierusalem, quæ sursum est, quæ est mater nostra unica, & electa, est filia, catholica Ecclesia: Extra quam nullus est à Deo electus, nullus beatitudinis particeps. In hac igitur Ecclesiæ sanctitate certum est, omnes diuinas promissiones, omnia dona cœlestia includi: De eis iam uel non nihil dicamus ad ædificationem, & consolationem nostram. Primum igitur ei promittitur uera Dei, perfectaq; cognitio, speculatio, in quâ, illa deiformis, puritati cordis, ueræq; mundiciæ coniuncta: De qua dicitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Ponam dicit Esaias uniuersos filios tuos doctos à Domino. Vnde & Paulus, nos omnes, ait, reu-

lata facie gloriam Domini specularantes, in 1. Cor. 3: eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Nos, inquit, omnes Christiani, ministri Christi, Ecclesiæ membra specularum Dei gloriâ: quod est, nondum quidem apertè, & secundum speciem, sed tanquâ in speculo, & à longe, Verum q; satis fit ad nos transformandos, pleneq; afficiendos Deo, diuinisq; rebus, Deū diuinatq; agnoscimus. Huic tam perspicuæ cognitioni accedit illa Spiritus sancti, Christi q; perpetua assistentia, qui bus dirigitur, & gubernatur Ecclesia, & salutaribus consilijs, inspirationibus & persuasionibus, cuiq; tempori conuenientibus, & oportunis eruditur. quæ omnia testamento illo ultimo Christi confirmata habemus. Rogabo, ait, Patrem, & alium Paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non nouit eum, nec scit eum, uos autè cognoscetis eum: quia apud uos manebit, & in uobis erit. Et ibidem: ille docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixero uobis. Et rursus: Doccebit uos omnem ueritatem. Et de se: nō relinquam, ait, uos orphanos: Veniam ad uos, & uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. Inter hæc etiâ est sincera prædicatio Euangelij. promittitur enim Ecclesiæ, nunquam hanc in ea defuturam, sed semper audiendum esse Euangelium, & prædicandum, hoc est, inquit per Esaiam, fœdus meū cum eis, spiritus meus, qui est in te, & uerba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui dicit Dominus, à modo, & usq; in sempiternum. His coniuncta est persuasio ipsa, quæ Deus, ut Euangelio credamus, in corde nostro operatur, per dona Spiritus sancti, sapientiæ scilicet, scientiæ, consilij, & intellectus: quibus fit, ut non tantum credamus, uerum etiâ discernamus, quæ aliena sunt, fugiamusq; ab eis, tanquam à latronis, & lupi uoce: dicente Christo de suis ouibus, Agnoscunt uocem meam, & sequuntur me: alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia nō nouerunt uocem alienorū. Et Ioannes, Vos inquit unctiōnem habetis à sancto, & nostis omnia. & deinde unctiōnem, quam accepistis ab eo, manet in uobis: & non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium. Et quidem hæc ad cognitionem pertinent. Iam uerò quæ ad affectum, ueramq; in Deum charitatem spectant, non dubium est, in ea etiam sanctitate contineri, & permitti, gratiosa scilicet, & liberalis Dei misericordia, ueræq; peccatorum remissio, & conuersio, atq; poenitentia, nullo nostro merito præcedente, sed solius bonitate. quod ita esse utriusque testamenti

Esaiæ 54.

Esaiæ 52.

1. Corin. 3.

Canti. 3.

Canti. 4.

Canti. 6.

Cap. 17. Quæ
ta in sanctita
te Ecclesiæ
contineantur.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Matth. 28.

Esaiæ 59.

Ioan. 10.

1. Ioan. 21.

Ezec. 36. menti uerbis docemur. Ezechiel apertissimè, & dulcissimè ita de his loquitur. Hæc dicit dominus Deus. Non propter uos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Gentibus, ad quas intrastis. & sanctificabo nomē meū magnum, quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum: ut sciant Gentes, quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in uobis coram eis. tollam quippe uos de Gentibus, & congregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram, & effundam super uos aquam mundam, & munda bimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab omnibus idolis uestris mundabo uos: & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri: & auferā cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat, & opere mini, & habitabit in terra, quā dedi patribus uestris, & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in Deū, & saluabo uos ex uniuersis inquinamētis uestris, & uocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponā uobis famem, & multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, ut non portetis ultra opprobrium famis in Gentibus, & recorda bimini uiarum uestRARUM pessimarum, & studiorum non bonorum, & displicebunt uobis iniquitates uestræ, & scelera uestra. Non propter uos ego faciam, dicit dominus Deus, notum sit uobis, confundimini, & erubescite super uijs uestris, dicit dominus Deus. Quam aperta hæc promissio remissio nis peccatorum: quam aperta prædicatio gratiæ, quam certa destructio omnium meritorum nostrorum in remissione peccati: quamq; manifestè hæc omnia Ecclesiæ promittit audimus? In quibus & fidei donum, & certa spes, & charitas illa, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, quam manifestissimè continentur. Hæc enim sunt sponsalitiæ arrhæ, quibus Christus sponsam suam Ecclesiam nūc decorat.

Osee 2. Ita annunciant Osea: Sponsabo te mihi in sempiternū, & sponsabo te mihi in iusticia, & iudicio, & in misericordia & in misericordibus: & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus. In his etiā est uirtus ad omnia implenda præcepta, ad omnia superanda aduersa, tentationesq; Sathanæ uincendas, consolatio uera spiritus in omni tristitia, participatio meritorum Christi, omniumq; uirtutū eius imitatio. De his enim dicitur, Faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & operemini, &c. De quibus omnibus apertius in Testamento nouo sunt manifestissimæ promissiones, simulq; implentur. Nam de impletione mandatorum, Paulus inquit, Deus filium suum mittens in simili

tudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatū, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Impletur in quā, iustificatio legis, de qua prius dixerat: quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, &c. quod est propter carnis nostræ infirmitatem: secundum quam dixit. Video legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Propter hæc inquam infirmitatē, quam lex auferre non poterat, impossibilis erat impletio eius. Iam uerò & illa, & quicquid ampliūs à Christo præcipitur, facillimè impletur. Mādata eius inquit Ioannes, grauiā non sunt. Et ipse Christus: Iugum meum suauē est, & onus meū leue. Victoria autem in aduersis certissimis uerbis à Christo promittitur. In mundo inquit pressuram habebitis: sed confidite, ego uici mundum. Et iterum: dabo uobis os, & sapientiam, cui non poterūt resistere, & contradicere, omnes aduersarij uestri. Et de tentationibus Paulus inquit, fidelis Deus, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentū: ut possitis sustinere. Consolationem uerò quantam experiebatur idem cum diceret: Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius cōsolationis, q̄ consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi cōsolari eos, q̄ in omni tribulatione sunt per exhortationem, qua exhortamur ipsi à Deo. quoniam sicut abundant Christi passiones in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. De meritis, & uirtutibus Christi ipse Paulus, Deus, inquit, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis, & conresuscitauit, & confedere fecit in cœlestibus: in Christo Iesu. Quid rogo potuit maius dici? Et post pauca addit. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus: Et alibi quā aperte, q̄tquot in Christo baptizati estis, Christū induistis: Et iterum. Induite uos, sicut electi Dei sancti, & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatē, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus alterū aliquam habet querelam: sicut Dominus donauit uobis, ita & uos. Et quid hoc est aliud, quā quod alibi inquit, Induimini dominū Iesum Christū. Ijs etiam accedit promissio exauditionis orationum, quæ tam magnifica ab ipso Christo fit omnibus, in Ecclesia: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis. Vbi & uerba illa pluralia petieritis, & uobis aperte Ecclesiam respiciūt. quod magis explicat alibi: Si duo in quies ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunque pe-

Rom. 7.

Ioan. 16.

Luca 21.

1. Cor. 10.

2. Cor. 1.

Ephes. 2.

Ad Gal. 3.

Rom. 13.

Ioan. 16.

Matth. 18. tierint, fiet illis à Patre meo. Huc etiam pertinent sacramenta, atq; eorum charismata, & gratia, promissa quidem antea, & iam à Christo exhibita. Nam de baptismo illud est Ezechielis: Effundam super uos aquam mundam. Et Zacharias. Erit, inquit, fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatorum, & menstruata. Et Christus, Docete inquit omnes Gentes, baptizantes eos. De Eucharistia quàm apertissimè Psalmus meminit, promissa iam ut præsenti cernens: Parasti inquit in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Vbi etià sacri unguenti, atq; chrismatis meminit, Impinguasti inquit in oleo caput meum. Et de ordinis sacramento per Esaiam promittit, de ijs, qui ex Gentibus cõuertendi erant, loquens: Assumam ex eis sacerdotem, & Leuitas. Assumpsit uerò sacerdotes, & Leuitas Christus, cum in Euangelio inquit: Quorum remisit peccata, &c. Et hoc facite in meam commemorationem: & reliqua quæ ad potestatem administrandi uerbum, & sacramenta collata Ecclesiæ pertinent. Et inter hæc omnia promittitur Ecclesiæ affluentia Diuinorum omnium munerum, & gratiarum diuersis quidem, sed dulcissimis ænigmatibus prophetiis. Esaias, inquit, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: Et Ezechiel pulchra metaphora loquens ex persona Dei, ego ipse requirã oues meas, & uisitabo eas, & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & cunctis sedibus terræ, in pascuis uberrimis pascam eas, in montibus excelsis Israel, erunt pascua eorum, ibi requiescent in herbis uirentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, et ego eas accubare faciam. Quid potest rogo apertius dici de affluentia gratiæ in Ecclesia? quid de sanctitate eius manifestius? Promittitur etiam Ecclesiæ dilatatio, & extensio per uniuersum orbem, conuersione uidelicet omnium Gentium ad ueram fidem eiusq; magisterium. Ecce inquit Deus per Esaiam: Ego leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas super humeros portabunt, & erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. Ecce isti de longe ueniunt, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi, leua in circuitu oculos tuos, & uide omnes, isti congregati sunt, uenerunt tibi. Et per eundem prophetam desolata prius Ecclesiæ & sub persecutionibus constituta inquit, dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum, extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida, ad dexteram enim, & ad leuam penetrabis: & semen tuum Gentes hæreditabit: & ciuitates desertas inhabitabit. Deniq; promittit & ipse Christus Ecclesiæ perfectam usq; ad finem perseverantiam, &

concordiam, atq; unionem in fide, & obseruantia mandatorum eius, & tandem peruentio ad primam ipsam, & ultimam beatitudinem, quam propriam Euangelij promissionem ultimo illo testamento suo confirmat. primò dicens: Vado parare uobis locum: & si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam, & assumam uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Deinde & ad Patrem se conuertens illum orat, merita sua proponens, & quid pro eis expectet indicans. Pater, ait, quos dedisti mihi, serua eos in nomine tuo, non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Vbi quid aliud petit, quàm ultimam perseverantiam Ecclesiæ suæ? quod ut impetret, Ego, inquit, pro eis sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. En summam omnium, quæ Ecclesiæ suæ Christus & petit, & impetrat à Patre. Vnde & mox subdit: Non pro eis rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per uerbum illorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint. Et ultimo: Pater, inquit, quos dedisti mihi, uolo, ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Hæc est ultima Christi oratio ad Patrem pro Ecclesia sua, de qua etiam meritò illud Pauli certissimè credimus intelligi, quod exauditus est pro sua reuerentia: cuius ultimo inter ea, quæ ad stabilitatem & sanctitatem Ecclesiæ pertinent mentionem fecimus, quoniam hæc solidissimum fundamentum, & stabilis petra, cui totius Ecclesiæ structura innititur meritò est, dicente ad illum Patre: Postula à me, & dabo tibi Gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Quod si postulatio Christi est, cui innititur Ecclesia: quæ, rogo, alia potior, quàm hæc ultima: quanquam nec hæc à cæteris separare opus est. Reuera totus Christi cursus, tota uita, oratio fuit ad Patrem. sed hæc ultima nobis fuit totius præteritæ significatio, & clausura aptissima. Hæc igitur de Ecclesiæ sanctitate sint nobis uerissimè, & syncerè dicta, quæ toto corde, & pleno ore, coram Deo, & Ecclesia eius absque cunctatione confitemur, quicquid calumnietur, & sinistrè interpretetur Brentius. Certè tota nostra fiducia, & consolatio in his est, & totus noster conatus huc tendit, ut ad hanc Ecclesiam uel ut in fima membra pertineamus, & uel fimbriam uestimenti huius Christi, atq; inconspicibilem tunicam cum muliere Euangelica attingamus. Pergamus igitur, & iam de peccatis, quatenus in Ecclesia sint, consideremus. ubi ut integrè, atq; ordine pro tenuitate nostra rem agamus, quoniam diuersorum graduum & rationis peccata sunt, ab inferioribus incipientes illud primò constituamus, certissimis, & scripturæ, & patrum testi-

Cap. 18. Omnes sanctos in hac uita habere peccata.

testimonij, nullum esse Sanctorum in hac uita, qui non pauci sunt in Ecclesia, nullum inquam esse, quantumuis perfectum, qui non in sese peccata ueraciter agnoscat, & fideliter confiteatur, clamante pro omnibus

1. Ioan. 1. Ioanne: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est: ubi usque adeo peccata à Sanctis non aliena putat, ut nihil magis sanctitati contrarium iudicet, quam se peccatore negare. Si dixerimus, inquit, quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis: Si autem confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat nobis, & emundet nos ab omni iniquitate. Vides igitur ut sanctitatem in agnitione peccatorum, & continua emundatione constituit. Iacobus etiam ingenuè confitetur: In multis offendimus omnes: se uidelicet primum includens. Et in lege ueteri Daniel uir ille desideriorum, qui abstinentia, & puritate magnam futurorum cognitionem à Deo promeruit: cum orare, inquit, & confiteri peccata mea, & peccata populi mei: ut iam uidelicet nulla restaret ambiguitas. Et Esaias, cum Dominum meruit uidere in gloria, uæ, inquit, mihi, quia uir pollutus labijs ego sum. Nullus itaque Sanctorum, aut noui, aut ueteris Testamenti sine peccato se esse cogitet: quando & ex nouo Testamento Apostoli, & ex ueteri prophetæ sua manifestissima peccata confitentur. Iustum legimus Zachariam patrem Ioannis, incedentem in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela: sed tamen legis ueteris sacerdos erat, de quibus omnibus Paulus inquit, quod ut offerant dona, & sacrificia pro peccatis constituti sunt, qui condolere inquit possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita pro semetipso offerre pro peccatis. Quod ipsa, quam Christus nos docuit, oratio confirmat, in qua omnes Sanctos confiteri peccata iubet, & pro remissione orare: Dimitte, inquit, nobis debita nostra. Cui enim non oratio dominica dicenda est? Quod etiam ut certissimum tota antiqua agnouit Ecclesia. Cuius rei in Concilio Milenitano manifestissima est definitio, ubi Christi uerba & Ioannis etiam certissimo sensu explicata sunt, & ueraciter ab omnibus Sanctis dicenda comprobata sunt. Quod cum tantis scripturæ testimonijs manifestè probetur, ipsa tamen experientia sit quodammodo manifestius. Omnes enim qui conscientia suæ curam habent, abundè id in seipsis agnoscent, & confitentur sanctissimi quique. Sed audiamus, ut August. inquit, quemadmodum de hac re catholici antistites eloquia Diuina secuti sint, ut aperte intelligatur, hanc esse rectam, & antiquitatis fundatam fidem. Refert itaque August. Cypriani & Ambrosij apertis-

suma de hac re testimonia: Desumamus ex eo, quæ nunc sufficere possunt, non quidem ad id probandum, quod nec necesse est, sed ad explicationem ampliorem, & ædificationem, atque consolationem nostram: ut horum trium patrum doctrina discamus nos ipsos in humilitate cognoscere. Cyprianus igitur in epistola de opere, & eleemosyna sic loquitur. Et quoniam quotidie deesse non potest, quod peccetur: in conspectu Dei sacrificia quotidiana non deerunt, quibus possint peccata tergi. Et rursus in epistola de mortalitate, quam manifestissimè inquit, cum auaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus uitijs, cum illecebris secularibus assidua, & molesta colluctatio est: obsessus hominis, & undique Diaboli infestatione ualida uix occurrit singulis, uix resistit. si auaritia prostrata est, surgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, uinolentia inuitat, Inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit: cogitis maledicere, quod diuina lex prohibet, compelleris iurare, quod non licet: tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgetur, & delectat hic inter diaboli laqueos stare, cum magis concupiscendum, & optandum ad Christum subueniente uelocius morte properare. Et in expositione orationis Dominicæ: quam necessariò, inquit, quam pro uidenter, & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccato rogare compellimur: ut dum indulgentia petitur, conscientia suæ animus recordetur: & ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur, & docetur peccare quotidie, quæ quotidie pro peccatis iubetur orare. Iam Ambrosij dilucidam confessionem, & humilitate Christiana dignam eo loco adducit Aug. ex libro de fuga seculi: frequens nobis, inquit, Ambrosius, de fugiendo isto seculo sermo: atque utinam quam facilis sermo, tam cautus, & sollicitus affectus. sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & uanitatum effusio mentem occupat, ut quod studeas uitare, hoc cogites animo uoluas: quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique uoti magis esse rem, quam effectus testatur Propheta dicendo: Declina cor meum in testimonia tua, & non in auariciam. Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ mentem, animumque confundunt, atque aliò trahunt, quantum prosperis, ad secularia reuocant, mundana inserunt, uoluptaria ingerunt, illecebrosa interferunt: ipsorum tempore, quo eleuare mentem paramus, incertis cogitationibus, ad terrena plerunque deijcitur. Vides hic membra Ecclesiæ eminentissima, Apostolos

Cap. 19. *Qua-
liter Eccle-
siain intelligen-
da sine macu-
la, & ruga
sit.
In fine ulti-
mi loci de Ec-
clesia.*

scilicet, & sanctissimos Episcopos, de se, & de alijs omnibus quod peccata habeant con-
fitentes. Quomodo igitur Ecclesiam, cuius
illi uerè nobilissima membra sunt, agnosce-
re nolimus, nisi quæ sit sine macula, & ruga?
Cur clamat Brentius, & Aſoticam Ecclesiam
uocat à meo (quod ipse inuertit) nomine,
cùm tamen fateatur, & negare non possit,
me non peculiarem doctrinam, sed com-
munem cum omnibus, qui suis nouitati-
bus contraxerunt tradidisse? Cur igitur
hanc Ecclesiam, quæ se peccatricem agno-
scit, blasphematur? Sic enim clamat proprio
loco. Videamus ergo quæ filius Dei promi-
serit Ecclesie catholice, ut sciamus quod A-
ſotica quam longissimè distet ab illa. Et sta-
stim: Christus filius Dei agnoscit sponsam
suam, quam diligit. & post citatum locum
Pauli ad Ephes. 5. Christus diligit Ecclesiam
suam, ubiq; inquit, scriptura concionatur
Ecclesiam esse Deo acceptam, sanctam, & for-
mosam, non sic intelligendam Aſoticam.
Quare te rogo Brentii? respondet ille paulò
antè, cùm incipit conferre Ecclesiam quam
nos describimus suæ, quod ego dicam, non
pendere ex internis, fide, & charitate, ut quis
ad Ecclesiam pertineat, quæ nostra uerba su-
perius attulimus ab eo in ius uocata: & pau-
lò post illa plenissimè confirmabimus,
nunc interim fat sit, Brentio respondere,
quod ex dictis ostenditur, non meam esse
hanc, quæ se peccatricem agnoscit: non à
me constitutam: sed à Christo ipso eius capi-
te, ab Apostolis suis, à sanctissimis Episco-
pis, ut se peccatricem agnoscat ei iussum es-
se, & uerbis, & operibus prædicatum. quod
itaq; Christus exhibiturus est suam Ecclesiam
sine macula, & ruga, non ad hoc tempus per-
tinet, non ad hanc uitam, ita August. dicen-
te ut hic probatissimus antistes tertius no-
bis testis sit, qui cæterorum omnium testi-
monijs subscribit frequentissimè, & inter
cætera exponens illud Christi, qui lotus est,
non indiget nisi ut pedes lauet, ita inquit:
Homo in sancto baptisate totus abluitur,
non præter pedes, sed totus omnino: uerum
tamen cùm in rebus huma nis uiuitur, uti-
que terra culcatur. Igitur humani affe-
ctus, sine quibus in hac mortalitate non ui-
uitur quasi pedes sunt: ubi ex humanis re-
bus afficimur, & sic afficimur, ut si dixerim-
us, quia peccatū non habemus, nos ipsos
decipiamus, & ueritas in nobis non est. Et
post hæc quibusdam alijs confirmata ita in-
fert: Proinde Ecclesiam, quæ mundat Chri-
stus, lauacro aque, non solū in illis sine
macula, & ruga, qui post lauacrū regenera-
tionis ex huius uitæ contagione tolluntur:
uerū in his, quibus Dominus hanc miseri-
cordiam præbens, fecit illos de seculo isto
lotis pedibus emigrare. In ijs autem, qui hic
morantur, etiam si munda sit, quoniā iustè
uiuūt, opus tamen habet pedes lauare, quo-

Tracta. 56.
in Ioannem.

niam sine peccato nō sunt. Sed fortè ais hæc
de lenioribus peccatis dicta esse, quæ non
contraria sunt Ecclesie sanctitati: non uerò
de quibus Paulus dicit, quod qui talia agūt,
regnum Dei non possidebunt. uerum est,
illa sunt, sine quibus sancti non uiuunt, pau-
lò immoderatio usus rerum concessarum,
aut profusior risus, uel minis necessarium
aliquid uerbum: uerum est, parua hæc pec-
cata sunt, sed quotidie flenda, canenda, atq;
timenda, ne in grauiora, & maiora nos tra-
hant. Minuta (inquit Aug.) plura peccata si
negligantur, occidunt. Minuta sunt guttæ,
quæ flumina implent, minuta sunt grana a-
renæ, sed si multa imponatur premit, atque
opprimunt. Quare, inquit, euigilate cū dies
est. Christus est dies, paratus est ignoscere,
sed agnoscantibus: punire aut defendentes
se & iustos iactantes, & putantes se aliquid
esse, cū nihil sint. Et subiungit, in dilectio-
ne autè eius, & misericordia, qui ambulat,
etiam liberatus ab illis lethalibus, & grandi-
bus peccatis, propter illa, quæ minuta uiden-
tur facit ueritatem confessionis. Certè mi-
nora sunt hæc peccata, sed talia, propter quæ
meritò & peccatores omnes se debent agno-
scere: & non se existimare aliquid, cū re-
uerà nihil sint. Quomodo igitur, qui hæc co-
gitat, non uult cognoscere Ecclesiam, nisi
immaculatam, & ab omni peccato puram?
aut quomodo sine præsumptione maxima
ad hanc Ecclesiam quis se existimat pertine-
re? Verū ad maiora iam peccata acceda-
mus. Rogo te qualia sunt ea, quæ Paulus ma-
gnū certè ueræ Ecclesie membrum, non
tantū timet, tanquā quæ euenire possint,
cū inquit, castigo corpus meū, & in serui-
tutem redigo: ne cū alijs prædicauero,
ipse reprobus efficiar: sed etiam de quibus
tanquam præsentibus, dubius est. & inquit,
nec me ipsum iudico: nihil enim mihi con-
seius sum: sed non in hoc iustificatus sum.
qui autem iudicat me, Dominus est, nōne
de fide, aut infidelitate ministrorum hic a-
gebatur re grauiissima, & ad salutem necessa-
ria. Hic, inquit, iam quæritur inter dispen-
satores, ut fidelis qs inueniatur. In qua re Pau-
lus sibi ipsi timet, nec audet se iustum crede-
re. & mox admonet omnes dicens: Itaq; no-
lite ante tempus iudicare, quoad usq; ueniat
Dominus, qui illuminabit abscondita tene-
brarum: & manifestabit consilia cordium.
Rogo te, uult Paulus, ut de omnibus dubite-
mus, an ad Ecclesiam pertineant, an eius
membra sint, & ministri: ut uidelicet nec
prælatus, nec subditum certū aliquem agno-
scamus? Meritò igitur dicenti Brentio, quid
si Lucianico corde, qd si Epicureo, & atheo
sint, prælato respondebitur. Noli ante tem-
pus iudicare, sed potiùs considera te ipsum:
& propter hoc humani cordis incertum, &
occultum dic potiùs cum Psalmista: Delicta
quis intelligit: Ab occultis meis munda
me.

Cap. 20. De
peccata, San-
ctorum est
minima pec-
cata, tamen
sunt peniten-
tia remitten-
da.

Tract. 12. in
Ioannem.

Cap. 21. De
occultis pec-
catis etiam
Sanctorum.

1. Cor. 9.

1. Cor. 4.

me. & agnoscamus omnes, quod olim Donatistæ ipsi confessi sunt, occulta peccata non alienum facere ab Ecclesia. Sed quod iam ultimum est, nec manifesta quidem, & grauiora ab Ecclesia excludere, aut Ecclesiam ipsam sanctam maculare, constantissima olim fuit omnium catholicorum pontificum aduersus Donatistas sententia, quâ Aug. noui, & ueteris Testamenti manifestissimis testimonijs confirmat, in quâ plurimis libris contra illos: ex quibus nunc pauca quædam, quibus hoc explicetur, & manifestum fiat sunt afferenda. & primo, ex prophetis quantæ in illis, quâ duræ reprehensiones peccantium & peccatorum sunt usque adeo, ut nonnunquam nec uultus superesse uideatur bonus: sed sicut in Psalmo scriptum est, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Arguunt populum grauissimorum peccatorum, arguunt sacerdotes iudices, reges: nunquid tamen propterea separant se ab eorum communione: aut non participant eodem templo, eisdem sacrificijs, & orationibus cum eis ipsis, quos durissimè reprehendunt? Nunquid negant esse ueram Ecclesiam ubi illi sunt? Esaias quanta loquitur aduersus peccata: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, &c. Et postea, à planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Vnde, tandem ait, Audite uerbum Domini principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei uestri, populus Gomorrhæ: quid rogo durius dici potest, & acerbius, quàm hoc, & cætera, quæ ibi sequuntur, ubi etiam sacrificia eorum Deo ostenduntur ingrata, & tamen eisdem eodem loco Diuinam misericordiam promittit: Si fuerint, inquit, peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. & bonitatem Dei circa eos ostendit, inquit: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus. Et alibi pro eodem populo orans, peccataque eius narrans, & seipsum participem faciens illorum. Facti sumus, inquit, ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruata omnes iusticie nostræ: & cecidimus quasi folium uniuersum: & iniquitates nostræ quasi uentus abstulerunt nos. abscondisti faciem tuam à nobis: & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. sed inter hæc humillimæ confessionis uerba, statim sic loquitur: Et nunc Domine pater noster es tu, nos uerò lutum, & fictor noster tu. ecce respice: populus tuus omnes nos. Hieremias quanta acerbitate arguit frequentissimè peccata, nulli parcens. circuite, inquit, aliquando uias Hierusalem, & aspice, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis uirum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. quod si etiam, uiuit Dominus, dixerint: & hoc falso iurabunt, & mox conuersus ad eum, Domine, inquit, oculi tui respiciunt fidem, percussisti

eos, & non doluerunt: attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuertere. & ut intelligas, quorum sint hæc mala, statim inquit: Ego autem dixi, forsitan pauperes sunt, & stulti ignorantes uiam Domini, & iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt uiam Domini, & ecce magis & hi simul confrugerunt iugum, ruperunt uincula. Et introducit Dominum dicentem: super quo propitius tibi esse potero: filij tui dereliquerunt me, & post multa durissimæ increpationis uerba: Prophete, inquit, prophetabant mendacium, sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia. quid igitur fiet in nouissimo eius? populus, ait, meus, non negat Ecclesiam suam: sed affirmat potius, quàm tantorum scelerum reprehendit. Hieremias etiam ipse, quando se separauit ab his, quorum tanta scelera arguebat? Imò uerò quis adhæsit tenacius populo huic peccatori? quis magis doluit illius mala? quis instantius orauit pro illo? Alibi petit capiti suo aquas, & oculis suis fontem lacrymarum. & plorabo, inquit, die ac nocte interfectos filiarum populi mei. nonnunquam conuersus in Deum, nunquid proieciens, ait, abiicisti Iudam, aut Syon abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita, ut nulla sit sanitas. ne des nos in opprobrium propter nomen tuum: solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum: & nec sic animo suo satisfaciens. Quis, inquit, miserebitur tui Hierusalem, aut quis contristabitur pro te, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? non est opus persequi, quàm constanter, & salubriter populum ingratum & se persequentem ab imminente calamitate, & incendio ciuitatis miseratim seruitute, & transmigracione in Babylonem ertere conatus, ut regnorum historia ostendit: quàm amarissimè fleuit hanc desolationem, quod Threni eius ostendunt. Denique quàm fideliter astitit relictis in ciuitate, quàm diligenter admonuit, quàm constanter societatem, & unitatem illorum & presentium, & absentium, etiam cum illius Dei nomine admonitiones contemnerent, tenuerit: quousque ab eis etiam mortem pateretur, quod propheta, & historia eius manifestant. Ezechiel acerbissimè in reprehendis peccatis, quàm manifestissimè malos non esse deserendos à bonis, nec alienos iudicandos ab Ecclesia Dei sua illa uisione & edoctus est, & nos docet. Post ostensa sibi à Deo peccata, & abominationes, inquit, magnas, quas domus Israel facit, illa etiam, quæ seniores domus Israel in tenebris faciebant: tandem, audit, ergo & ego faciam in furore: non parcat oculus meus: & tamen post hæc omnia, Deus uolens punire tanta mala, iubet uiro, ut propheta inquit, qui

Hier. 9.

Hier. 15.

Ezec. 8.

Ezec. 9.

indutus erat lineis, transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem: & signa Thau super frontes uirorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius: & deinde super quem uideritis Thau, ne occidatis. non itaq; corpore separantur boni à malis, non tēplo, aut religione, sed affectu, quo detestantur, et gemunt pro aliorum peccatis. Isti inter malos seruantur à Deo, & in eodem populo, fidei, sacramentis, & templo participat cum eis. Quæ ex pphetis ideo adduximus, ut attentè incipiamus iam agnoscere spiritū pphetarum in arguendis uitijs Ecclesiæ. Cū enim eundem spiritū illi habuerint, ut Paulus inquit, quem postea Apostoli, & eorum successores, spiritum scilicet, qui Ecclesiam illam nostræ coniungit, imò eandem facit nostram & illam: ex similitudine huius spiritus poterimus agnoscere, & Ecclesiam nostram & ueros eius doctores, quibus Paulus

2. Tim. 4.

1. Tim. 5.

Cap. 23. No-
ui testamen-
ti auctorita-
tibus idē pro-
batur.

in Timotheo illo suo præcipit, ut arguant, obsecrent, increpēt in omni patientia, & doctrina: Et rursus peccantes coram omnibus argue. Sunt ergo in Ecclesia peccatores. Sed hoc iam noui testamēti apertissimis testimonijs est demonstrandum: & primò Christi, Deinde Apostolorum sunt nobis & uerba, & exempla consideranda. Iudam Christus inter Apostolos constituit: mittitq; ad prædicandum cum cæteris, De quo Ioannes, quod etiam ante proditiōem satis ostendit: ipsumq; iam proditorem Saluatorum cum cæteris ad mysteria ultimæ cænæ suæ admittit: pedes illi abluit: & proprio corpore, & sanguine reficit. quæ rogo, uerior Ecclesia quam Apostolorum, sub oculis, & præsentia Christi congregata? & tamen ab illa nō est alienus Iudas, de quo inquit, unus ex uobis diabolus est. In reliqua sua doctrina tot parabolis, & manifestissimis documentis hoc ipsum ostendit, ut nec referri omnia possint: simile inquit est regnū cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam, cū impleta esset, educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos: malos autem foras miserunt. Vbi uides usq; ad finem seculi malos intus, & ne de occultis tantum, & qui inter retia non uidebantur, dictum audientes putemus, occultos tantum peccatores esse in Ecclesia, audi à Ioanne aream uocari Ecclesiam, in qua manifesta est palea, quæ igne inextinguibili consumitur, cū permundata fuerit area. Dominus uerò in Euange-

Mat. 13.

Mat. 25.

lio rursus ait: Simile est regnū cælorum homini seminanti bonū semen in agro suo, cū autem dormirent homines, inimicus superseminauit zizaniā. & rursus, Simile est decem uirginibus, quarum quinque erant fatuæ, quinque prudentes. Et iterum: Simile est homini regi, qui fecit nuptias filio suo: Et egressi serui eius in uias congregauē

runt omnes, quos inuenerunt bonos & malos. Nōne his omnibus parabolis prædicatio Euangelica, & Ecclesiæ cōgregatio significatur bonos, & malos cōtineri, & in ea usq; ad finem seculi nunquam defuturos utrosq;? Sagena, reteq; Euangelicum ex omni genere piscium congregat: omnes capit, quousq; educatur ad littus. Secus littus inquit sedentes elegerunt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. & ut, quod littus significetur, intelligamus, inquit statim, sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum. De medio inquit iustorum, de medio certè templo, & altari communi utrisq;, de medio doctrinæ, & fidei, & sacramentorū, quibus participant: Deniq; de medio cordium, & affectu ueræ charitatis, quo iusti prosequuntur malos, fouent, & continent, quàm diu superest ulla emendationis spes: continent inquam homines ipsos, & naturam, quanquam à uitijs, & peccatis quàm longissimè affectu distent. & feminis illam parabolam explicans Dominus, ager est, inquit, mundus: bonum semen filij regni: zizania filij nequam, mundus certè in quo utrunq; semen est, non uniuersum hoc seculum, in quo Gentes, & idololatræ, omninoq; alieni à Christo inhabitant: sed Ecclesiam suam intelligendam mox ostendens, & in ea usq; ad finem seculi futuros malos ait: sic erit in consummatione seculi, mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem. Vides de regno suo Christum loqui, de mundo scilicet illo suo, de quo Paulus dixit: Deus erat in Christo mundum re-
2. Cor. 5.
concilians sibi: de mundo inquam reconciliato, ut Aug. & catholici Episcopi cōtra Do-
natistas intellexerunt. & ut omitamus inter-
rim in hoc loco, quid sit illud iuxta germaniorem sensum, finite utraq; crescere usq; ad messem: quid, inquam, aut præcipiatur, aut insinuetur gubernatoribus, aut ijs, qui gladium portāt in Ecclesia: meritò illud ad eos referimus, qui intempestiue, atq; immoderatiū sū etiam ipsorum obliiti clamant Ecclesiam sanctam, & immaculatam nullo modo peccatores agnoscere, aut in se habere. Dicamus itaq; illis, finite utraq; crescere usq; ad messem: ne fortè eradicantes zizania simul eradicetis & triticum: ne in desperatio-
nem multos trahatis, qui cū infirmitatis, & peccatorum suorum conscij sūnt, & quotidianos lapsus suos agnoscunt, si ideo se ad Ecclesiam pertinere non credent, quia peccatores non habet: neq; eius gremio foueri, eius orationibus, & charitate adiuuari desperabunt: & ut Paulus inquit, desperantes semetipsos tradent in operationem omnis immundiciæ. nunc non discerni potest ab homine qui triticum sint, qui zizania. nolite itaque ante tempus iudicare. Denique de inui-

Collatio. 3.

de inuitatis ad nuptias bonis, & malis, atq; in conuiuio nuptiarū recumbentibus, hoc est in fide incarnationis Christi, & communione sacramentorum, aperte dicitur: Multi sunt uocati, pauci uerò electi. & uirgines illæ cum lampadibus egressæ sunt obuiam sponso, & sponsæ cum fide scilicet, & certa expectatione iudicij: & tamen audiūt multæ ex eis fatuæ, scilicet nescio uos. Et tandem in illa non tam parabola, quàm historia ultimi iudicij, & discretionis malorum à bonis: separaturum aperte se dicit Christus malos à bonis: sicut pastor, ait, segregat oues ab hœdis: separandos itaq; cum ait, in iudicio ultimo, satis ostendit usq; ad illud simul futuros non separatos in Ecclesiæ societate, fide, & sacramentis. Sed apertiora nunc audiamus, non sub tropis, sed manifesta documenta Christi. Si peccauerit, ait, in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. itaq; non, quia peccat, ideo tanquam alienus tibi habendus est: sed tunc magis agnoscenda fraternitas. Nam si te audierit lucratus eris fratrem tuum: quòd si non audierit inquit, adhibe tecū unum, uel duos, ut iam non in te tantum, sed in illos etiam, si noluerit respicere, peccet: & ab eis contra illum ferri testimoniū possit. nec tamen perseuerans etiā, & coram pluribus peccans non est negandus, sed agnoscendus frater: sed dic Ecclesie, ut uidelicet, si fieri potest, ab ea emundatus frater tuū lucreris. iam si nec Ecclesiam audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. iudicio, inquam, Ecclesiæ separatus, atq; excommunicatus ut alienus habeatur ab ea, nec tamen & tunc omnino alienum ab Ecclesia hunc habendum Paulus docet, cū incestuosum Corinthium, quem prius excommunicauerat, & Sathanæ traderat in interitum carnis, iubet à cæteris in omni charitate suscipi: ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur. quapropter, ait, è contrario magis donetis, & consolemini, & confirmetis in illum charitatem. non itaq; excommunicati ipsi ita præcisi ab Ecclesia sunt, ut mox ad eam uel tunc etiam non pertineant saltem ut præcisa, sed quæ curatione rursus inseri possunt, membra: tenentur etiam & tunc Ecclesiæ legibus: & ipsa eos disciplinam sustinentes non aliter respicit quàm pater filios, quos dura correptione emendare cupit. Ob hoc enim medicinales pœnas illis imponit: & salutem illorum querit, ut spiritus eius, inquit Paulus, saluus fiat. Vnde apertius Thessalonicensibus loquitur: Quòd si quis non obedit uerbo nostro per epistolam, hunc notate: & ne commisceamini cum illo, ut confundatur. quid hoc aliud est, quàm excommunicare? sed statim subdit: Nolite quasi inimicum existimare: sed corripite ut fratrem. Quæ certè si attentè consideremus, agnoscerimus Ecclesiam Christi in hoc seculo non aliud esse, quàm

medicinas quasdam, medicaminum uidelicet apothecas, & medicorum, atq; infirmorum domus, & habitacula, in quibus non aliud agitur, quàm ægrotantium, & infirmorum cura: & sub uno illo medico Christo adhibetur sollicitudo, ut nullius morbo, ægritudini, uel uulneri defint oportuna remedia, nullius imbecillitati fomenta, & auxilia necessaria subtrahantur. Nam quid est aliud quàm quod Christus dicit: non est opus ualentibus medico, sed malè habentibus, quàm ut intelligamus nullum morbum, nullum peccatum, quàm diu in Ecclesia, qui eo laborat, sustinetur, uel medicinali pœna, ut eum feruet, satagit à cura, & medicina Christi alienum reddere hominem, atq; ita nec omnino ab Ecclesia eius, in qua & ipsi, qui medendi curam habent agnoscunt ab alijs etiam id sibi præstari oportere. unde & Paulus saluberrimè admonet: fratres in-

tanquam ægri sponendi sint.

Gala. 6.

Matth. 25.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

2. Thess. 3.

*Cap. 24.
Quòd in Ecclesia Christi peccatores*

tum errent, qui peccatores ab Ecclesia alienos faciunt: quam duram in se sententiam proferant: imò quam sui ipsorum obliti sunt, qui cum ueram Ecclesiam talem arbitrètur, ad quam non nisi sancti, electi, & prædestinati à Deo pertinent: tamen se ipsos, & suos, quibus blandiuntur iactant ad eam pertinere. Nobis uerò hæc satis esse debent, ut & leuia, atq; minora peccata, & grauiora etiam, sed occulta, imò & eadem ipsa manifesta, atque publica ab Ecclesia alienum non efficerent: eum, qui non publico iudicio ab ea separatus est, nec tunc quidem perpetuo, & omnino: sed quanto tempore, & quatenus ipsa Ecclesia id iudicauerit oportere, agnoscamus. Nam postea de his latius agemus, cum Brentio respondēbimus. Est uerò iam hoc loco attentius considerandum qualiter hæc duo cohæreant, tanta sanctitas, munditia, & perfectio, & tot peccata, tot sordes, & infirmitates: utrunq; enim necesse est in Ecclesia esse: quia utrunq; sacra scriptura testatur. Ecclesia Immaculata est: Ecclesia malos habet, & bonos: nigra, ait, sum, sed formosa. ubi primò occurrit nobis suffugium, quod aduersarij, quo elaborentur, inueniunt. Duplicem enim Ecclesiam distinguunt: & in scriptura sacra aut nomen Ecclesie dupliciter sumi: pro prædestinatorum societate quoadq; nonnunquam uerò pro congregatione eorum, qui per baptismum sanctificantur, & coeunt in unius fidei Christianæ confessione. Video Brentium huic inniti à suis inuenta distinctioni. Sic enim mihi dicit: Audes tu Ecclesiam illam, aduersus quam non præualebunt portæ inferi, hoc est ueram, & firmam ita infamare? &c. illam, inquit, quasi alia sit, contra quam portæ inferi præualēt: & rursum hoc est ueram, & firmam, ac si alia sit, aut falsa, aut uerisimilis, & infirma. tantum hoc igitur nouum duarum Ecclesiarum discrimen à suis excogitatum Brentius nouit: quasi ad ueram Ecclesiam pertineat sanctitas, ad alteram porro falsam, & infirmam, peccata. & ideo hic semper distinguit ueram Ecclesiam, & cui promissio stabilitatis facta est, ab alia nescio qua. sed quam longè hoc à uero sit, quam recens adinuentum, & ab omni scripturæ, & patrū sensu alienum, non est difficile ostendere. regnum cælorum putatne Brentius falsam esse Ecclesiam? quis hoc rogo audire potest, & tamen Christus dicit simile regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, malos scilicet, & bonos. sic hæc, quæ omnes congregat, si non habet prædestinatos, & electos, quomodo rogo habet bonos? si non habet reprobos, quomodo malos? non ergo congregat ex omni genere piscium. Rursum si hæc non est uera, & firma Ecclesia, quæ malos habet, quomodo uerum regnum Christi est, dicente Christo: mittit Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Abi igitur Bren-

ti, & dic uerum regnum Christi non esse ueram, & firmam eius Ecclesiam, (Sic enim ille loquitur) aut quod Christus uocat regnum suum, tu dicit non esse uerum regnum, sed falsum, aut uerisimile tantum, & apprens. & reuoca nunc ab inferis omnia Manichæorum figmenta, ut cum scriptura dicit, uerbum caro factum est, non ueram carnem, sed phantasticam tantum intelligamus: & cum dicit Christum de uirgine nasci, mori, & resurgere pro nobis, dicas omnia non uere facta esse. nec enim aliter dicitur, de regno Christi auferenda scandala, quam ipsum crucifixum pro nobis. Si itaq; illud non uerum dicit esse regnum, ita de his licebit dicere. non est opus multa ex scriptura persequi similia: certe nec unum locum dabunt, ubi de uera harum Ecclesiarum, quasi ab altera distincta, sermo fiat: quamuis diuersa dicantur. De eadem Ecclesia certè Paulum audio de se dicentem, quod primus omnium peccatorum sit: de eodem audio Christum dicentem, uas electionis est mihi. nunquid, propterea duos Paulos cogitabo? aut duos Petros, quia modò dicitur ei: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & Beatus es: modò: Vade post me Sathana, non sapias, quæ Dei sunt. Quod si in uno homine hæc tam diuersa, cur non in una tot hominum congregatione? sumus inquit Paulus inuicem membra: & certè in eodem corpore secundum diuersa membra sanitatem, & ægritudinem uideamus. cæcutit oculus, pes solidissimè figit gressus, uacillat manus, & caput consistit firmum. nunquid non propterea unum corpus membra sana, & infirma habens? Absit igitur, ut in scriptura, duas Ecclesias Christi inueniamus. sed ut iam à re ipsa sumamus rationem, cui, rogo, Ecclesie denunciandus est frater peccans? si inuisibili, & sanctæ (talem enim fatentur Ecclesiam prædestinatorum) frustra præcipitur hoc: si uerò, ut necesse est, uisibili, & manifesta, quæ & peccatores habet: uera est hæc Ecclesia Christi, quam audire iubemur, & eius iudicium sequi, in uitandis peccantibus fratribus. Deniq; Ecclesia, quam prælati gubernandam suscipiunt, nonne uera illa est, de qua Paulus dicit Episcopis: Posuit uos Spiritus sanctus regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo? & tamen nisi sit uisibilis, regi non potest. uisibilis ergo, & certa sensibus ipsis est Ecclesia, acquisita, & redempta à Deo, de qua Esaias dicit: Vocaberis ciuitas quæ sita, & non derelicta: & populus eius sanctus redempti à Domino, ut inquit eodè loco propheta. Ecclesia, in qua Paulus docet Timotheum, quomodo oportet eum conuersari, certè Ecclesia est Dei uiui, columna, & firmamentum ueritatis: tamen in ea uersatur Timotheus, quomodo ergo si non eam uidet, & certè conuersatur in ea, ut eidem Paulus iubet, factus exemplum fidelium in uerbo, in cõ-

Cap. 25. falso ab aduersarijs cõstitutum esse in scriptura, Ecclesias duas distinguunt, aut Ecclesiam dupliciter sumi.

1. Cantico.

Caluinus in insti. Christi. Loco de scriptura.

1. ad Timo. 1.

Actuum 9.

Actuum 20.

Esaiæ 62.

1. ad Tim. 3.

1. Tim. 4.

uersa-

uersione, in charitate, in fide, & castitate. Deniq; conuerfatur, cum peccantes coram omnibus arguit. Illa ergo peccatores habet: illa est magna domus, in qua non solum sunt uasa aurea, & argentea: sed lignea, & fictilia, quaedam quidem ad honorem, quaedam quidem in contumeliam. Sensum patrum circa hoc satis explicat symbolum fidei, unam inquit sanctam Ecclesiam catholicam, unam certè, non duas dicunt, & eandem uniuersalem, toto scilicet orbe diffusam, & sanctam. Nam si duas Ecclesias agnouissent in scriptura patres illi, & modò unam, modò alteram nominari, non ita confusè unam dicerent Ecclesiam: maximè cum non dubiù sit, illos Ecclesiam intellexisse concionè baptizatorum omnium, & consentium Christi fidem, & hanc non dubitant sanctam dicere. Et ne multis hoc agamus, sit satis ad hoc confirmandum ducentorum octoginta sex Episcoporum catholicorum Carthagini aduersus Donatistas testimonium. calumniabantur Donatistæ, quòd duas Ecclesias catholici assererent: aut dupliciter acciperent Ecclesiam. Respondent illi Ecclesiã, quæ nunc habet permixtos malos, se non aliam dixisse à regno Dei, ubi non erunt mali commisti: sed eandem, inquit, ipsam unam, & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram: nunc habere malos mixtos, tunc non habituram. Quid, rogo, manifestius potest dici? Calumniabantur Donatistæ catholicos, quòd aliam dicerent Ecclesiam, ad quam pertinet, quod Christus exhibiturus est sponsam suam, non habentem maculam, aut rugam, hoc est cœlestem illam, & beatam societatem: alteram uerò in hoc seculo, quæ malos habet, quòd eis, quanquam peccatores ad Ecclesiam non admitterent, non probandum uidebatur. Respondent uerò catholici, ut ostendimus, id ingenuè negantes: sed eandem Ecclesiam esse, & huius seculi, & in qua sunt mali, inquit, & cœlestis patriæ, in qua nulli sunt mali: nostri uerò non apertè Donatistæ, sed pertinaces in cœpto errore, ut Ecclesiam incertam reddant: ut eius iudicium eludant: quod in Euangelio dicitur: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, ad inuisibilem societatem prædestinatorum referunt: non uerò ad uisibilem Ecclesiam: apertò certè paralogismo, cum illa, de qua Christus ibi loquitur, sit eadem, quã postea iubemur audire. Et Donatistæ quidem saniori mente, quia peccatores alienos ab Ecclesia dicebãt, nullo modo duas Ecclesias cogitandas esse in scripturis uolebant: quod & catholici cõfirmant, non inquam duas, alteram cœlestem, alteram terrenam, quæ certè magis poterant uideri diuersæ: quoniam longius distant, quàm uisibilis ex baptizatis, & profitentibus fidem: & inuisibilis ex prædestinatis: cum negari non possit has duas, ut ita

dicamus societates, sibi inuicem participare, & communicare, si non omnibus partibus saltem quibusdam. Certè prædestinati omnes baptizati profitentes fidem ad externam illam Ecclesiam pertinent: Concio prædestinatorum necessariò aut iam est, aut aliquando erit pars externæ Ecclesiæ. Extra professionem enim fidei ueræ, & sacramentorum participationem nullus saluatur: atque ita nullus prædestinatus perpetuò erit. Esto, sint aliqui in hac congregatione non prædestinati, cur propterea ab altera eam distinguimus prædestinatorum, cum tota illa in hac sit: hanc agnoscat, & extra hanc certò sciat, se non posse saluari. Alienum itaq; hoc commentum duarum Ecclesiarum non solum reiiciendum, sed proponendum in exemplum contentionum, & sophismatum, atq; pugnarum uerborum, quas cum noui isti doctores, ut Paulum se sequi ostendant, quotidie reprehendunt in nobis: illi multò magis exuscitant: Hoc est uerè pueriliter, et contentiosè de nomine rixari in scriptura. Dicere nomen Ecclesiæ dupliciter sumi, pro uisibili, & inuisibili, pro manifestè profitentibus fidem, & pro occultis, & occulto Dei iudicio prædestinatis. Hæc sunt uerè sophismata, nulla certa ratione, nulla auctoritate maiorum circa sensum scripturæ inuenta. Nos uerò non à uobis Vuirtenberg, aut Lutheranis sensum scripturæ accipiemus, sed à legitimis, & maioribus patribus: sequentes salubre illud Clemētis consiliū, Oportet, inquit, ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruat, ut & ipse possit ea, quæ rectè suscepit competenter asserere. Nam & causam admonitionis huius prius apposuit huic loco ualde conuenientè: sic inquit: relatum est nobis, quòd quidam in uestris partibus commorantes aduersantur sanis doctrinis: & prout eis uideretur, non secundum traditionem patrū, sed iuxta sensum suum docere uidentur. & ideo diligenter obseruandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, uel doceatur. Hæc quidè huic loco satis: de quibus alibi plura, quæ tamen omittenda non duximus tanta indignitate huius distinctionis moti. Quàto satius cum de diuersitate ista eorū, qui in Ecclesia sunt bonorum, & malorū, de sanctitate scilicet, & peccatis, de iustis, & peccatoribus loquendum est, regula illa notissima omnibus, & probata à maioribus, & huic rei intelligentiæ accommodata, quam August. inter septem illas Ticonij clauas, uel regulas ad intelligentiam scripturam secundam ponit, quam ille de permixta Ecclesia uocat, utendum est: quam & in hoc loco, ut explicemus qualiter duo hæc contraria peccata, & sanctitas, Ecclesiæ conueniunt, primò duximus confiderandam. docemur enim illa, in scriptura sa-

M M

Cap. 26.
Quòd Ecclesia prædestinatorum sit etiam uisibilis.

Epist. 5.

Cap. 27.
Quòd scriptura permixta bonis & malis loquens ostendit eandem ex illis Ecclesiam.
Lib. 3. de doct. Chri.
cap. 31.

Eiusdem. 5.

2. ad Tim. 2.

Augu. Colla.
3. contra Donat.

cra, & in eodem orationis cōtextu, atq; eadē clausula, quādam dici de bonis, & propter eos: alia de malis & propter malos: cūm de eisdem uideatur scriptura loqui, propter cōmunionem scilicet, & communionem extēnam sacramentorum, & fidei. Sicut enim in Ecclesia mali, & boni sunt permisti: ita in scripturæ sermone: ut uix scias discernere de quibus loquatur, nisi diligenter inuigiles. Nigra sum, ait, sed formosa: quod superioribus adduximus, inquit August. hoc modo est accipiendum, ut nigra propter peccatores, & peccata: etiam formosa propter uirtutum iustorū pulchritudinem dicatur, & quod apud Esaiam dicitur post multas promissiones gratiæ, inter quas illæ sunt. Educam cæcos in uiam, quam nesciunt: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta, hæc uerba, faciam eis, & non derelinquā eos: mox nullo interposito, conuersi, inquit, sunt retrorsum: quod ultimum ad peccatores referendum constat, cūm priora manifeste ad iustos pertineant. Et quoniā, qui materiam quarūt, errandi, & in errores mittendi, ex hoc loco Augustini quædam desumūt contra hanc tam certam ueritatē, quam asserimus: sunt eius loci uerba attentē conferenda cum alijs. Primum quia Ticonius bipertitum corpus Domini dicit, propter bonos, & malos, inquit Aug. quod quidem nō debuit ita appellari. non enim reuera Domini corpus est, quod cum illo non erit in æternum. dicendum ergo fuit de Domini corpore uero, & permisto: aut uero, & simulato. En igitur (aiunt) Augustinus dicit, nō esse uerum corpus Domini, quod peccatores habet: sed permistum, aut simulatum: qd certē cōtra uerum distinguit. Vnde statim addit: Hypocritæ etiam nūc non cum illo esse dicendi sunt, quamuis in eius esse uideatur Ecclesia: uideantur, ait, esse in Ecclesia, quo quid aliud significat, quā qd secundum speciem tantūm sint, non reuera: propter quod & postea inquit, uidetur scriptura simul cum bonis, & peccatoribus loqui, tanquam unū sit utrorunq; corpus, propter temporalem cōmunionē, & cōmunionē. Hæc ne incautos offendant in doctrina Augustini merito sunt nobis explicanda. Quia igitur ducenti illi octoginta sex Episcopi, inter quos & ipse hoc propria subscriptione signarūt, in Ecclesia bonos, & malos esse usq; ad finē seculi: de arca enim Noë loquentes in ea dicunt fuerūt munda & immunda, etiam ex eunte coruo: ita in Ecclesia mali sunt usq; ad finem seculi. Vbi similiter dicunt commisseri malos in Ecclesia huius temporis: atq; inter retia sacramentorum cōtineri. Quod multis alijs locis Augu. apertē loquitur: constatq; ipsum, & catholicos, antiquosq; patres pro eodem accepisse: esse peccatores in Ecclesia, & commisseri in ea: & non tantūm uideri, sed esse apertē, intellexisse. Non est

igitur cur offendamur illo uerbo: uidentur esse in Ecclesia. nam eo loco ubi maximē uidetur negare esse in Ecclesia peccatores, etiā apertē affirmat: nunc, inquit, in uno sunt: non tamen semper in uno erunt. Vbi quoniam nūc in uno esse dicit malos, & bonos, unum illud manifestē Ecclesiam significat, & congregationem. Et quoniam dicit non semper in uno erunt, ostendit nobis, quo respiciant omnia alia, quæ prius dixerat, quæ si consideremus confirmat maximē nostræ: & hanc distinctionem duplicis Ecclesiæ manifestē reijciūt. Ticonius duo corpora Christi ponebat: alterum peccatorum, alterum iustorum. hoc August. omnino reijcit. Absit enim ut peccatores, quā diu peccatores sunt, corpus sint Christi: uerūm sunt potiūm membra mortua, quare nec uera. Peccatores itaq; solos, & à iustis separatos dicit August. non esse corpus Christi: & ideo nō duo diuersa corpora permittit dici. Hoc igitur ipsum est, quod nos asserimus: unam esse Ecclesiam, non duas: sicut nec duo corpora, siue duplex corpus: ut Ticonius dixit, & August. reprehendit, atq; ideo dicimus, Ecclesiam illi unī semper scripturam loqui siue iustis, siue peccatoribus loquatur. quare nec unā ex peccatoribus, aliam ex iustis, ut Ticonius uoluit: sed nec unam inuisibilem, ex solis electis: alteram uisibilem esse affirmamus: cūm huius uisibilis iusti omnes sint uiua, & uera membra: peccatores membra mortua, atq; ideo non uera, sunt ergo ut mortui in ea, quare nec uerē sunt. Hæc August. dixit: & tandem docuit, ueram, & perpetuam Ecclesiam, in qua nullus sit peccator, in futuro seculo tantūm inueniri. Vnitas uerō malorū, & bonorum temporalis est: duo tempora Ecclesiæ docent catholici Episcopi in collatione illa: alteram præsentem, alteram futuram: in hoc mortalis, & propterea temporalis est: significata inquitur piscatione illa ante Christi resurrectionem: quando nec in dextram, nec in sinistram iussi sunt mittere rete, & quod rumpebatur inquit Euangelista: Futuræ uerō uitæ tempus significatum in altera piscatione post resurrectionē, quando in dextra iussi sunt mittere, ut solos bonos post resurrectionem intelligamus futuros. Hoc ultimum æternæ felicitatis tempus August. considerans dixit, non reuera corpus Domini est, quod cum illo non erit in æternum. manifestē secundum Dei consilium, & præscientiam intelligens non esse uerum corpus Christi eos, qui in æternum cum illo futuri non sunt: eo modo, quo Iohannes de nō p̄seuerantibus ait, nō erant nobiscum: si fuissent, p̄mansissent utiq; nobiscū. Similiter Augu. dicit, reuera corpus Dñi nō sunt, cūm alioqui, q̄ iusti sunt, quā diu sunt, etiā si postea sint excidendi, sunt uera membra Christi secundum illam præsentē iusticiam. Sicut Ambrosius intelligit etiam

Ca. 28. Aug.
locus contra
Ticonium
duo corpora
Christi po-
nentem ex-
plicatur, &
ostenditur,
nostra con-
firmare.

Lucæ 9:

Ioan. 21:

non

non perseveraturis dictum, nomina uestra scripta sunt in cœlis secundū (ut inq̄t) iusticiā nō secundū præscientiā. Et q̄niam cūm agimus qualiter peccatores in Ecclesia sint, id agimus, q̄d aduersus Donatistas egit Ecclesia, eius sensum, quē contra nos disputās habuit, præ ceteris oibus putamus inquirendum esse, & sequendū: qui sanē sensus ex libris Aug. q̄ plurimis certē copiosissimus, & doctissimus, aduersus Donatistas maxime colligi potest: cūm illius rei præterquā in Aug. pauca sunt antiquitatis monumenta: & inter cæteros Aug. libros tres illæ collationes consensum Ecclesiæ maximē manifestant, in quibus ut diximus ducēti octoginta sex catholici Episcopi cōmuni consensu hanc causam aduersus Donatistas egerūt: & iudicati sunt superasse eos. Horū igitur sensum, qui nullo modo dubitari potest fuisse Ecclesię catholicę, ut breuiter hoc loco proponamus, considerandum, Donatū, caput, & originē huius erroris cūm ab Ecclesia ob priuatas causas discessisset, cum paucis sibi adiunctis Episcopis cœpisse primō reliquis catholicis Africę Episcopis obijcere, quod persecutoribus fidei consentientes libros sacros cōburendos illis tradiderint: atq̄ hac causā eos, & reliq̄s totius orbis Episcopos, q̄ eis cōmunicabant assererebant propter peccatum, quod alij commiserant, alij sustinebāt, immundus esse, nec ad Ecclesiam pertinere, quæ immaculata est: dixeruntq̄ apud se tantū uerā esse Ecclesiam. Cūm itaq̄ crimen opponerent catholicis grauissimū, & contrarium fidei, & reuerā infidelitatis: existimabant apud illos, tanquā infideles, nō esse Ecclesiam. Hoc ut frequentissimē Aug. eis dicit, nunquā probarūt in legitimo aliquo iudicio: sed potiūs in multis tribunalibus cōtra eos iudicatum fuerit. Perstabant tamen pertinaciter in errore. Cōtra hos igitur præter causam ipsam, quam prætexuerant suæ diuisionis, egit Aug. & catholici omnes probantes ex scripturis, Ecclesiam catholicā per totum orbem esse diffusam: propagatā ab illis, in quos Spiritus sanctus Hierosolymis descenderat: à prima inquam illa Ecclesia per omnes populos, & nationes in omnibus, qui prædicationi Apostolorum, & primæ illius Ecclesię fidei adhærebant. In hac uerō Ecclesia sustineri peccatores, uel cūm occulti sunt, ideoq̄ illi ignoti, uel etiā si manifesti sint, propter euitanda maiora mala, scandala, atq̄ pericula plurimorum. Quanquam enim (ait August.) uigilare debet disciplina Ecclesiastica, & cōsercendi sunt peccatores, quod exemplo suo Paulus docet: cūm tamen tolerantur, non propterea insciunt alios, qui eis participant eodem templo, sacrificijs, orationibus, cōfessione fidei: nec efficiunt ut non sit uera Ecclesia, in qua peccatores sunt. Hoc ut inferiūs ostendimus testimonijs prophetarum, & exemplis

ueteris, & noui Testamenti Aug. ostendit. & hinc totam causam absolutā putat esse. Hoc enim aduersus Donatistas satis tum iudicatum est, tolerari malos in Ecclesia posse, & deberi: neq̄ propterea eos, qui cum illis participant templo eodem, sed non affectu, maculari, uel Ecclesiam ipsam propter illos incertam esse: sed semper manifestam, semper conspicuam, tanquā lucernam super candelabrum, & ciuitatem supra montem positā. ideoq̄ nec maiorum, nec minorū peccatis obscurari: sed, ut ex Cypriani testimonio confirmat August. sub malo Episcopo inuenitur nonnunquam sancta plebs: & sub bono iniqua. Nihil aliud reuerā conati sunt aduersus Donatistas patres illi, quā ut ostenderent eodem templo, & altari sacrificijsq̄, & orationibus participare malos, & bonos: & propterea omnes esse in Ecclesia, apertē ostendentes Ecclesiam congregationem hanc externam esse, externis, & uisibilibus signis congregatam, & sicut illa ueteris legis unum duntaxat corporale templū, & locum sacrificandi habuit, in quem oēs conuenientes, & sibi inuicē eandem illam fidē ostendentes, participabant, & ad illam ueterem Ecclesiam uerē pertinebant. Sic omnino quanquam apud nos in Christi Ecclesia plura sint templa corporea, & plura altaria, sed fides & sacramenta eadem, sacrificium unum, quibus etiam corporaliter, & uisibiliter participant omnes ad Ecclesiam pertinere, & in ea esse intellexerunt. Quanquam & illud etiam falsi sunt, inter hos alios magis, alios minus ad Ecclesiam pertinere: usq̄ aded, ut quidam etiam animo foris sint, etiā si corpore intus maneant: prout Aug. de Baptismo aduersus Donatistas dicit, de eo, qui ob solum temporale commodum in Ecclesia manet: De quibus & ait, quod corde foris sunt, quanquam corpore intus maneāt. Habet enim hæc Ecclesia interiora Dei dona, & abscondita: sed interim externis signis congregatur: & Resp. quædam humana est, in ea sunt quot uisibilibus his sacramentis communicant, & hanc fidem uisibiliter confitentur, quicquid sit de peccatis occultis, uel manifestis etiam antequam legitimo iudicio eiecti sint, uel ad tempus, uel perpetuū: prout consueuit in Ecclesia fieri, sunt subditi, sunt prælati: sunt ministri Christi, siue boni sint, siue mali, qui eidem fidei, & sacramentis participāt cum alijs fidelibus: & quousq̄ separati sint, & hoc notum sit Ecclesiæ, in ea manent, & eorum ministeria non sunt inania, sed integra, & perfectā. Hæc est antiquæ Ecclesię aduersus Donatistas doctrina, & fides. Iuxta horū patrū sensum sicut interior, & exterior homo dicitur, nec tamen duo sunt homines, sed unus: ita non duas sed unam Ecclesiam agnoscimus: ut apertē intelligamus externam illam, quam dicunt aduersarij eandem esse cum Sancto-

In cap. 9. ad Rom.

Cap. 30. Quod in Ecclesia iusti, ut aia, intrinsecus peccatores, ut corpus, & extrinsecus sint.

rum prædestinatorum societate. Nam illud certum est, si iusti ab illa sese separauerint Ecclesia, cui Christus dedit pastores, & doctores, & quam gubernandam tradidit hominibus, quæ externa & uisibilis est, quantumuis sancti, & iusti hoc solum nomine perituros. Huic igitur Ecclesie, huic externæ congregationi, quasi uni homini, ex corpore, & animo cõstanti, promissa est sanctitas: sed in iustis, & prædestinatis tantum est perpetuò permanens. Sint igitur isti tanquam anima, sint, quod ad sanctitatem attinet, absconditi, & latentes intrinsecus: propter quos dicitur Ecclesie, absq; eo, quod intrinsecus latet: & omnis gloria filie regis ab intus. Latet enim reuera hæc sanctitas, intus est, Paulo dicente: non meipsum iudico, & non in hoc iustificatus sum. De eadem uerò, eò quòd peccatores sustineat, quòd eos usq; ad finem seculi habitura sit, ut satis ostendimus, dicitur: permundabit aream suam, &c. & ideo ij sunt ueluti corpus tantum, & solus exterior homo. Nam etij iusti ad hoc externum corpus etiam pertineant, propter sacramenta, propter ministeria, & functiones: sunt tamen, ut diximus, etiam intrinsecus: peccatores uerò extrinsecus tantum sunt: ut merito illud etiam de utrisq; aptissimè August. intelligat: sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, tabernacula Cedar, ad Ismaelem pertinet, ut ille inquit, qui non est hæres cum filio liberæ. Est ergo Ecclesia sicut tabernacula Cedar deformis, nigra, exposito scilicet imbri, & æstui peccatorum, in his qui alieni sunt ab hæreditate, quibus etiam dum sancti ipsi participant, & compatiuntur, & pro eorum laborant salute, efficiuntur similes, quo ad corpora attinet, & externa. Similes igitur peccatoribus, sed non uerè peccatores. In peccatoribus ergo est Ecclesia uerè, sicut tabernacula Cedar: in iustis uerò secundum speciem tantum, inter quos Sanctus ipse Sanctorum Christus non dedignatus est nouissimus uirorum uideri, & quasi despectus, & humiliatus: cum uerè languores nostros ferret. In iisdem uerò iustis secundum interiorem pulchritudinem animæ, secundum dulcedinem illam, & sanctitatem mentis, quæ Spiritus sanctus operatur in eis, est uerè sicut pelles Salomonis, pulcherrima, delicata, atq; cooperta ab omni iniuria aëris, & intemperie, ab omni tentatione præseruata, & abscondita: Abscondes, inquit Psalmus, eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo, à contraditione linguarum. Hæc est igitur sanctitas Ecclesie, illa sunt peccata, sine quibus nõ est: nec parum ei esse utilia ostendit hæc similitudo. Sunc sanè utilia peccata, sunt utiles peccatores iustis, quantum externa tegumenta ijs, quæ internis seruantur, sed de hoc latius potest. Nunc uerò illud sit his proximum, quòd

ex his, quæ diximus, patrum doctrinis facile est uidere sanctitatem hanc Ecclesie promissam duplicem esse: alteram perfectam, & consummatam, quæ uerè futuri seculi est, cum nõ solum nullus peccator, sed nullum etiam peccatum, uel minimum, nulla imperfectio, nulla infirmitas, nulla uetustas, nulla macula, aut ruga erit, alteram uerò huius uitæ quæ illius cõparatione sanctitas immundicia est, sed est etiam suo modo sanctitas, & perfectio, suo inquam modo, quo in hac uita esse potest, quam duplicis sanctitatis distinctionem & Paulus nos docet, & certissima doctrina patrum. Audiamus simul hæc omnia, citat August. Ambrosium in Esaiam, & eius auctoritate sua confirmat. Videmus, ait Ambrosius impossibile esse, ut perfectè quis immaculatus esse possit in corpore constitutus, cum etiam Paulus imperfectum se dicat. Sic enim habet: non quòd iam acceperim, aut perfectus sim, & tamen post paulò ait. Quicumq; ergo perfecti sumus: nisi forte quia est alia perfectio in hoc mundo, alia post hanc uitam, illud perfectum, de quo dicitur Corinthios: Cum uenerit quod perfectum est, & alibi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filij Dei in uirum perfectum. Ut ergo perfectos secum multos ait Apostolus in hoc mundo sitos, qui, si ad ueram perfectionem respicias, perfecti esse non poterant: ita immaculati sunt in hoc mundo, & immaculati erunt in regno Dei. Hoc ipsum & August. ex his uerbis Pauli, non uno loco affirmat: Hoc & Hieronymus ut in assertionem nostram catholica cap. de lege ostendimus. Est, ait Augu. perfectus uiator, cum bene promouetur accessio: quauis non perficiatur intentio, nisi facta fuerit peruentio. Sanctitas itaq; Ecclesie in hoc seculo spei est, Spe inquit Paulus saluati sumus, ita spe dicere potest Ecclesia sancti sumus. Hac enim spe fit, ut ad sanctitatem in hac uita perpetuò anhelet, ueròq; animo illam quærat. Aliud igitur tempus huius seculi, aliud felicitatis æternæ: aliud pueritiæ, aliud perfectæ ætatis, aliud discendi, uidentis, & plenè cognoscendi aliud: aliud pugnæ, aliud triumphis: aliud purgationis, aliud munditiæ: aliud infirmitatis, & medelæ, aliud integræ sanitatis. Sic Paulus inquit, & Deus conresuscitauit nos Christo, & confedere fecit ad dexteram in cœlestibus: cum tamen alibi dicat, nos ipsi primitias spiritus habentes geminus adoptione filiorum Dei, expectantes redemptione corporis nostri. Vnde ergo gementes, si iam confedemus ei in cœlestibus ad dexteram: nisi quia id spe tantum, re autem adhuc infelicem se, & captiuum uocat, in corpore mortis huius primitias inquit habentes spiritus, non tamen plenitudinem: pregustrationem, non satietaem: semen, nondum fructum. Posui, inquit alibi Christus, uos ut eatis, & fructum afferatis, &

duplici sanctitate & perfectione Ecclesie, altera huius uitæ altera beata.

4. lib. com. duas Pelag. cap. 13.

lib. 2. cõ. 2. epist. Pelag. cap. 7.

Ad Ephes. 2. Rom. 8.

Canti. 4. Psalm. 44.

Canti. 1.

Cap. 31. De

1. Ioan. 15. tis, & fructus uester maneat. Hæc itaq; spes
 1. Ioan. 3. uera, & firma est uitæ huius sanctitas: secun-
 dum quam Ioannes inquit, omnis, qui ha-
 bet hanc spem, in eo sanctificat se, sicut & il-
 le sanctus est. Præmiserat enim, nunc filij Dei
 sumus, & nondum apparuit quid erimus,
 propterea mox ait: Scimus quoniam cum
 apparuerit, similes ei erimus: quoniam ui-
 debimus eum sicuti est. Hæc est perfecta illa
 beatitudinis sanctitas, post quam statim de-
 scendit ad eam, quæ huius uitæ est. Omnis,
 inquit, qui habet hanc spem, perueniendi
 scilicet ad perfectam similitudinem, sancti-
 ficat se in ueritate, nondum quidem sancti-
 tatem plenam habet, sed sequitur illam. San-
 ctificatio igitur dicenda est uia, progressus,
 appropinquatio potius, quam sanctitas, uel
 eius possessio, uel quies. De qua etiam Pau-
 2. Cor. 6. lus, cum de promissione illa mentionem fe-
 Eiusdem. 7. cit: Ero uobis in patre, & uos eritis mihi in
 filios, ait: Has ergo habentes promissiones
 charissimi mundemus nos ab omni inqui-
 namiento carnis, & spiritus: perficientes san-
 ctificationem in timore Domini, quod est sem-
 per proficientes, & progredientes, quod ali-
 bi explicans: Licet is qui foris est noster ho-
 mo, inquit, corrumpatur: tamen is, qui intus
 est renouatur de die in diem, quod si quoti-
 die renouatur, manet semper aliquid in eo
 uetustatis, & peccati, quæ est huius uitæ san-
 ctitas, quam non dubitamus promissam esse
 Ecclesiæ in hoc tempore, neque unquam in
 ea deesse. Qui enim maiora daturus est Ec-
 clesiæ, qui ad plenam illam perducturus est
 sanctitatem: non negabit quod minus est, &
 uia, atque preparatio ad illum, qui plenam
 cõiunctionem daturus est sponsæ: dabit eti-
 am & in hoc seculo primitias & arram. Iu-
 storum, inquit Sapiens, semita quasi lux splen-
 dens procedit & crescit usque ad perfectum
 diem. Unde in Canticis Ecclesia modò auro-
 ræ confurgenti, modò uirgulæ fumi ex aro-
 matibus ascendenti, assimulatur: in quibus
 ita est aliquid lucis, ut non desit obscuritas,
 & tenebræ, sed consurgere, & ascendere dici-
 tur Ecclesia, dum exiit semper quod imper-
 fectionis est: & assequitur quod perfectionis
 est. Hæc sunt promissa Ecclesiæ: hæc non du-
 bitamus in hoc seculo semper in ea inueniri:
 nec tamen in omnibus, nec in his, in qui-
 bus inuenitur semper uel eodem modo, sed
 mutabiliter, uariè, & incertè, modò in his,
 modò in illis: prout uidelicet huius uitæ
 conditio patitur: & diuinæ gratiæ dispen-
 satio à Deo ordinata requirit. ita ut mixta ea,
 quæ superius dicta sunt, meritò sanctitas oc-
 culta, abscondita, & incerta sit (nec enim no-
 tum est qui sint uerè sancti: etsi ex operibus
 externis luceat frequenter interior illa san-
 ctitatis lux) infirmitas uerò imperfectio, &
 peccata apertiora, & manifestiora: illa uelu-
 ti anima, hæc ut corpus. Quare meritò in
 Cap. 32. quod
 sanctitas Ec-
 assertione nostra diximus, & nunc rursus af-

serimus sanctitatem non singulis promif-
 sam, nec in singulis inueniri: sed in quibus-
 dam sic semper, ut modò in his, modò in il-
 lis: atq; ita Ecclesia semper sancta est, & non
 singuli qui ad eam pertinent. quod quia Bren-
 tius impugnat, & reijcit, est ultimo in hoc lo-
 cò explicandum, idq; primò ex hisce para-
 bolis Euangelicis, deinde ex humani cor-
 dis incerto, deniq; ex ratione humanæ Rei-
 pub. In Euangelio igitur inter cæteras simi-
 litudines illa notissima est, qua areæ confer-
 tur Ecclesiæ, sicut alijs scripturæ locis torcu-
 lari: Permundabit, inquit Ioannes Baptista,
 aream suam, & congregabit triticum in hor-
 reum suum, paleas aut comburet igni inex-
 tinguibili. Vide igitur huius similitudinis
 conuenientiã, & uim quãdam hoc explican-
 di mirabilè. Primò si areã intuearis cum te-
 runtur segetes, cum sub iumentorum pedib.
 sub prælij etiã acutissimis lapidibus, & gra-
 uitate conculcantur, atq; uersantur. Deniq;
 toto tempore antequam uentilata fuerint,
 siue in aceruum redactæ sint, siue effusæ per
 aream, uideberis tibi nihil uidere quàm pa-
 leam, tanta est eius multitudo, tanta leuitas,
 ut eminentiùs appareat: granorum uerò
 tanta grauitas, tanta raritas paleæ compara-
 tione, ut si inexpertus eius rei uideat, pror-
 sus omnia, ut paleam, sit contempturus. At
 uerò cum peruentum fuerit ad mundan-
 dum, cum opportunus flatterit uentus, ui-
 debis paleam subleuari in altum, longiusq;
 auolare in immensum quendam aceruum:
 grana uerò suo pondere rursus cadunt, sub-
 sident, & purgata, ac segregata ab his, quibus
 prius tegebatur in exuijs, ab omni deniq;
 palearum leuitate reconduntur horreis, &
 in precio habentur, & tum demum apparet
 paleas, non nisi propter grana, fuisse: quibus
 ut & crescere, & ad debitam maturitatem
 peruenire, & in ipsa area custodiri possint,
 necesse habuerunt grana: sine paleis enim
 nihil horum fieri potuisse docet ipsa natu-
 ra, nonne ergo cum Euangelium hac simili-
 tudine utitur, admonet nos cogitare: si Ec-
 clesia area est, non admirandum si in hoc
 tempore quando non uentum est ad segre-
 gationem mali, & instabiles homines, qui
 tanquam puluis siue gluma uanis huius se-
 culi desiderijs, ut uento feruntur, emineant,
 appareant, gloriantur: Boni uerò, qui cœle-
 stis uitæ desiderijs solidi sunt, lateant, abscon-
 dantur, & conculcentur? & tamen inter hæc
 certos nos esse debere omnia propter frum-
 menta fieri, in omnibus utilitatem illorum
 quæri. Et sicut is, qui paleam comburit igni,
 areæ curâ habet, illam amat & custodit, sed
 propter grana solum. Nam illa sola seruat.
 Sic & Ecclesia, ppter bonos custoditur, pro-
 pter electos chara est Deo, & curatur, nec ta-
 men sine paleis unquam est, quàm diu area
 est, usque ad ultimum scilicet iudicium. Si
 quis igitur meritò mirari potest, aut irride-

clesiæ pro-
 missa, non ad
 oēs, qui in ea
 sunt, perti-
 neat.

Cap. 33. Pro-
 batur illud
 ex Euange-
 lica parabola
 la areæ.

Matth. 3.

re quod in area sint paleæ, quod non omnia sint grana, is admiretur cum Brentio me dicentem non omnibus, qui in Ecclesia sunt, sed quibusdam tantum promissam esse, & conferri sanctitatem. Si quis non agnoscit aream, si quis negat aream esse, quia paleas habet, is neget Ecclesiam, quia peccatores continet. Ego uero cum manifesta experientia, cum Euangelica parabola Ecclesiam non agnoscerem, nisi peccatores haberet, uocarem horreum, & cælum, ipsamque beatorum congregationem. Ceterum Ecclesiam esse huius sæculi negarem, in qua paleæ non sunt: Denique si quis omnibus, quæ in area sunt, putat ueritatem grani, & frumenti conuenire, is putet omnibus, qui in Ecclesia sunt, promissam esse sanctitatem: ego uero contrarium doceo hac similitudine Euangelica. Iam uero si humani cordis, & conditionis incertum cogitemus, multo magis admonebimur huius malorum cum bonis permissionis, & aliorum in alios mutationis: propter quod maxime hoc necessarium est, ut scilicet etiam manifestè mali non alie ni ab Ecclesia habeantur: cum facillè, & frequenter contingat, etiam cum minus speratur, ipsos mutari, & uia, ueraque membra Christi fieri, cum ipso regnatura perpetuo. Itaque hac parte illa similitudo areæ longo interuallo superatur. Nec enim unquam uisum est in area, ut ex paleis triticum fieret, uel econtra. Unde quamuis permixta sint, non est tamen difficile, ut uel contrectantis manu, uel attentius aspicientis oculis discernantur. At in hac spiritali area, quoniam ut Irenæus inquit, liberi arbitrij sumus, & non natura, sed uoluntate paleæ, uel frumentum, boni uel mali, & frequenter ex alio in aliud mutamur: non est qui possit discernere, nisi is solus, cuius oculis præsentis sunt iam fines, & exitus omnium. Ceterum omnibus nobis merito dicitur: Nolite ante tempus iudicare. Cum enim & qui stant, ueræque charitatis participes sunt, frequenter contingat cadere, ut ille, cui dicitur, memor esto uti de excideris, & age penitentiam: & alius similiter cui dicitur: tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: Merito omnibus, qui se iustos cogitant, dicitur: Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Et rursus quoniam quæ peccatis etiam sepulti, & assueti, atque iam desperati sunt, frequenter resurgunt, clamante Paulo: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus: merito admonemur omnes de nullo etiã deploratissimo peccatore desperandum, de nullo quantumuis sanctissimo non timendum, quod ostendunt multa Dei iudicia, quæ in Ecclesia, & in scriptura passim uidemus. Hoc Iudas ex Apostolorum sublimi throno in ultimū barathrum cadens, & Iatro ex supplicio ultimo ad regnum cælorum euectus nos admonent: Hoc Paulus ex persecutore

conuersus ad Christum: Hoc Simón post baptisimum conuersus ad uomitum: Hoc denique non in uno, aut altero, siue in paucis, sed in Iudaica gentis parte illa, quæ à principio Euangelij, & usque nunc Gentibus currentibus ad Christum incredula permanet, ad magnam humilitatem omnium prædicatur à Paulo, Gentes inquit, quæ non sectabantur iusticiam inuenerunt iusticiam: Iusticiam autem, quæ est ex fide: Israel uero sectando legem iusticiam in legem iusticiam non peruenit. Et Saluator: Multi ab Oriente, & Occidente ueniunt, & recumbent cum Abraham in regno cælorum, filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. De qua re quid potest aliud dici, quam quod Paulus docet: Magnum scilicet hoc mysterium esse in sola Dei sapientia absconditum. Nolo inquit uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobis ipsi sapientes, quoniam cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret. propter huius enim sancti timoris utilitatem, ut Augustinus inquit, ne regenerati, & pie uiuere incipientes, aut multum denique proficientes, & perseverantes tanquam securi alta sapiamus: quidam non perseveraturi perseveraturis Dei permissione, uel præuisione, ac dispensatione miscentur, quibus cadentibus territi cum timore, & tremore gradiamur uiam iustam: donec ex hac uita, quæ tota tentatio est, transeamus ad aliam, ubi iam non sit elatio comprimenda, nec contra eius suggestiones luctandum. Ceterum in hac uita illud Pauli perpetuo est ante oculos habendum: Tu fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei, in eos, qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris. sed & illi si non permanserint in incredulitate, inferentur. potens est enim Deus inferere illos. Vide itaque quam disertè omnia, quæ ad salutem nostram pertinent, sub libertatis nostræ incerto posita sunt. Si permanseris inquit, alioquin & tu excideris, & si illi non permanserint in incredulitate, inferentur: & quidem bonitati Diuinæ tribuit omne nostrum bonum, quod fide stemus, quod perseveremus: mala uero quod non perseveremus, & excidamur: iusticiæ seueritatem, inquit, uide in eos, qui pereunt. si iusticiæ certè punienti peccata. peccatis igitur nostris mala debita sunt: bona uero nullis meritis, quæ reuera non sunt ante eius erga nos operantem bonitatem: Conclufit enim, inquit, Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. In tanta ergo incertitudine arbitrij nostri, in tam inperscrutabili abyfso diuini consilij quis de perseverantia maxime audebit quicquam sibi tribuere, aut certus esse: Quis inquam illud: Ego uobiscum sum omnibus diebus: Et illud: Rogabo

Cap. 34. Pro
batur idē ex
incerto, &
mutabilitate
humani cordis.

Apo. 2.
Eiusdem 3.

1. Cor. 10.

Roma. 9.

Matt. 8.

Roman. 11.

Epist. 107.

Roman. 10.

gabo Patrem, & alium Paracletum dabit uobis, qui maneat uobiscum in æternum, uel sibi tribuet, uel auferet alteri quantum uis grauiſſimo peccatori. Quis non uideat, donum hoc perſeuerantiæ uſq; ad finem nonnunquam ſeruari peccatori maximo, & iuſto non dari, certè latroni ſeruatum erat, Iudæ negatum. Cùm igitur hoc Eccleſiæ promiſſum ſit, ut in ea nunquam defutura ſit ſanctitas, multis uerò quantum uis prædeſtinatis non præſtetur. Septies enim in die cadunt etiam iuſti, & reſurgunt: ſicut cecidit Petrus, & alij Apoſtoli, ſicut Dauid. Vnde & alij in fine uitæ tantùm datur ſanctitas, ut latroni: Alij interdum habent, interdum amittunt, alij poſtquam ſemel acceperint, uſq; ad finem retinent, cuius rei nulla eſt certitudo, nulla ſtabilitas: ſed mira uarietas, mira uiciſſitudo, quid reſtat quàm ut agnoſcamus ſic nunquam in Eccleſia ſanctitatē deeſſe. Hoc enim eſt ei promiſſum à Chriſto, ut tamen non paucis eius membris etiã prædeſtinatis uel frequenter, uel quandoq; deſit. ſed dum cadentibus alijs, alij ſtant: dum errantibus alijs, & cæcutientibus, alij in luce perſiſtunt: idēq; ita uiciſſim, ut quiſque in altero cadente ſibi timeat, eumq; adiuuet, ut ab eo uerſa uice adiuuetur, Eccleſia ipſa ſancta perſeuerat, non uerò ſingula eius membra ſancta ſemper ſunt. etſi Brentius contra hoc centies clamat. Accedit hiſ & tertiu: Nam cùm Eccleſia ſit humana Reſpublica, ut ſuperius deduximus, quod ei dicitur, cui accipiendum eſt dictum eſſe? nunquid ſingulis? nõ certè, ſed Reipublicæ ipſi. nec enim omnibus promittitur omniũ ſcientia, & ſi dictum ſit: Ponam oēs filios tuos doctos à Domino: non omnibus gratia miraculorum, etſi Chriſtus dixerit, ſigna eos, qui crediderint, ſequentur: in nomine meo Dæmonia eiſciet, &c. nõ omnibus poteſtas iudicandi, & abſoluendi, uel retinendi peccata conceditur, etſi dicatur: Dic Eccleſiæ, & ſi Eccleſiam non audierit, &c. Vnde Augu. ueriffimè dicit clauſes datas eſſe Eccleſiæ. Si enim hæc omnia paſſim omnium eſſent, qd aliud eſſet Eccleſia quàm confuſa quædam, & inordinata Reſpublica, in qua nullus alterius egeret opera: nullus alij ſe ſubderet, quod cùm abſurdum ſit in omni humana Reſpublica, quoniã repugnat ordini, de quo Paulus inq; Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: quantò magis alienum hoc eſſe debet ab Eccleſia, Reſpublica, ſcilicet ſpeciali Dei conſilio inſtituta, & erecta, quod etiam in ea maximè commendatur, eiq; maximè præcipitur. Omnia, inquit Paulus, honeſtè, & ſecundum ordinem ſient in uobis. & in Canticis terribilis dicitur, ut caſtrorũ acies ordinatã. In humana Reſpublica, non omnes ingenui, non omnes liberi, non omnes conſulares, non omnes artifices, uel milites, non omnes eiſdem priuilegijs gaudent, nõ eiſdem legi-

bus gubernantur. In Eccleſia igitur in omniunt gratiam, in omnium utilitatem, & bonum promiſſa ſunt ei, & conceſſa dona diuina, quorum ſinguli pro ſuo gradu participes ſunt. Vnde Paulus nõ plus ſapere, quàm oportet, dicit omnibus, ſed ſapere ad ſobrietatem, & unicuiq; ſecundum quod Deus diuiſit meſuram fidei. Et de cæteris rebus omnibus, inquit, nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophætæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? &c. Et, quod ad præſentem locum attinet, certè Eccleſiæ promittitur perpetua ſanctitas in hoc ſeculo, qualis hîc eſſe poteſt: Et tamen Paulus hiſ certè, qui in Eccleſia erãt, & quibus primò dicit: Attendite uobis, & uniuerſo gregi, in quo poſuit uos Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei: Quis hoſ dicet non fuiſſe in Eccleſia, non fuiſſe ueroſ Epicoſpos, & preſbyteros eius? & tamen illis ipſiſ dicit: Ex uobis exurgent uiri loquẽtes peruerſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe. Eſt igitur Eccleſia ſemper ſancta, ſicut ciuitas inuicta manet, nec expugnata eſt, quàm diu in ea fortes uiri perſiſtant, & contra hoſtes ſtrenuè militant, eamq; tutantur, etiã ſi deſides fugiant, ſi alij capiantur, alij ſuccumbãt. Certè ſi ciuitati illi ſic permanenti in bello promiſſa eſſet à Deo perpetua ſtabilitas, quis diceret non eſſe hoc impletum ob quorundã ſtragem, aut afflictionem: ita omnino non præualent aduerſum Eccleſiam portæ inferi, peccatores ſcilicet, & peccata, etiam ſi præualeant aduerſus quàm plurimos, qui priuſ ei per ueram charitatem uniti erant, & prædeſtinati etiam, inter quos multi ſunt, qui poſtea ex uictis efficiuntur uictores, atq; hac ratione permanemus conſtantiffimè, & alacriter in Eccleſia, eius gratiæ, eius promiſſionibus ſiſi ſperamus, etiam cùm cadimur, & uulneramur, nos reſarrecturos: & quã diu ab Eccleſia non recedimus peruenturos ad perpetuam ſanctitatē, ei promiſſam non diſſidimus. In nobis itaq; ipſis, in infirmitate noſtra tremimus, & deficimus: in Eccleſiæ ſocietate reſpiciamus, & conualeſcimus. Ad meipſum inquit Pſalmus animã mea turbata eſt. propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm à monte modico. terra Iordanis, & Hermonijm Eccleſia, terra baptiſmatis, ad quam per Baptiſmum ingredimur. Hoc enim Iordanis meritò nõs docet, terra humilitatis, & anathematis, quod uocabulum Hermon ſignificat: in qua abrenunciamus Sathanæ, & omnibus pompis eius. ſeqmur humilitatē eius, qui inquit, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Ex hac igitur terra, ex hac Eccleſiæ ſocietate, cùm ad noſiſpoſ turbatur anima noſtra, memores ſumus Dei promittentis illi: Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terrã, de omni re, quãcumq; petierint, fiet illis à Patre meo. Huius ergo, & oratio-

Roman. 12:

1. Cor. 12:

Actu. 20:

Pſal. 42:

Cap. 35. Idē
probat ex
ratione hu-
mana Reipu-
blice.

1. Cor. 14.
Canti. 6.

Cap. 34. Respon-
detur
Brentio, &
ex eius ratio-
ne ostenditur
sanctitatem
Ecclesie pro-
missam non
singulis mem-
bris conue-
nire.

1. Cor. 12:

num ipsius Ecclesie, quas pro peccatoribus fundit, memores confirmamur contra infirmitatem nostram. à monte inquit modico, à monte illo in oculis quidem hominum modico, & humili: re autem uera altissimo, & maximo Christo: monte inquam domus Domini, super quem scilicet Ecclesia ædificata est, à Christo inquam, à fide certissima, quam in eū habemus: qua sponsum Ecclesie esse non dubitamus, memores sumus Dei. Nam extra Christi Ecclesiam nulla uera memoria, nulla uera inuocatio Dei. In ea autē etiam publicanus exauditur, cū percussus pectus dicit. Deus propitijs esto mihi peccatori. Nōne ergo his omnibus manifestum fidei dogma hoc esse ostenditur, quo asserimus totam quidem Ecclesiam promissionē habere præsentia Spiritus sancti, non singula membra. Sed clamat cōtra hæc Brentius, primo suo loco de auctoritate principum, &c. quid inquit noui, imò quid blasphemie audio? & me non sana mente esse uult, immanē inquit, quantus hic est stupor? quantus furor? at uerò nos certis hoc fidei testimonijs, pbauimus, quæ nec Brentius negare potest. Peccant multi eorum, qui membra sunt Christi, & exciduntur per peccatū, & rursum eidem inferuntur. non itaq; singulis membris Ecclesie promissa est perpetua præsentia Spiritus sancti, non inquam, promissa est etiam illis, qui uera sunt membra, quandoquidē excidunt à gratia, & nonnulli eorum perpetuò separabuntur: ij scilicet, quos Paulus luget, qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, super immundicia, fornicatione, & impudicitia: non igitur terremur uocibus Brentij, & contumelijs, quid rationis adferat uidendum est. Profectò, inquit, sicut Christus adest toti Ecclesie, ita adest singulis eius membris: Et sicut Spiritus sanctus gubernat totam Ecclesiam, ita etiam gubernat singula eius mēbra. Hoc est oraculū Brentij, adducit quidem statim Pauli uerba, Si quis spiritum Christi non habet, is non est eius, & accepistis spiritū adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater: & non scitis quòd membra uestra sint membra Christi, quòd corpus uestrū est templū habitantis in uobis Spiritus sancti. Hæc omnia noscimus, & confessi sumus. Certè qui non habet spiritum Christi, alienus est & à Christo, & ab Ecclesia. nam, ut plurimum, membrum mortuum diximus hunc esse. quid illa omnia probant, certè omnes, qui spiritum Christi habēt, & illi soli sunt membra eius: non tamen propterea eodem modo adest Christus illorum singulis, sicut toti Ecclesie, quod inconsideratiū dixit Brentius: nunquid singulis adest perpetuò? nunquid singulis conuenit, non te deseram, nec te derelinquam? Hoc quid aliud est, quàm Iouiniani commentū, nullum scilicet post Baptismum peccare posse. nanque baptiza-

tis omnibus Christum, inquit Paulus, induistis. quòd si nunquam eos desereret Christus, ut Ecclesiam non deserit, non laberentur, peccant uerò, & quidem moriuntur in peccato: non igitur eodem modo adest singulis Christus, sicut Ecclesie, nec singulos ita gubernat Spiritus sanctus, ut Ecclesia. nunquid in nullum uerū Christi membrū præualent portæ inferi? Simon ille baptizatus nunquid non fuit membrū Christi de quo dicitur, quod & ipse credidit, & cū baptizatus esset adhebat Philippo? & tamen de eo inquit Petrus, in felle amaritudinis, & obli- Actu. 8. gatione iniquitatis uideo te esse. Deniq; hic fuit hæreticorū omniū parens, omniumq; perditissimus. Nōne ergo caruit Brentius consideratione, Christum eodem modo adeste dicens singulis membris, sicut toti Ecclesie. Ecclesie nanq; perpetuò, infallibiliter, & certò: singulis membris nec ppetuò, nec infallibiliter, sed modò adest, modò se subtrahit: cū scilicet labuntur. Denique nec certò credimus alicui membro adeste: quicquid uelint de sua certa fide docere Brentius, & sui. non tenemur credere Spiritum sanctum gubernare istum, aut illum Christianum quemcunq; aut eius animam inhabitare per gratiam: nullus inquam de alio hoc tenetur credere, sed de Ecclesia omnes pariter id credimus, quæ est domus Dei, columna, & firmamentum ueritatis. Sed addit Brentius non omittendam rationem. Paulus inquit, corpus unum est, membra habet multa: omnia uerò mēbra cū multa sint, unum sunt corpus: sic & Christus. Etenim per unum spiritum omnes in unum corpus baptizati sumus, ex quo Pauli uerbo sic inquit. Quid manifestius dici potest, quàm q; sicut se habet corpus humanū, in quo sunt diuersa membra: ita se corpus Christi, quod est Ecclesia. Ergo inquit, sicut in humano corpore anima gubernat non tantū corpus, sed singula membra: nisi fortè, inquit, manus, aut pedes destituantur uiribus, ita in corpore Christi spiritus gubernat totum corpus, & singula eius membra. quibus dicit quasi triumphans: aude, inquit de me impudenter dicere Spiritū sanctum gubernare totā Ecclesiam, non autē singula eius mēbra. atq; ita me ab hominū cōiuctu expellit. qd, inquit, cum tali homine conferas, qui uideatur sensu communi carere. ne igitur tali sophismate decipiantur simplices, & Brentius gloriatur contra tam certam ueritatem dixisse. qua nos capite illo de concilijs asseruimus, posse peccare, & errare quemlibet Christianorum, non uerò totam Ecclesiam: quod cū de Ecclesia uera Christi ipse fateatur, & nos de singulis membris tam aperte falsum esse ostenderimus: si hæc considerasset, non tam facile leuissima apparentia putasset se obtinuisse. cadere possunt singula mēbra uerè Ecclesie, & quotidie cadūt multa.

ta, nunquam iterò tota Ecclesia. Sed iam ad rationem. Sicut se habet corpus humanum, in quo sunt diuersa membra, sic se habet Ecclesia. Similitudo hæc est aptissima quidem, sed similitudo, & metaphora: qua scilicet, obseruata, pportione, est semper utendum. Cùm igitur ille addit. Sed anima gubernat totum corpus, & singula membra: ergo ita Spiritus sanctus. Aduerte animam singula gubernare, singula membra uiua, & unita corpori: at uerò separata, & mortua, iam nõ uiuificat. Ita nos dicimus singula membra uiua Ecclesiæ, quàm diu corpori adhærent, Spiritus sanctus gubernat. q. si se separant, iam non gubernantur à Spiritu sancto. qui tamen non propterea totum reliquum corpus deserunt. Argumenta, quæ ex mysticis uerbis sumuntur, frequentissimè fallunt, nisi attentè dissimilitudo cogitetur: si singula membra corporis humani habent natura sua libertatem, & mutabilitatem, ut possent se separare à corpore, & rursus illi uniri: haberet uerò anima inseparabilem coniunctionem cum toto corpore: tunc per omnia corpus humanum simile esset Ecclesiæ. tunc enim posset anima uiuificare modò hæc membra, modò illa: & ipsa, quæ uiuificat, si separarentur non uiuificaret: & unita rursus uiuificaret. cùm tamen corpori semper coniuncta essent. Hęc omnia fingenda sunt, ut illa sit omnimoda similitudo corporis humani, & Ecclesiæ, & sic illustrat etiam ueritatem, quam asserimus, sed quia illa duo desunt, nam membra nostra natura semel mortua, nõ rursus uiuificantur, nec libertatem ullã habet: nec aia coniunctione indissolubile cum toto corpore, neq. cū singulis partibus oppositū oio eadem ratione sequitur. Agamus ergo gratias Brent. qui hac similitudine illustrauit etiã qd asserimus, si modò dissimilitudo cogitetur: imò ueritati ipsi potius illas agamus, quæ efficacia sua, cū magis impugnatur, fortior redditur. & Brentius uideat nõ cõmuni sensu carere, qui totam Ecclesiã ppetuò asserit gubernari à Spiritu sancto, & errare non posse totã, nec totã peccare: singula uerò membra quotidie errare, & peccare. Quoniã igitur qd ad confirmandam ueritatẽ de sanctitate Ecclesiæ, atq. peccatis, quæ in ea sunt, pro captu nostro satis dictum est: audiamus iam, qd circa hoc Brentius proprio loco de Ecclesia asserat: qd in nobis impugnet: ut quàm sit constans, & certa eius doctrina ostendatur. Igitur dum confert Ecclesiam uerè catholicã, ut ille appellat, nostrã, quam scilicet ego describo, & cuius me esse membrum toto corde, & affectu confiteor, & cupio, catholicam Ecclesiã ex Dei electione pendere, renasci ex Deo, nõ habere maculam, aut rugam asserit: cùm uideatur sibi, me nihil horum in ea agnosceret: sed quàm uerè, ostendunt, quæ proximè diximus. agnosceimus enim, & prædicamus

Ecclesiæ sanctitatem. Interim tamen Brentius in ipso quasi principio huius loci sic inquit: Nam eius uerba adferam: ac fatemur quidem, quod præcipuè in publica pace, & tranquillitate multi impij hypocritæ, & impenitentibus, qui uerbo tantum Christum, & Euangelium eius confitentur: corde autem alieni sunt à Christo, nõ tantum admisceantur ueræ catholicæ Ecclesiæ, sed etiam tanta sint hypocriti, tanta potentia, & auctoritate: ut fiant externi gubernatores Ecclesiæ, ac uideantur in uero populo Dei, qui est uera catholica Ecclesia, longè omnium primi. Sed hoc utcumq. se habeat, certè firmũ, fixumq. manet, quod, qui non uerè credit in Christum, non sit uerum ueræ catholicæ Ecclesiæ membrum. Hęc quidem in principio: sed iam prope finem audiamus, quid dicat. Post multa enim opprobria in me, & in Ecclesiam, quã describo, sic loquitur. At enim dices, quid si Afoeticus quispiam (sic enim libet ei loqui) impio, & Lucianico corde admisceat se Ecclesiæ ueræ catholicæ: & profiteatur unã cum pijs doctrinam Christi, tanta eloquentia, tanta prudentia, tantaq. uitæ externæ honestate, ut eligatur publico suffragio in ministrum, adeoq. Episcopum Ecclesiæ: num ministrũ huius esset ueræ Ecclesiæ inutile, & inefficax: an qui per hunc baptizarentur, non essent uerè baptizati, an qui per hunc audirent cœlestem doctrinã, non possent Spiritũ sanctum accipere? Hęc igitur proposita quæstione inter respondendum sic ait: sed est hypocritæ sint in externa congregatione, & societate Ecclesiæ ueræ, tamẽ cùm sint animo impio, Lucianico, & Epicureo, nihil certiũs est, quàm quod nõ sint illa catholica Ecclesia, aduersus quam portæ inferi præualent: & statim ita loquitur. nihilominus autem si fuerint ad ministerium Ecclesiæ uocati, & docuerint, quæ pia sunt: atq. administrauerint sacramenta iuxta Christi institutionẽ, ipsi quidem sint Deo abominabiles, ministerio autem eorũ id efficitur, quod Dominus ordinauit. Incrementum autem non est hominis ministri: sed Spiritus sancti, qui cùm sit liberimus donorum suorum dispensator, & misertinet, organi indignitatem: sed suam ipsius clementiam, & liberalitatem. Itaq. repudiamus Donatistas, qui docuerunt Spiritũ sanctum non esse per ministerium malorum efficacem. Vide itaq. tria ipsum disertè concedentem: malos admisceri ueræ, & catholicæ Ecclesiæ, esse in externa cõgregatione, tamen hos nõ esse uera ueræ catholicæ Ecclesiæ membra: deniq. ministeria horũ nõ esse inefficacia, sed fieri illis id, ad quod Dominus ordinauit: modò sint uocati, & iuxta institutionem Christi doceant, & administrant sacramenta: contrariũ esse Donatistarũ errorem. Certè nobis hæc tria satis sunt ad

Cap. 35. Tria
quæ Bren. cõ
cedit. Pecca-
tores scilicet
misceri Ec-
clesiæ, & mē-
bra mortua:
& Spiritum
sanctum per
eosmittere
sua dona, sa-
tis esse ad
causam obli-
uendam

nostra confirmanda. Damus hæc illi, sed quod rogo tunc impugnat in nobis? aut quomodo nos contraria diximus? quod enim ad primum attinet, nos ingenuè asserimus, peccatores etiam manifestos esse in Ecclesia, quod non est aliud, quam misceri eos Ecclesie, quod ille inquit, aut esse in externa societate Ecclesie, quod etiam ille dicit. Certè August. & catholici Episcopi contra Donatistas utrunque asserunt, ut supra ostendimus. miscentur mali Ecclesie, & sunt mali in Ecclesia, sarena est, area est, & ager in quo seminatur triticum, & superfeminantur zizania. & ut satis ostendimus, falsum commentum est, duas Ecclesias inuehere, alteram externam, & uisibilem, alteram occultam, & ad hanc referri uerbum hoc: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, non ad uisibilem. Vera Christi Ecclesia illa est, quam Apostoli congregarunt, quæ per totam Iudæam ædificabatur, & inde impleuit terram. Hæc est, aduersus quam portæ inferi non præualent, cuius gloria ab intus, exterius autem circumamicta est uarietate. In hac una Ecclesia, quam semper scriptura, & Patres continentur, miscentur mali, & sunt mali: & qui primum admittit, & secundum negat, certè pugnam quærit uerborum, non rem. Sicut, qui in externa societate Ecclesie dicit eos esse, non autem in Ecclesia. nos uerò cum Paulo circa quæstiones, & pugnas uerborum nec languendum, nec immorandum esse sentimus, contentiones uerborum ad nihil aliud utiles esse, quam ad subuersionem audientium, quare illa non curamus. Sint peccatores in Ecclesia, uel misceantur illi, dicat ut uolet, nihil aliud exigimus. Quod circa secundum magis uide. Dicit ille, peccatores non esse uera Ecclesie membra: nos dicimus non esse uiua membra. Ita enim discretè asserimus, quod ipse refert. & addimus, charitatè necessariam esse, ut quis sit uiuum membrum Ecclesie, certè mortua non sunt uera membra. Loquimur enim de ueritate uitæ illius, quæ à Christo est. Sicut enim homo mortuus non est uerus homo: ita manus mortua, aut caput mortuum, aut pes, uera non sunt: quanquam si naturam haberet, ut hæc membra semel mortua uiuificari possent, retinerentur certè spe illa. Itaque mecum sentit dicens, peccatores non esse uera membra Ecclesie: qui dico non esse uiua membra, sed mortua. Denique circa tertium, cum ille fateatur malos ministros esse, & Episcopos Ecclesie, & ministeria eorum efficacia esse: si sint uocati, & Christi institutione sequantur. nos uerò nihil ulterius requiramus, quam quòd propter peccata non liceat eos, non agnoscere, aut obedientiam subtrahere ab his, qui legitime ad ea ministeria uocati sunt. Quid ergo est, de quo contendit? nam, quod post ea, quæ retulimus addit: si autem impij, & hypocritæ docuerint pugnantia

cum cœlesti doctrina: & peruerterint uerum sacramentorum usum: nulla amplius nec reuerentia, nec obedientia obstricta est eis catholica Ecclesia, etiam si fuerint antea legitime uocati, & longa ordinaria successione serie illustres, non grauatim etiam ei concedimus, etiam si Angelus de cœlo aliud euangelizauerit, anathema sit. certè hæresis, & professio falsæ fidei prælatum etiam legitimum priuat auctoritate: & omnino eicit ab Ecclesia. quanquam iudicium huius rei non ad quoslibet pertineat. sed omnino falsissimum est quod dicit, se probasse nostros prælatos contraria cœlesti doctrina docere, & peruertere uerum usum sacramentorum: certè qui manifestè hoc facit, merito non est agnoscendus ut prælatus Ecclesie, sed etsi iudicio Brentij, aut suorum ita sit: negantibus illud, non paucioribus testibus, quam sint ipsi. non propterea licuit illis se subtrahere. ut minimum, causa est dubia: iudicium ergo requirit. certè, & manifesta hæresis iam in Ecclesia iudicata, si manifestè asseratur, peccatum est præcedens ad iudicium. quæ Brentius, & sui accusant non sunt huiusmodi. sed de his satis. Ad tertium illud redeamus: cæcidè interpretamur uerba Brentij, atque cum eo sentimus, legitime uocatum, & ordinatum, quod ad sacramenta attinet, etiam si sit hæreticus, & impia doceat, si in eis administrandis institutum Christi sequatur, ipsa perficere: & Deum per ea, ad quod ordinata sunt, nobis cõferre. quod ad doctrinam uerò, si doceat cõsona ueræ fidei, atque ea præcipiat, audiendum esse: & si utrunque eorum ille in suam perniciem efficiat, & mortuum tantum membrum sit Ecclesie. Hæc tria integrè causam totam, quam præcipuè Brentius agit, de sanctitate Ecclesie, ut ab ea peccatores excludat, ita definiunt, & terminant: ut ex eis non tantum omnibus, quæ Brentius circa hunc locum contra nos adfert, responderi: uerum etiam sibi contrarius, & manifestæ ueritati, dum nihil aliud quærrens, quam quod reprehendat, nec mea, nec sua satis expendit, ostendi facillimè possit. quod mox faciemus. Sed prius tria hæc sunt, nobis ante oculos posita, in quibus tota causa est: in quibus non potest à nobis recedere, nisi à seipso etiam recedat Brentius. Primū, peccatores admisceri Ecclesie, esse in externa congregatione Ecclesie: addo, esse in Ecclesia, quod idem est, quod misceri, uel esse in externa conuersatione, & congregatione: nec est inter hæc nisi nominis contentio. Secundum, peccatores non esse uiua membra Ecclesie, & ideo non esse uera membra eius, nec certè ueram Ecclesiam, quam diu tales sunt. Tertium perfici à Deo ministerio eorum id, ad quod ordinati sunt, esse ueros pastores, & Episcopos: certè nihil ultra nos asserimus. Quid ergo uociferaris Brenti, in loco de scriptura contra me, quod

Cap. 36. Ex illis tribus calumniæ Brentij ostenduntur, & confitentur: circa uerā quæ confitemur Ecclesiam.

quod palam, & impudenter affirmem, non requirendam esse gratiam, aut interiorem aliquam occultam uirtutē, uel in ministris, uel in membris Ecclesiæ, præter publicam, & legitimam professionem fidei, & uocationem: quid inquam ita clamas, & in alium sensum detorques uerba mea, quàm quem apertissimè ipsa loquuntur? non requirendam Dei gratiam, aut occultam uirtutē interiorem in ministris, uel membris Ecclesiæ? absit ut dicam. maximè requirenda est, & requirit illam Deus: Sancti inquiens estote, quoniam ego sanctus sum. & confert eam, idoneos, inquit Paulus, nos fecit ministros noui Testamenti nō litera, sed spiritu, & ipse Christus, Accipite, ait, Spiritū sanctum, &c. requirit illam excellentia status eorum, sanctitas rerum, quas administrant, requirunt hæc omnia gratiam, & uirtutē in ministris: ut dignè suo fungantur officio: requirunt, inquam, ut ipsi salui sint, ne, ut Paulus inquit, cum alijs profuerint, siue docendo, siue sacramenta administrando, siue deniq; orando, & offerendo pro populo, ipsi reprobis efficiantur. Cæterum ut Ecclesiæ munera integra perficiant, & ad eam pertineant, diximus eam non requiri: quod tertium illud à te concessum habet. Fateris enim Donatistarum esse, quod per manus peccatorum non perficiantur ministeria, ad quæ ordinati sunt: Sic habent uerba nostra, quæ ipse citasti. neq; gratia, nec uirtus aliqua occulta requirenda est, uel in ministris, uel membris eius, præter publicam, & legitimam fidei professionem, & uocationē, ut ad eam pertineant, & eius munera integra perficiant. Hoc tu asseris. aut igitur id aduertisti uerbis meis significari, & data opera sic peruertisti, ut, qui legerint, putent me, simpliciter ea non requiri, dixisse, quæ dixi, non requiri ad hoc, ut integra sint Sacramenta: & certè non excusari potes à grauissima impostura: aut non considerasti, quantum interfit inter non requiri simpliciter gratiam, & nō requiri ad integritatem Sacramentorum. & certè nescio quomodo excuseris à magna inconsideratione, rei uidelicet, quæ præcipuè agebatur. Nos, ut propter peccata quæcunque, quibus omnes subditi sumus, non reijciatur auctoritas prælatorum, non reddantur incerta sacramenta, & ministeria Ecclesiastica, deniq; ne propter illa, incerta Ecclesia ipsa fiat, dicimus non requirendam gratiam, aut interiorem uirtutem, ut hæc omnia integra, & certa maneant, & constent nobis. Vnde quid ea scriberemus aduertimus, ne diceremus, sacramenta integrè perfici, per manus impiorum: quoniam quantum attinet ad ipsos, & rationem agendi, certè illi maculant sacramenta. Offertis, inquit Dominus, super altare meum panem pollutum: & dicitis in quo polluimus te, &c. male itaq; illi faciunt, malè administrant, & cor

ruptè: sed ipsa integra manet, & per ea Deus operatur, quod Brentius concedit. Quid ergo aliud agit hæc mea referens, & peruertēs, quàm occasiones querere calumniandi. Nam eadem ratione, eodem loco mox citat uerba mea, in capite de concilijs: in quibus dico, neq; ex electione Dei, aut uera fide, & charitate, interiùs pendere: ut quis ad Ecclesiam, cui dictum est: portæ inferi nō præualebunt aduersus eam, pertineat siue subditus, siue prælatus: sed ut uiuum membrū eius sit, hæc requiruntur. & mox ea peruertit, ita in me dicens: os impudentissimum, audes tu Ecclesiam illam, aduersus quā non præualent portæ inferi, hoc est ueram, & firmam, ita infamare, ut affirmes eam nec ex electione Dei, nec ex uera fide, & charitate pendere. Hæc Brenti ego non dixi pendet Ecclesia ex electione Dei, sed ut quis pertineat ad Ecclesiam tanquam membrū, scilicet mortuum, non pendet ex hoc, quod electus sit à Deo: aut ueram habet charitatem. hoc disertè diximus, & ut nulla restaret ambiguitas, dicimus illa regri, ut sit uiuū membrum Ecclesiæ. certè tanta inconsideratio: (ex qua in cōtrarium sensum detorta sunt, quæ diximus: & ipse expositus sui irrisui, & contumelijs) Hæc inquam inconsideratio, ut quantum fieri potest, te excusent, indigna est uiro docto, & graui. Iudicet hoc quicumq; sine affectu possunt. Ego autem tantum dicam Brentio, si malè locutus sum, testimonium perhibe, si autem bene, quid me lingua contumeliosa cædis? Ego quidem, quod ad me attinet, condono illi: qui illum sequuntur, uideant, quæ sequuntur doctorem. tam præcipitè, tam inconsideratū, tam pronū ad aliena reprehēdenda, & inferēdas contumelias, & ad rixas uerborum concitandas. Sed hæc omnia Bren. reiecta illa distinctione, quam superiùs improbauimus, de duplici Ecclesia, externa scilicet, & occulta, constat apertè reiecta esse. nam eō tendūt omnia sua: cum inquit, Ecclesia illa, cui dictum est, portæ inferi, &c. hoc est uera, & firma: hoc in quā reiecto, quod superiùs fecimus ex certa patrum doctrina, & quod solidum habet pugnam uerborum, non aliud sunt, quàm secundum in quo superiùs ambo conuenimus: nō sunt peccatores uiua membra Ecclesiæ: atq; ideo nec uera. Iuxta hæc si expendas cætera, quæ proprio loco de Ecclesia Brentius loquitur, quid aliud inuenies, quàm sanctitatis Ecclesiæ prædicationem, quam nos agnoscimus, & prædicamus: nec ea, quæ nos refert dixisse de Ecclesia, cum ea pugnāt. Nos fatemur Ecclesiā ex gratuita, & clementi electione Dei renasci: nō ex carne, & sanguine: sed ex Deo. uerū electionem, & successionem legitimam necessariam esse prælatis, & ministris eius pariter docemus: ubi legit Brentius nos dixisse, Ecclesiam non constare ex electione Dei, nos dicimus

Cap. 37.
Quā iniquè
B. mores ministrorū Ec-
clesiæ corru-
ptos exaggerans, inde ab
auctoritate,
& gradu eos
deicere con-
nectur contra
seipsum,

Ecclesiam agnoscere synceram prædicationem uerbi Dei, & uerum usum sacramentorum, sicut tradit prophetica, & apostolica doctrina: in ea esse synceram doctrinam, rectum usum sacramentorum: agnoscitq; Christum unicum suæ salutis auctorem, & caput, cumq; his nihil pugnare, traditiones non scriptas recipere, & ministros, quos Christus illi præfecit, uicariumq; suum in terris agnoscere. sed de his postea nunc illud constat, quod admissio tertio illo, peccata scilicet non priuare auctoritate, & potestate Ecclesiastica pastores Ecclesiæ, & ministros Christi, nec inualida reddere eorum ministeria, quod Brentius fatetur, frustra adduci, quicquid pertinet ad detrahendum uitæ, & moribus prælatorum, cum nos hoc tantum saluum esse uelimus, ut propter peccata eorum nec inefficacia, nec incerta reddantur illorum ministeria. Percurramus uel obiter, quæ priori loco, de potestate scilicet principum, adducit contra ministros Christi Episcopos, & ceteros Ecclesiæ rectores, & quidem omnia hæc prolegomena Brentij ubiq; scaturit cõtume lijs, & detractionibus catholicorum omnium Episcoporum, & reliquorum ministrorum Ecclesiæ catholicæ. sed in primo illo loco nulla alia ratione, quod de legitima successione dicimus, impugnat, nisi ex peccatis eorum. Adducit Annæ & Caiphæ peccatum in morte Christi. Vriæ summi pontificis, qui instituit in templo altare impium: filiorum Heli, aliorum deniq; sacerdotum, & prophetarum: & quod legitimi propheta Hieremias, Esaias & Ezechiel in eos loquuntur. Et quod Ioannes contra Pharisæos etiam, & Scribas inquit, Nolite dicere patrem habemus Abraham. Et quod Christus Dominus: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite: nunc autem queritis me interficere hominem, qui ueritatem dixi uobis, quam audiui à Patre meo: hoc Abraham non fecit. Ex quibus omnibus successione Episcoporum, legitimamq; electionem non facere ueros successores Apostolorum clamat. In Canonibus, inquit, continetur, non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. Et rursum nos, qui præsumus non ex locorum, uel generis dignitate, sed morum nobilitate innorescere debemus, & huiusmodi quædam, quæ Gratianus distinctione 20. Decretorum colligit, quibus omnibus nihil aliud respondendum est, quam ut nobis respondeat Brentius, sint ne ueri Episcopi, & ueri ministri: sint ne ministeria eorum efficacia. qd cum ita esse falsus sit, non est quod ultra requiramus. nam & nos etiam fatemur, quod cathedra, locus, electio humana non faciunt sanctum, non faciunt uerum filium Apostolorum. & quod ad ipsos attinet, qui hæc occupant, non solum non eis profunt: sed obsunt quam plurimum. Hoc nos fatemur. Cate-

rùm Ecclesiam non inde reddi incertam, neq; inefficacia eorum ministeria esse: quod nos agimus, & Brentius ipse testatur. Efficit, inquit, Spiritus sanctus per malos ministros id, ad quod ordinantur. Verus igitur illud uerbum pontificum, & sacerdotum apud Hieremiam: non peribit lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, nec sermo à propheta arroganter dictum, quod ille contra nos affert sine timore Dei, ab impoenitentibus, & sceleratis merito reprehenditur. sicut & alibi idem Propheta, nolite, inquit, confidere in uerbis mendacij dicentes templum Domini: templum Domini: templum Domini: templum Domini est. ideo mendacium dicitur, non quia templum Domini non erat: sed quia à sacrilegis cordibus Deum contemnentibus, & nihil minus, quam diuinam spectantibus reuerentiam, & nunc sumentibus superbiendi, & contemnendi Dei leges ansam, dicebatur. Sic omnino Episcopus, aut doctor, qui in sua auctoritate sapientiæ, & gradu gloriatur uitæ sanctitatem non curans, arguitur à propheta, at uerò subditorum est, quod Christus dominus iubet: Quæcumque dixerint uobis seruate, & facite: secundum opera eorum nolite facere, quod de illis dictum est, qui supra cathedram sedent Moyfi: qui legitime adepti sunt auctoritate docendi, & gubernandi Ecclesiam. His dicit Christus, ex patre diabolo estis, & uobis, qui clauditis regnum cælorum ante homines: & serpentes, genimina uiperarum, & tamen non eos negat sacerdotes, nec ab eorum obedientia subtrahit populum: nec ab eorum templo, aut sacrificijs sese unquam segregauit. nec translato iam sacerdotio per mortem eius, quam diu synagoga, ut Augustini uerbis dicamus, cum honore ducebatur ad sepulcrum: ante plenam scilicet prædicationem Euangelij, Apostoli ab eorum pontificatu se subtraxerunt: sed potius illos manifeste agnoscunt: principes populi, & seniores, inquit Petrus. Deniq; Caiphæ ipse, quem Brentius nominat, prophetasse dicitur à Ioanne Euangelista: non, inquit, à semetipso, sed cum esset pontifex anni illius. Pontifex itaq; erat, & de illis, quibus Christus dixit, uos facitis opera patris uestri: ille homicida erat ab initio, non tamen mentitur Euangelista, qui esse sacerdotem dicit. multo minus Deus ipse fallitur, qui prophetiæ dono dignitatem eius honorat. & quid pluribus opus est, Brenti, nonne falsus es, qd malorum ministerio efficitur id, ad quod ordinati sunt à Deo. hoc solum nos asserimus non propter peccata ministrorum inutilia reddi ministeria eorum: aut Ecclesiã propter peccata illorum perire. Sed quia Brentius multa frequenter ex peccatis, & erroribus sacerdotum ueteris legis, & ex ijs, quæ aduersus eos in prophetis dicuntur, maximeq; ex peccato Annæ, & Caiphæ, & ceterorum

Mat. 23.

Actu. 4.

Cap. 38. Ex errore Annæ, & Caiphæ confirmatur, non de futurâ ueritate doctrinæ in Ecclesia.

terorum in mortem Christi coniuratorum clamat, quæ turbare possint simplicium fidem, non sunt omnino omittenda: sed paucis respondendum illis. Quod igitur multis uerbis agit priori loco, quod prober pontificibus ueteris legis, uniuersisq; populo Israel non minùs factas esse promissiones de presentia Dei, quàm nunc Ecclesiæ post diuulgatum Euangelium, non omnino reijcimus. quanquam enim plura testimonia eorum, quæ adducit, ad Ecclesiam Christi meritò referri possunt, & certum est Ecclesiæ temporis gratiæ reuelatæ plura esse, promissa, quod attinet ad assistentiam Spiritus sancti, illustrationemq; eius, & gratiæ dona: quàm antiquæ illi synagogæ: Ideoq; moderatius loquendum est quàm Brentius loquitur, cum inquit, non minùs Israeliticum populum habuisse promissiones presentie Dei quàm nunc Ecclesia: tamen hæc omnia missa faciamus, quod ad presentem locum non pertineat de statu ueteris legis dicere. Illud constat promissionem certissimam illi populo factam fuisse de Messia ex eo nascituro, deq; cõseruatione illius populi, quatenus ad hoc opus erat, ut promissio Christi certò impleteretur. Sic est illud Psalmi: Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit: Et deinceps: Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, & post cætera, quæ eo loco scripta sunt: uisitabo, ait, in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum: misericordiam autè meam non dispergam ab eo. Hæc est summa, & ut Paulus inquit, finis legis, Christus scilicet. Cæterùm & illud ualde credimus diuinæ bonitati, scripturæq; sacræ, & exemplis sanctorum consonum est: nunquam defuisse etiam in illo populo aliquos, apud quos & fides, & expectatio illa uenturi Christi, uitæque consona legi, imò & gratiæ Christi perseuerarint. Ij enim sunt, qui eundem spiritum habuerunt, quorum quàm plurimi etsi sub umbra illa legis, & carnalium promissionum figuris agerent: tamen iam ad gratiam Christi, & nouum Testamentum pertinebant. hoc ostendit, quod frequenter scriptura sancta loquitur de sanctis, fidelibusq; illorum temporum, in quibus maximè iniquitas præualuisse uidebatur in illo populo: ut tempore Achab iniquissimi illius regis, quâdo Elias sibi uidebatur solus superesse in decem illis tribubus separatis à Iuda: & tamen curæ fuit Deo multorum milium seruandorum etiam in populo illo idololatriæ dedito, & alieno à Dei cultu. sed & tempore ipso aduentus Christi, cum ipse nasceretur, & cuncta in illo populo confusa, & quidem deiecta ferè uiderentur, amissò iam regno, & ad alienigenam delato, & reductis omnibus ad imperium Gentium, historia ipsa Euangelica nos docet non defuisse quàm plurimos iustos,

& incedentes in omnibus mandatis Domini sine querela, uiuentesq; in expectatione Christi, ut Zacharias ille, Simeon, Anna, &c. Luce 8 quibus ipsa in templo loquebatur de illo, omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Ex his igitur & multis alijs illud libenter amplectimur, illi populo promissiones presentie Dei, gratiæq; eius factas fuisse. Et quoniam sacerdotibus doctrina legis commissa erat, illud etiã probabile est, nunquam defuisse Deum illis omnibus: ut permitteret omnes errare, & populum, qui eos sequebatur, in errore ducere, quàm diu ab illis necessariò pendebat populus. quod uerba ipsius Christi maximè confirmat: Super cathedram Moyfi sederunt Scribæ, & Pharisæi: quæcunq; dixerint uobis seruate, & facite: secundum uerò opera eorum nolite facere. Sed ex his Brentius multò acrius in nos insurgit: & ait, si sacerdotum iudicium populus sequi tenetur, & iuxta legis edictum morte plectendus est, qui non obedierit sacerdotis imperio, moriantur igitur Apostoli, & Ioseph nobilis ille decurio: imò & ipsa beata uirgo, quia non consenserunt consilio Annæ, & Caiphæ, in morte Christi. Hoc ille inquit, quibus & nos hoc addimus: quòd si hæc uera essent, saltem haberentur illi, qui morti Christi non consenserunt transgressores præcepti illius: Quæcunq; dixerint uobis seruate, & facite. siquidem sacerdotes tunc dicebant populo, Christum seductorem esse, & falsum Prophetam, sed quum ijs respondemus nõ fuisse illos à populo audientes tam apertè contra legem, & Prophetas errantes in Christum: Brentius colligit, illud saltem sequi errare etiam posse uniuersos totius Ecclesiæ Episcopos: imò iam errasse asserit oēs, quotquot sunt. siquidem agnoscunt omnes Ecclesiam Romanam, & ab ea suscipiunt ordinationem, & propterea à Brentio non alio loco ducuntur, quàm, ut ille inquit, Synedrion Annæ, & Caiphæ. Ijs igitur est nobis respondendum: quod breuissimè iam faciemus: imò ex illis nostra Act. 4. confirmari ostendimus. Errarunt summi sacerdotes, & uniuersum concilium eorum, & quidem grauissimè in Christum suum, & Deum, eo ita permittente: imò hoc, errore eorum implente (ut Ecclesia in oratione inquit) quæ manus sua, & consilium fieri decreuerint. Sed hic tam necessarius (ut ita dicamus) error irrepit in eos, eo tempore, quo iam impletis promissis legis, & presente Christo, non ab eis necessariò pendebat salus populi, & doctrina. usq; ad aduentum Christi status ille primus populi, & sacerdotium illud antiquum Aaronis necessarium erat, & ab eo pendebat populi gubernatio. iam uerò presente Christo uero legislatore, & doctore, sacerdote, atq; pontifice ijs, quibus ipse apertissimè se manifestarat, miraculis, & operibus, de quibus ille ait: Opera, quæ

ego facio nomine Patris mei, illa testimonium perhibent de me: non amplius necessarii erant sacerdotes legis. Itaque hoc exemplo comprobatur manifestissime implese Deum, quod promiserat populo Israel: nec unquam defecisse omnino a ueritate sacerdotum doctrinam: quousque prius cessasset legis ipsius obligatio, & necessitas. Sicut igitur tempus legis usque ad Christum: uel, ut ipse inquit, usque ad Ioannem, scilicet predicantem penitentiam, & Christum ostendentem durauit: post hæc uero, incipiente tempore gratiæ, permisi sunt cadere legis illius doctores, & sacerdotes: Sic omnino cum tempore gratiæ, atque Ecclesiæ Christi usque ad finem seculi perseueraturum sit, dicente ipso Christo, uobiscum sum usque ad consummationem seculi: necessarium fit, ut tam diu perseueret sacerdotium, atque doctrina ueritatis apud eos, quibus Christus illa commisit, ita ut uel hoc exemplo erroris sacerdotum in mortem Christi merito confirmari possit, durante hoc seculo non defuturam doctrinæ ueritatem in sacerdotibus Christi. Vbi non est omittendum, quod ille error utilis etiam fuerit, & ut Paulus inquit, illorum cæcitas salus fuit Gentium, & reconciliatio mundi: non quidem hoc illorum merito, sed Dei prouidentia. id tamen manifestè uidemus, illum errorem nec in omnibus etiam tunc, cum Christus crucifigeretur, præualuisse: sed in illis, in quibus gratia eius, & lux locum habuit: & qui iam ad legem gratiæ pertinebant, si non in omnibus perseuerauit integra fides: mox tamen ipso resurgente restaurata est. Itaque error ille nihil detraxit saluti illius populi, quantum multi ex eis ceciderint: & tamen etiã postquam errauerant, & lux Euangelica ostendi cœperat, honorabatur illud sacerdotiũ, ut Cyprianus ex Paulo probat, qui principem sacerdotum fassus est, se non nosse: cum pariter dealbatũ illum uocasset. Sed de his postea, nunc satis sit respondisse Brentio de errore hoc Annæ, & Caiphæ. Sequamur iam cætera. Multa alia adducit Brentius aduersus Episcopos: Inter quæ citat & Basilium deplorantem mala Ecclesiarum Orientaliũ, quæ certè, ut ille fatetur, ex hæresi emanabant: non patet, inquit, aditus ad primam Ecclesiæ sedem, nisi per impietate. Itaque, qui grauius blasphematur, dignior est ad Episcopatum populi. perijt auctoritas sacerdotalis, quid id rogo aliud est, quam quod nunc nunquam non per portam, non per ianuam, ut Christus inquit, intrant quidem Ecclesiam: sed tanquam fures se intrudunt, qui cum legitime non succedunt, merito nec ueri pastores sunt agnoscendi. sed nunquid defecerat propterea Ecclesia? Deerant multi alij in Oriente, inter quos erat Basilius? nonne ille, & reliqui, qui cum eo erant, scribebant ad Occidentales Episcopos catholicos, flagi-

Cap. 39. Locutus Basilij à Brentio citatus explicatur. Epist. 69.

tantes ut secum in concilio conuenirent? Basilium eo loco persecutiones deplorat ab hæreticis illatas catholicis Episcopis: contra hæreticos loquitur, & uiolentos usurpatores Ecclesiarum, qui non erant legitimi successores: & utrunque ibi confitetur, illorum persecutiones, & propria peccata. Ita enim sequenti epistola de eadem re eisdem loquens ait, uos ad commiserationem commouebunt afflictiones nostræ, quibus propter peccata nostra traditi sumus. Quorsum itaque hæc adducenda erant contra auctoritatem legitime uocatorum Episcoporum? Addit Brentius ex lib. 14. histor. Nicephori errorem Theophili Episcopi Alexandrini, quod Synesium philosophum non credentem resurrectionem baptizauit, & ordinauit sacerdotem: & inquit, ubi est hic Spiritus sanctus? quasi nos unquam dixerimus, aut suspicari fuerimus, nullum Episcopum errare posse. Totam Ecclesiam tantum dicimus nunquam errare, totum eorum concilium speramus nunquam destituendum Spiritus sancti presentia: ceterum singuli eorum errare possunt: & frequenter errant. Quod uero de Moyse insigni quodam heremita refert, adhuc ex Ecclesiastica historia apud Rufinum: quod à Lucio Episcopo Alexandrino non permiserit se ordinari, nonne manifesta est impostura, & bonam fidem desiderari facit in Brentio. cum aperte historia illa ostendat Lucium hunc Arrianum fuisse, & non legitime: sed ui recedente Petro successore legitimo Athanasij, & Romam aduente, eum inuasisse Ecclesiam Alexandrinam? Quorsum igitur dissimulat Brentius, & inquit, ille Lucius est profitebatur, se rectam fidem sequi, tamen persequebatur reliquos Episcopos. Dixit quidem ille hoc Moyse: at uero sanctus ille, & integer eum tanquam aperte hæreticum, & illegitime intrusum in Ecclesiam, & persequentem catholicos omnes merito noluit agnoscere. Longè hæc causa est Brenti a uestra. At inquit ille, nos consecrationem, seu ordinationem peteremus ab his, (de Catholicis scilicet loquens) qui non solum sunt scruicia crudeles, uerum etiam doctrina impij? quàm longè distat hæc causa ab illa? ille Arrianam hæresim sectabatur, & ui eiecto uero pastore occupauit Ecclesiam: quo solo nomine constat cum non legitime successisse in ea, quod de nostris nunquam tu Brenti probare poteris: sed de legitima eorum successione postea dicemus. Quod autem ad impietatem doctrinæ attinet, quam illis imponis: certè nec probasti unquam: nec probare poteris, nostros manifestè damnatam hæresim in Ecclesia sequi: aut persecutos fuisse ullos pios. uociferatur quidem, & frequenter hoc inculcat contra catholicos nostros Episcopos, quod contra apertam Christi doctrinam doceant. hoc fatemur ad rem esse, diximus superius aperte falsam doctrinam sequen-

cap. 53.

li. ii. cap. 6.

Cap. 40. Quam manifestè calumnie tur, cum Episcopos, & catholicos oēs doctores falsè doctrinam accusat, ostenditur.

sequentem Episcopum non esse agnoscendum in Ecclesia: etiam si Angelus de cælo, inquit Paulus, &c. Hoc itaque ad rem pertinet considerandum est, an probet Brentius. imò uideamus saltem qualiter proponit: & seipsum proponendo damnet. frequenter igitur nostros prælatos crimine hæreseos aspergens ab eis propterea recedendum esse affirmat. primo loco de auctoritate principum mox in principio hæc sunt eius uerba, de me loquens. Hos prælatos uocat, qui cum nec honestate uitæ, nec puritate doctrinæ cum maioribus, quorum se successores gloriantur, conferri possunt (quod putauerim ego prælatos nostros in uera humilitate daturos illi, agnoscetes se longè distare puritate tum doctrinæ, tum uitæ à maioribus illis) sed quod sequitur quis uel humana modestia præditus sustineat audire? ita enim ait: sed potius Ecclesiam Dei pessimis quibusque exemplis offendunt, ac uerè piam Apostolorum doctrinam crudeliter persequuntur. Primum horum demus multis posse conuenire. esto, nõ desint, qui Ecclesiam Dei male uitæ exemplo offendunt: sed nunquid oēs? aut omnes fortè Brentius agnouit? & per omnes Ecclesias totius orbis discurrens uitam omnium Episcoporum inquisiuit? cur ergo tot sibi ignotos tam graui nota inurit? sed nec illud ad causam pertinet, nec enim propterea non sunt agnoscendi ueri Christi ministri, etiam ipso consentiente. Secundum uerò, quod scilicet persequantur uerè piam Apostolorum doctrinam, potest quidem uerè ita dicere Brentius: nostro iudicio, nostro inquam, qui Lutherum sequimur, & nouum Euangelium mundo adnunciamus, quod omnibus retrò seculis in Ecclesijs Christi, uel ut minimum proximis trecentis annis ignotum fuit. Horum iudicio piarum doctrinam catholici antistites persequuntur. sed nõ sunt pauciores hodie, & in Romano imperio, & in reliquo orbe Christiano, qui contrarium asserunt. nõne ergo alienum est ab omni humana equitate, in ea causa, in qua discipuli Lutheri accusatores sunt nostrorum, sibi usurpare iudicium, & sententiam ferre? ita in capite de Ecclesia rursus eandem cantilenam repetens, sed maiori confidentia: simpj hypocritæ, inquit, docuerint pugnantia cum cælesti doctrina, & puerterint uerum usum sacramentorum Christi, quales esse Aſoticos prælatos supra ostendimus, & postea ppitio Deo copiosius probabimus: nulla amplius reuerentia, nec obediētia obstricta est eis catholica Ecclesia. nõ audis definitiuam sententiam? Quis te constituit iudicem Brenti omnium prælatorum Ecclesiæ nisi Lutherus? sed rogo ubi ostendisti, docere nostros, quæ pugnant cum cælesti doctrina? quia, ut ibidem ait, transferunt officium, quod solus habet Christus, in humana opera: & idcirco habent Ethnicas

de Deo cogitationes, pfitentes uerbis aliud & aliud in latebris cordis retinentes. Hæc eodem capite parum antè differit, quibus uerbis id significat, quod alibi apertius loquitur. quoniam dicimus bonis operibus afflatu scilicet Spiritus sancti, & Christi uirtute pfectis fidendum esse, & coram iudicio Dei per opera nos fore iudicandos: Sic enim inquit in ipsa nuncupatoria epistola ad suum ducem de me: Permittit quidem Deum, & Christum esse saluatorem nostrum, solum, sed non solitariū: adiungit enim ei contritionem, ieiunium, quibus manifestè affirmat, confidendum esse: ut quæ sint expiationes peccatorum nostrorum, & merita æternæ uitæ. & mox exclamat. Quid obsecro est impietas Ethnica, & idolomania, si hæc nõ est? ubi post multa in hanc sententiam, tandem ait, hoc esse ex Deo patre, & filio eius facere Deum Platonium. ut Christus quidem sit Deus maiorum gentium, opera autem hominum sint diuini minorum gentium. Hæc itaque sunt, cur recedendum sit ab omnibus prælati Ecclesiæ. non agimus hunc de hoc dogmate, quod non est à me aliter interpretandum, quam ab ipso Brëtio refertur. Inquit enim me dixisse bonis operibus, quæ scilicet ex diuina gratia fiunt, ita est fidendum, ut & ad expiandum peccata, iram Dei placandam, & uitam æternam consequendam necessaria sint, & utilia. & addit. En hic est honor, hæc est gloria, qua afficiunt filium Dei. En igitur ista sunt crimina idololatriæ, & impia doctrina, quam contra prælatos omnes catholicos adfert Brentius. & ut apertius sit, ita & in fine totius huius operis loco de Ecclesia, hanc suam accusationem repetens, cum accusamus, inquit, sodalitiū Aſoticum Antichristianismi, & re ipsa manifestum sit eos impia docere, & institutiones sacramentorum Christi deprauare, necessitas salutis nostræ exigit, ut colluuiem eorum, qui in Apostolica doctrina nõ permanserunt, detestemur. Ecce iam hoc loco manifestum dicit id, de quo nos accusat. At uerò nos aperte fatemur unum solum uerum Deum agnoscere, & maiorum, & minorum gentium, & creaturarum omnium, & unum mediatorem Dei, & hominum Christum Iesum. hoc ore, & toto corde ita tenemus, ut parati simus pro hoc asserendo mortem subire. Quod uerò inquit Brentius, latebris cordis nos contrarium tegere: speramus in iudicio Dei falsum esse ostendendum, nam hoc ad illud solum pertinet, nec impias alias cogitationes tenemus in corde cum contritione, & bona opera, spiritu Christi, nos efficere: & eis propter Christum, eiusque gratiam fidendum esse asserimus. & quod scriptura nos docet nulla blasphemia est, creaturas Dei laudare: illis uti, & uirtute illarum fidere ad ea, ad quæ à Deo facta sunt perficienda. nulla hinc idolomania. si accusas Brenti rusticum, quod pluuiam tem

porali, & calori solis, & terræ fertilitati fidat, ut fructum desideratum consequatur, quia ita à Deo ordinatum est: militè equum suum, aut arma, aut vires, & robur corporis, quæ agnoscit se à Deo habere: Deos dicis efficere & tanquam Deos minores adorare, quia congressurus cum hostibus illis utitur, & fidei, ut donis Dei, & instrumentis belli: dicas idololatrias esse me, & omnes catholicos, quæ contritionem, ieiunia, elemosynas, & uota horum legitime oblata Deo agnoscimus dona esse eius ad salutem nostram, & uitam æternam consequendam nobis donata. atque ita illis fidimus sub Deo. Hæc uestra non aliud continent, quàm uerba, & uerborum pugnas, res uerò nulla est, & pro hac dicis, discendum esse à catholicis. Sed omittamus nunc hanc causam, id certò constat, nihil aliud probasse contra nostros Episcopos, & doctores, quod attinet ad doctrinam, quàm hæc, & huiusmodi alia, quæ ipsi sibi inferre uidentur, & putant necessariò sequi, nobis e contra clamantibus, & coram Deo in conscientia cognoscentibus, falsò illa imponi. Illud igitur tantum in hoc loco agimus: ut apertum fiat, de causa impiæ doctrinæ nihil contra nos probasse nouos hos doctores, nullo iudicio legitimo nos conuicisse, & super omnia iniquissimè sententiam ferre. Audi quid ultimò in fine omnium Brentius dicat. An non, ait, hæc est nostra controuersia, quod ipsi quidem (de nobis loquens) discenserint à uera pia doctrina, nos aut eam profiteamur, ac diuina clementia teneamus. Hæc sunt uerba Brentij post omnia, quæ superius citauimus, quæ etsi contumeliosa, tamen libenter audiuius. Hæc est uestra nobiscum controuersia, quis ergo uos iudices constituit? in quo legitimo Ecclesiastico conuentu lata est sententia, qua hoc, quod cõtrouersum est, iudicatum fuerit certum, & manifestum pro uobis contra nos? Itaque quicquid de impia doctrina, & hæretica Brentius obijcit, nostris Episcopis, & Ecclesijs: constat ex ueritate suorum dogmatum pendere, non ostendere potest damnatam legitimo iudicio Ecclesiæ sententiam illos sequi: quod si probaret, illos statim non agnosceremus. Sed testimonia, quæ contra mores adhuc adfert, sunt nobis perstringenda. Post Basilium igitur, Bernardum citat, sermone. 33. super Cantica, & sermone de conuersione Pauli, acerrimè arguentem prælatorum uitia, & liberrimè omnes insectantè Quærunto quæ sua sunt, ait, ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo: honorati incedunt de bonis Domini, &c. quæ sequuntur in reprehensionem excessus uestium, mensæ, & reliquorum omnium. Idem in secundo loco, & post omnia inquit Brentius. Quid igitur nunc dicemus, an in tanta turpitudine, ac feccitate audebunt adhuc de ordinaria successione gloriari? num ueritas doctrinæ

Cap. 41.
Quam sint
manifeste ca-
lumniosa,
quæ contra
mores catho-
licorum præ-
latorum ad-
fert ex testi-
monijs Ber-
nardi, & re-
centiorum:
imò, quàm

certæ spectanda est ab his, qui, cum in Ecclesia primatum habeant, primi sunt in Ecclesiæ persecutione: at nos uicissim quærimus à Brentio, num per hos efficit Spiritus sanctus id, ad quod ordinati sunt, uel non? certe ipse superius asseruit. Quorsum ergo hæc adferuntur? nullus enim est, qui dubitet, multa sæpe uitia in prælatis fuisse, nec tamen propterea non agnoscendi sunt prælati, aut ministeria eorum, ad quæ scilicet ordinata sunt, reiicienda. Audi igitur Bernardum de hac re aduersus hæret. sermone 66. in Cant. ubi eos uulpeculas uocat, ita inquit. Iam uerò qui Ecclesiam non agnoscunt, non est mirum si ordinibus Ecclesiæ detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta contemnant, si mandatis nõ obediunt. Peccatores, inquit, sunt Apostolici Archiepiscopi, Episcopi, presbyteri, ac per hoc nec dandis, nec recipiendis idonei sacramentis. nunquam uerò ista duo conueniunt, Episcopum esse, & peccatorem. Falsum est, Episcopus erat Caiphas, & tamen quantus peccator? Apostolus erat Iudas, & licet auarus, & sceleratus, tam electus à Domino. & post multa in hanc sententiam, citato loco illo, Super cathedram Moyse, &c. patet, inquit, quamuis Scribæ, quamuis Pharisei, quamuis uidelicet maximi peccatores, propter cathedram tamen Moyse ad eos quoque nihilominus pertinere, quod item dixit: Qui uos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit. hoc nos duntaxat asserimus: si Episcopi ordinantur ad docendum, etiam si peccatores sint, uel Brentio teste, Spiritus sanctus per eos operabitur. Sed iam quæ sequuntur audiamus. quò uerò, ait, quales sunt prælati horum temporum, agnoscatur, audienda sunt testimonia Adriani Sexti Papæ, & delectorum cardinalium, & aliorum prælatorum ad Paulum tertium: & legatorum sedis Apostolicæ ad Patres in concilio Tridentino. Adrianus in instructione legati sui, quem ad comitia Norimberg. anno 1522. destinauit, ingenuè fatetur hanc persecutionem Deum permisisse Ecclesiæ suæ inferri, maximè propter peccata sacerdotum, & prælatorum. Scimus, inquit, in hac sancta sede multa abominanda fuisse: abusus in spiritualibus, excessus in mandatis, omnia denique in peruersum mutata, omnes nos, id est, prælati Ecclesiastici declinamus unusquisque in uias suas, &c. Hæc inquit Brentius summus pontifex ingenuè fatetur, de uniuerso suo ordine, & hos proponit nobis (in me loquens) in iudicis celestis doctrinæ. Ego uerò Brenti non propono: sed dico, quod & tu hos esse prælatos Ecclesiæ, etsi peccatores, & ministeria eorum non inefficacia esse. an uerò inter ministeria eorum sit iudicare de dubijs doctrinæ dei, postea uidebimus. nunc interim hæc peccata non abstulisse ab Ecclesia Episcopos, uel ipsam omnino corruisse tantummodo

uere nostra
confirmatio
ostenditur.

aste.

afferimus: quod illis uerbis Adrianus testatur, cum praelatos Ecclesiasticos nominat, quos in uias suas declinasse dicit. Sed iam ad aliud. Delecti Cardinales, & Legati à Paulo tertio ad consultandum de Romana curia, & Ecclesia emendanda, libera & sincera ueritate, prout sibi iniunctum fatetur nullius commodi pontificis, aut cuiuspiam alterius rei ratione habita, significant ei grauissimos morbos, quibus iam pridem Ecclesia Dei, & praesertim Romana curia laborat. haec illi primo testatur, quae Brentius omisit, deinde enarrant, quae ille refert, uitia: nonnulli inquit pontifices praesessores tui prurientes auribus coaceruarunt magistrum ad desideria sua: non ut ab eis discerent, quid facere deberent: sed ut eorum studio, & calliditate inueniretur ratio, qua liceret id, quod liberet: hinc factum esse, ut quidam docerent pontificem esse Dominum beneficiorum omnium: in eo non posse cadere simoniam: uoluntatem suam, qualiscumque fuerit, regulam, qua suae operationes, & actiones dirigantur, ex quo tanquam ex Troiano equo, ortos referunt abusus, & morbos grauissimos, per quos nomen Dei blasphematur. ordinationem scilicet clericorum, presbyterorum absque ulla cura, aut diligentia probandi mores, & reliquas à iure requisitas qualitates: collationem beneficiorum, episcopatum maximè non in utilitatem Ecclesiae, & gregis Christi, sed eorum, quibus conferuntur: quod Cardinales pendeant à regibus, & ita liberè sententiam non possunt dicere: quod magna sit deformatio in ordinibus religiosorum, & in gymnasijs multa impia in Italia doceatur, & disputentur irreuerenter diuina coram populis. Hinc colligit Brentius testimonio horum, nihil sani esse in uniuerso corpore Ecclesiasticorum praelatorum. & clamat, quod hos ego constituam, ad quos controuersia doctrinae religionis deferatur: à quorum sententia, tanquam ab ipsiusmet Spiritus sancti responso pendeamus. Ego uerò respondeo testimonium horum sensum esse membrorum Ecclesiae, & dolorè ex morbis corporis. Quare non omnia corrupta sunt: quod promissio Euangelica Christi non permittit, ut credamus. Porta, inquit, inferi non praeualebunt aduersus Ecclesiam. praeualebant uerò si corrumperent peccata uniuersos praelatos, quod res ipsa ostendit non esse, quam diu sunt in hoc ordine, qui uitia aliorum reprehendunt. Igitur hoc testimonium, atque libera, & salubris horum mordacitas ostendit rectè considerantibus, ueram esse Ecclesiam Christi, in qua sunt, & cui uniuntur, qui haec dicunt, idque duplici ratione: primò, quod haec ostendant eundem spiritum esse in eis, qui olim fuit in prophetis. arguebant illi uitia & populi, & sacerdotum, ut ostendimus, à planta pedis usque ad uerticem non est sanitas, inquit Esaias, & tamen

non se separabant ab eis uel fide, uel sacramentis, uel templo. Idem ipse Spiritus perseuerauit postea in Ecclesia, quando Cyprianus collegas suas, ut August. inquit, à quibus tamen nulla corporali disunctione separatus est, sed prudenter, ac sobriè saluberrimè mordacitatis inserens medicinam, his uerbis grauitè arguit: quia esurientibus in Ecclesia fratribus, habere argentum largiter uellent: fundos infidiosis fraudibus raperent: usuris multiplicantibus scenus auerent. Pro peccatis huiusmodi, inquit, quid non perpeti tales meremur? ut apertissimè ostenderet, inquit August. de his se dicere, cum quibus in unius Ecclesiae unione uiuerent, non dicit merentur, sed meremur. Hunc eundem spiritum in his cardinalibus, & praelatis cum ego intuear, cur non meritò agnoscam hos ad ueram Ecclesiam pertinere, ad quam & propheta olim, & Cyprianus, August. atque Bernardus pertinebant: & in his eundem esse spiritum, qui in illis fuerat. Deinde agnosco non maiora, nec alterius rationis esse peccata, quae nunc reprehenduntur in nostris Episcopis, quam illa, quae uel prius à prophetis, deinde à Cypriano, & Bernardo legimus fuisse reprehensa suis temporibus. auariciam, usuram, & fraudes, ambitionem, dignitatem, pompam, fastum intolerabile. Agnosco igitur in his morbos Ecclesiasticos, à quibus quidam sanantur, & conualescunt: quidam corrumuntur omnino. corpus Christi est Ecclesia: sed in hac peregrinatione non sine morbis, non sine periculis: sicut non sine spe sanitatis, non sine saluberrimè mordacitatis medicamine, ut inquit August. Haec igitur testimonia adeo auctoritatem praelatorum Ecclesiae non labefactant, sicut Brentius putat: ut confirmet potius, nec debent certè ullum bene sentientem ab Ecclesia Romana, & Apostolica unione deterere, aut tepidiorem in fide eius efficere: sed potius adiuuare, & accendere. quando quidem ostendimus uerum esse in Ecclesia dolorem, & sensum malorum: non deesse in ea uiros gementes, & dolentes super cunctis abominationibus, quae sunt in medio eius: usque adeo, ut si hoc non esset, meritò timendum esset nobis ne uel Ecclesia rueret omnino (quod non permittit nos Christus credere) uel, ne deesset nobis, quid responderemus haereticis Ecclesiam contemnentibus propter tanta crimina, quae uerè agnoscamus. Nunc autè agamus gratias Brentio, & suis, qui undique colligunt, & reseruant testimonia, quibus nostram Ecclesiam eandem esse, quae semper, eosdem morbos habere, easdem medicinas, eadem uicia, eundem spiritum ostendamus, Deo ita mentes eorum obcaecante, ut putent, maxima contra nos offerre testimonia. sed haec est natura maliciae, & corruptorum humorum, ut bona etiam unde sanari, & corrigi, atque in meliorem

Sermo. de la
psis.
Lib. 3. cont.
epist. Perme
niani, cap. 2.

rem sensum reduci deberent, conuertant in
 perniciem, & corruptionem: coinquinatis
 autem, & infidelibus, ut Paulus inquit, nihil
 est mundum: sed inquinata sunt mens eor-
 um, & cōscientia. Itaq; bonus hic odor Chri-
 sti, qui meritō esse debuerat in uitā. (Est e-
 nim odor uitę libera uox in arguendis ui-
 rij, liberum iudicium, liber sensus) factus
 est odor mortis in mortem his, qui inde Ec-
 clesię detrahunt: & se ab ea separant: ij au-
 tem sunt, Paulo ibi dicente, qui pereunt. Ita-
 que qui hęc afferunt contra Ecclesiam, ut
 diximus, se ipsos eius hostes esse nobis mani-
 festē ostendunt. Simile & huic est, quod se-
 quitur: audiamus ait, Apostolicę sedis lega-
 tos ad Patres synodi Tridentinę: nostram,
 inquit, actionem, nostram auariciam, no-
 stras cupiditates his omnibus malis popu-
 lum Dei prius affecisse statim inueniet, atq;
 harum ui ab Ecclesijs pastores fugari, eas pa-
 bulo uerbi priuare: bona Ecclesiarum, quę
 sunt pauperum, ab illis tolli: indignis facer-
 dotia conferri. Quid enim horum est, quod
 negare possumus a nobis per hos annos fa-
 ctum esse? quare si Turca, si hęretici hoc i-
 dem aduersus nos faciunt, quid aliud quā
 flagitia nostra, & iustum Dei iudiciū uide-
 mus: iudicium uerō plenum misericordia.
 Si enim pro meritis nos castigaret, iam pri-
 dem sicut Sodoma & Gomorra fuisset.
 Haec inquit Brentius, legati, qua igitur
 fronte audet (de me loquēs) nobis Sodomi-
 ticos, & Gomorriticos obtrudere, quorū iu-
 dicio salus Ecclesię constet? uetus est hęc
 Brentij cantilena, sed multo impudentior:
 eoq; magis, quod manifestius cōtra illum pu-
 gnat. Nōne hac tam ueridica, & humili cō-
 fessione aedificari debet quiuis eam attentē
 considerans? uideo in ea Spiritum Danielis
 contentē, ut ille inquit peccata sua, & popu-
 li sui: peccauimus, impię egimus, iniquitatē
 fecimus, tibi Domine iusticia, nobis confu-
 sio faciei, &c. quē non hoc meritō aedificare
 debeat, & docere spiritum prophetarū esse
 nunc in Ecclesia, ubi est uera cognitio pecca-
 ti, uera humilitas? Brentius ipse non multo
 post in eodem loco, explicans, quid sit in no-
 mine Christi conuenire: neq; conuenitur,
 inquit, uerē in nomine Christi, si conuen-
 rint impoenitentes, qui hoc unum precipuē
 agūt, ut consulant potius dignitati, opibus,
 glorię, otio, & uoluptati pręlatorū, quibus
 uerbis apertē indicat, meritō in nomine
 Christi credendos esse conuenire eos, qui
 cum pœnitentia, & ut uerē consulant Eccle-
 się, conueniunt. cur ergo non agnoscat in
 hac legatorū admonitione, quod ille inq̄,
 eos non sine mandato pontificis, & cardina-
 lium dixisse, quod pœnitentes conueniunt
 pontifex, & cardinales per suos legatos: &
 ad hoc exhortantur cęteros omnes: atq; ita
 in nomine Christi conuenērūt. Vides itaq;
 quod unde maximē aedificari debuit, & re-

medium accipere, inde maximē haufit uir-
 tus. Scio ego Episcopos, & prudentes his le-
 gatorum uerbis auditis exhilaratos animo,
 quod in Ecclesia, atq; ad eō in eius precipuis
 capitibus, ueracem confessionem peccatorum,
 & humilem pœnitentiā uiderint. quibus
 testimonijs confirmarētur in ea, quam
 certō habebant, fide: non defuturum Chri-
 stum suę Ecclesię, sed Brentius ex his in ex-
 tremam prorupit contumeliam: ut Sodomi-
 ticos, & Gomorriticos appellet pręlatos, &
 omnes maximis contumelijs oneret, ex uo-
 cula occasione sumpta. illi dicunt, si Deus
 pro nostris meritis nos puniret, sicut Sodo-
 ma essemus: Et Brentius non ait, sicut, sed
 pleno ore Sodomiticōs, & Gomorriticos uo-
 cat. quibus uerbis, nihil tuę causę, mihi cre-
 de, fauisti Brenti, nihil tibi: sed prodidisti
 summā amarulentiam, qualem nunquam
 in aliquo nostrum legisti, uel audisti, quam
 non est fas ulli Christiano in os assumere, di-
 cente Christo: Qui dixerit fratri suo, fatue,
 reus erit gehennę, nisi fortē tu Paulus ali-
 quis, uel maior eo, datus es pręlatis omni-
 bus, & toti Ecclesię a Christo iudex: & reue-
 lata sunt tibi peccata omnium. Sed de his fa-
 tis: quibus putamus dilutas esse obiectiones
 eōs, quibus propter mores, uel uitam catho-
 licorum pręlatorum auctoritati detrahit
 Brentius: aut eos ab Ecclesia, & eius ministe-
 rij exclusit. Nam quod attinet ad auctori-
 tem conciliorum, & definitionem dubiorū
 religionis, seorsim tractandum est. Hoc in-
 terim ex omnibus supradictis nobis certissi-
 mē constet, Ecclesiam nec propter manife-
 sta peccata, etiam pręlatorum, nec propter
 occultam Dei gratiam incertam reddi, ob-
 scuram, & incognitam: sed perspicuam sem-
 per, & uisibilem, permanere. His igitur sic
 constitutis, & quasi impedimentis sublati,
 quibus a cognoscenda uera Ecclesia quo-
 dammodo impediri possemus: restat, ut di-
 ligenter inquiramus deinceps uerę Ecclesię
 signa, atq; conditiones, quibus scilicet Chri-
 stus, eius sponus, eam constare uult: & qui-
 bus quasi characteribus, & coloribus eā de-
 pingat: quid deniq; ad eius integritatem, &
 ueritatem requirat. Hęc inquiramus certa
 regula fidei, nō ut pueriliter contendamus,
 & corrixemur: sed ut pijs, & suam salutem
 querētibus pro tenuitate captus nostri, ubi
 sit uera tranquillitas, uerāq; consolatio ani-
 mę fidelis, & ubi anchora cordis Christiani
 tutō collocari possit, ostendamus. Vbi in pri-
 mis constituamus nobis, ut certissimū fun-
 damentum, hoc non impossibile fidei, cer-
 tam uidelicet, & manifestam ita inuenire
 Ecclesiam, ut ultrā fides non habeat, quod
 quærat: nisi futura, & æterna. Hoc ostendit
 manifestissima ratio fidei. Qui enim dixit
 omnibus tam seriō, tā ueraciter: uidete ne-
 qs uos seducat, multi enim uenient in nomi-
 ne meo, dicētes, Ego sum Christus, & multos
 sedu-

Cap. 4.2. Eā
 clesiam cer-
 tam, & ma-
 nifestā agno-
 scere, sicut
 ad salutē ne-
 cessariū: ita
 non impossi-
 bile esse;

Matth. 24

seducet, & deinde tunc si quis uobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illie, nolite credere: surgent enim Pseudochristi, & dabunt signa magna, & prodigia: ita ut in errorem inducantur si fieri potest, etiam electi, Ecce praxidixi uobis, & quod hac admonitione magis necessariam ostenderet, adhuc addit: Si ergo dixerint uobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. q. in qua hæc, tã serid nos admonet, nõne manifestissimè ostendit, id magnoperè necessarium esse ad salutem, non credere scilicet, aut sequi eos, qui abstrahere nos uolunt ab hac Ecclesia. quod cum fieri non possit, nisi ubi ea sit agnoscamus: non debuit in re tam necessaria, & quam tam serid nobis præcipit, deesse, aut subtrahere lumen, in q. uerã Ecclesiam possumus agnoscere. Certè qui dicunt, hic est Christus, aut illie, Ecclesiam conantur ostendere. In confesso est enim nec extra Ecclesiam Christum esse, nec abesse ab ea. non igitur in re tam necessaria deesse potuit Christus. nam qui ait, Nemò accendit lucernam, & in abscondito ponit eam, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen uideant, non est credendus Ecclesiam suam, domum glorificationis suæ, in tenebris, absq. manifesto lumine reliquisse. non potest, ait alibi, ciuitas abscondi super montem posita, quæ rogo alia dignior ciuitas, quàm Ecclesia, ciuitas Dei, ciuitas, de qua gloriosa dicta sunt, uera ciuitas Hierusalem, cuius fundamenta in montibus sanctis: Prophetis scilicet, & Apostolis: sed primò omnium in monte illo uerè domus Domini, qui est in uertice montium, hoc est Christo, omnium sanctorum sanctissimo: & leuabitur inquit super colles, & fluent ad eum oes gentes. Hæc ergo tanta ciuitas, super tantum montem collocata, quomodo abscondi potest, nisi his, qui consuetudine tenebrarum, & proprii sensus tumore, ad manifestius lumen magis excæcantur? de quibus Paulus dixit, quod si opertum est Euangelium in his, qui pereunt, opertum est, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi, cum prius dixisset de doctrina Euangelicæ commendantes nosmetipsos in manifestatione ueritatis, ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Manifestum est itaq. Euangelium, sed his, qui conscientiam coram Deo mundam seruantes, seipsos luce uera non priuant, Ecclesia lumen habet, & quidem euident, & manifestum: sed aspiciendi uirtutem solus is dare potest, qui docet hominem scientiã. quod si ille non aperuerit nobis oculos, quod maiora lumina, cum magis fulgida in Ecclesia lucent, eò magis excæcabimur: sicut hi, de quibus Propheeta inquit, impegimus meridie quasi in tenebris, & quasi absque oculis attrectauimus. Quare in hoc loco, in hoc inquam articulo,

quoties de uera agnoscenda Ecclesia aggredimur cogitare aut loqui inuocandus est altissima oratione Christus, & cum ipsa Ecclesia clamandum est nobis, atque dicendum: Indica mihi, quæ diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, locum pascuæ tuæ: De quo Psalmus inquit, Dominus pascuit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me collocauit. Ostende nobis ouile illud tuum, de quo inquis, Fiet unum ouile, & unus pastor: montes illos Israel excelsos, de quibus inquis, Ego pascam oues meas: in montibus excelsis Israel erunt pascuæ earum: ibi requiescent in herbis uirentibus, terram inquam illam, de qua inquis, quod congregatas oues tuas de populis educes in terram suam: locum hunc, ubi in meridie in feruore, & plenitudine lucis Euangelicæ fidei, & charitatis pascis oues tuas, da nobis agnoscere, & tenere: ne uagari, inquit, incipiam post greges sodalium tuorum. Namq. si Ecclesiam tuam ignoraauerimus, necesse erit, nos tanquam errabundas oues deuia quæq. sequi: & greges illos hæreticorum, qui in diuersa dogmata scissi sunt, qui nomen quidem habent Christianorum, & signa, atq. uerba amicorum, & sodalium tuorum, sed reuera dum discipulos trahunt post se, & a tuo ouili separant, inimici sunt ueritatis tuæ, gloriæ tuæ, & nominis: dum illam corrumpunt, hanc sibi usurpant, & nomen tuum blasphemare inter gentes cogunt. Ne igitur post horum greges, post errantes, & ducatum tuum non agnoscentes incipiamus uagari: indica nobis Ecclesiam tuam, nisi enim illam teneamus, necesse erit hoc fieri. reuela oculos nostros: da intellectum, ut scrutantes legem tuam agnoscamus Ecclesiam: & deduc nos in semita mandatorum tuorum, ut eam perpetuo teneamus. Hac itaque humilij oratione præmissa, hac fidelitate, & fiducia freti, diffisi de nobis, & diuinæ gratiæ nixi accedamus iam ad manifesta Ecclesiæ signa querenda. Nos itaq. tria præcipue lumina intuemur, quibus nobis sit Ecclesia manifesta, nõ quasi alieno, sed quasi suo, hoc est, à Christo sibi dato, splendore. Sunt enim hæc non extranea Ecclesiæ, sed ita illi coniuncta: ut eis constat, & ædificetur. quæ quidem nos in catholica assertionem, & scholijs breuissimè attingimus, insinuantes magis rem, quod ratio instituti, & propositi illius exigebat: quàm accuratè, & plenè pertractantes, de quibus iam, quod nobis datum est sentire, sine inuidia, & cõtentione in commune conferentes, q. possit utile esse, & ad confirmandos, & quietandos piorum animos, dicamus. Sunt igitur hæc tria: consonantia, & conspiratio impublika doctrina fidei, & externo cultu Dei, cũ antiqua, primitiua, & Apostolica Ecclesia, cumq. omnibus toto terrarum orbe diffusis fidelibus, atque patribus illis, & doctoribus, quos constat iam inde ab initio Eccle-

Cant. 1.

Ezech. 34.

Lucæ 11.

Matt. 5.

Esaiæ 2.

1. Cor. 4.

Cap. 4. 5. Di-

uina gratia,

lumineq. on-

pus esse ad

agnoscendã

Ecclesiã, quæ

humili ora-

tione impe-

tranda sunt.

Esaiæ 59.

Cap. 4. 4.

Tria mani-

festã uerã Ec-

clesiã signa,

q. lumina.

fiæ populos sibi cõmissos uiam salutis consona uoce, docuisse: successio legitima, continua, & non interrupta ministrorũ ab Apostolis, atq; hac ratione deriuatio potestatis docendi, ministrandi sacramenta, gubernandi ad salutem æternã populos: & de his, quæ ad hanc pertinent iudicandi ab eisdem Apostolis, & discipulis Christi: deniq; cognitio uni⁹ pastoris uicarij Christi, & loco eius capitis totius gregis, & corporis Christi succedentis Petro: & unio atq; communicatio cum prima matrice, atq; Apostolica Ecclesia, cui ille præsidet, & cum ceteris ei participantibus, tanquam cum unius Christi Reip. & Ecclesiæ membris. De quibus iam ordine dicendum est nobis: & ostendendum hæc omnia necessaria esse Ecclesiæ, & ei ita cõiuncta, ut sine eis nulla ratione esse ualeat. quodq; hæc non possunt, non esse perspicua & manifesta. Ex quibus & tertium constabit, eos uidelicet, qui aut ea non uident, aut ostensa refugiunt, & aliò se uertunt, cæcos esse, & suam amare cæcitatem, atq; pro luce tenebras amplecti. adsit Christus & scribenti mihi, & eis qui lecturi sunt, & suam Ecclesiã nobis dignetur ostendere. Vnde uerò congruentius aggrediemur hæc omnia probare, ueramq; manifestare Ecclesiã, quàm ab ipsa prima eius origine, quæ non est alia, quàm Apostolorum prædicatio, de qua ut absq; ambiguitate loquamur, secludamus interim Iudæorum, & eorum, qui præcesserunt aduentum Christi, Ecclesiã. Quamuis enim illa nõ sit alia à nostra, sed una semper Ecclesia conditione, & statu diuersa, primò in infantia quadam, & pueritia: deinde adulta, atq; perfecta: tunc sub umbris, atq; figuris: nũc in manifestatione, & splendida luce: & sicut una est, ita eandem habet fidẽ, & similem originẽ. Illa enim uetus Ecclesia à doctrina eorũ, quibus Deus se primò reuelatum habuit: sicut & nostra à primis suis doctoribus, Apostolis uidelicet, suum trahit principium: sic & cætera, quæ de nostra Ecclesia disturi sumus, antiq; iuxta suã quandam proportionẽ conueniunt. Sed omittamus nunc antiquã illam, & contemplemur nostram Christi Ecclesiã, de qua nũc inter nos agitur: hanc uidelicet, quã Christus ante passionem suam prædicebat se edificaturum. Huius itaq; prima origo, atq; ortus ex uerbis Christi, atq; Apostolorũ: imò ex ipsis operibus illorum ostenditur, esse Apostolorum prædicatio. De hac enim primò illis dicit ante passionem suam, quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure audistis, prædicate super tecta. & nolite timere eos, qui occidunt corpus. ubi quo illos magis animaret, & astringeret, addit: Omnis qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo: qui autem negauerit me corã ho-

minibus, ego negabo eum corã Patre meo: quod apud alium Euangelistam explicans, Luc. 9. qui me inquit erubuerit, & meos sermones: hunc Filius hominis erubescet, cùm uenerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorũ angelorum. quæ quocunq; modo accipiamus, ostendit manifestè Apostolos, eorumq; successores, deniq; totam Ecclesiã accepisse à Christo præceptum annunciandi publicè fidem, docendiq; omnes illam: nec ullo aut metu aut uerecundia hominũ id omit-tendi. multò uerò apertius post resurrectionem hoc præceptũ illis iniungit: apud Matthæum inquit, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, Euntes ergo docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruire omnia, quæcunq; mandauit uobis. Apud Ioannem, sicut misit me, inquit, Pater, & ego mitto. misit uerò illum Pater, ut Esaias inquit, ad euangelizandum pauperibus, & prædicandum annũ placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. Et ipse testatur, quæ oportet me & alijs ciuitatibus euangelizare, ad hoc enim missus sum, ad hoc itaque ipsum illos mittit. Lucas etiam & in fine Euangelij, & in tota historia actuum Apostolorum quid aliud ostendit? Primò loquitur Christus. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam, & remissionẽ peccatorum in omnes gentes. Vos autem estis horum testes. Et in ascensione sua accipietis, inquit Apostolis, uirtutẽ superuenientis in uos Spiritus sancti: & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, et usq; ad ultimum terræ, quod idem Euangelista statim refert, ipsos sollicitè executos: cùm adueniente Spiritu sancto statim ipsa hora stans Petrus cum undecim, tam liberè, tam manifestè, tanto spiritu testatus est de Christo, ante non multos dies ibidem crucifixo, & cum summo furore populi, & instantia ultimo exterminio iudicato digno: ita ut circiter tria milia baptizarentur. & deinde ut historia illa ostendit, frequenter, & ad populum, & ad sacerdotes in templo, & ubiq; tam ipse, quàm alij Apostoli, atq; discipuli prædicarunt Christũ, non tantum Hierosolymis, sed per circuitum: atq; ita egerunt, maximè accedente tonitruo illò Pauli, de quo ipse Christus testatus est, uas electionis est mihi: ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israël: Sic itaq; actum est, ut breui, non solum per totam Iudæam & Samariam, sed inter gentes etiam Antiochiæ, Athenis, Ephesi, & per totam Asiam, & Macedoniam Euangelium audiretur, & reciperetur à pluribus: atque edificarentur Ecclesiæ, & frequentissimi cœtus coirent credentium in illam Apostolorum doctrinam. cùm solus Paulus ab Hierusalem per circuitum usq; ad Illyricum repleuerit Rom. 15. Euan-

Cap. 45:
Origo Eccle-
siæ ab Apo-
stolorũ præ-
dicatione os-
tenditur.

Math. 10.

Luc. 9.

Math. 28.

Ioan. 20.

Esaiæ 61.

Luc. 4.

Luc. 24.

Act. 1.

Act. 2.

Rom. 15.

Euan-

Euangelium Christi. Ecce Ecclesie Christi ortum, & natiuitatem, imò ecce iam perfectam, & integram Ecclesiam. nec enim credenda est tunc utcumq; & imperfecta, sed integra certè, & perfectissima: nihil ei quod ad ueritatem, & perfectione attinet deerat: non sacramenta, non uerus Dei cultus, non cognitio, & fides mysteriorum, non ministri, non deniq; aliquid, quod ad salutem desiderari posset. Iam Spiritus sanctus docebat Apostolos omnem ueritatem: iam ipsi implebant, quod præceptum eis fuerat, ut super terra prædicarent, qd in aure audierant: iam in omnem terram sonuerat foelicissimū illud nuncium, appropinquauit regnum cælorum: Iam pulcherrimi illi pedes Apostolorum prædicantium pacem, & annunciantium bonum super montes perfectæ illius, & Christianæ iusticiæ agnoscebatur ab omnibus: quousq; tandem usq; ad ultimū terræ perueniret, & in semine illo Abrahæ, qui est Christus, benedicerentur uniuersæ cognationes terræ, magnumq; esset nomē Dei in gentibus, & in omni loco offerretur ei oblatio munda. Hoc igitur primo instrumento usus est Spiritus sanctus, qui solus sine strepitu uerborum, sine diuersitate idiomati, sine ambiguitate, aut obscuritate sensuum, sine ulla deniq; amphibologia, ueram fidem persuadet cordibus hominum. Hoc inquam Apostolicæ prædicationis organū ille, qui omnia suauiter disponit, & hominibus per homines sua mysteria dignatus est reuelare, accepit tanquam primum, & efficacissimū medium uocandi, & trahendi ad fidem: prius certè, & efficacius quàm scriptura. Namq; in hoc ortu Ecclesie per oēs gentes non paucis diebus nulla fuit scriptura eius fidei, quam certò sequebantur. Stabant quidem Prophetarum literæ de Christo uenturo: Cæterum de eius iam præterito aduentu, rationeq; & mysterijs eius iam cõpletis, de incarnatione uidelicet, & natiuitate ex uirgine, de passione, & redemptione generis humani peractis, in quorū omnium fidem illi congregabantur, & uiuebant, qd Apostolis prædicantibus crediderant, nullæ erant scripturæ: sed sola prædicatio. Itaq; apertissimè constat origine, generatione, atq; tempore Ecclesiam Christi, Ecclesiam inquam nouam, præcessisse omnem noui Testamenti scripturam: sicut & Ecclesia uetus, quam non dubitamus ante Moysen fuisse, præcessit omnem ueteris instrumenti scripturam. prius erat fides scripta in cordibus spiritu Dei uiui, per linguas Apostolorū hoc agente, quàm ulla esset scripturæ mentio: qui enim Apostolos misit, hoc illis primum iussit: nec ullum de scribendo tunc præceptū dedit. Quod non temerè, & inconsultò credendum est à Christo dictum esse, & factū: ut scilicet nec ab ipso quicquam haberemus scriptum, nec à suis primò quicquam scribe-

retur, quod non solum maiestati, & grauitati rerū, quæ docebantur, atq; doctoris ipsius attestatur, cum antiqui illi grauisissimi philosophi Pythagoras, & Socrates, & alij sapientes Græci nihil scripserunt, aut quàm minima, cordibus magis audientium, & fidei committentes doctrinam, quàm ulli scripto: sed multò etiam maiori ratione in hac cœlesti doctrina id factum est, non tantum, ut absconderetur impuris, & irrisoribus mysteriorum maiestas, & incomprehensibilium rerum altitudo non pateret indignis, sed etiam quòd uox multò efficacior est ad persuadendum, multò cõmunior, & aptior ad docendum. Quare hoc instrumento, quod proximum est cordi humano, lingua scilicet, qua unum cor in aliud transfundit seipsum, uoluit Deus cordis etiam sui secreta primò hominibus manifestari. & quidem scriptura non cordis ipsius primū signū est, & manifestatio. In corde enim nullum idioma, nulla uox. Scriptura ergo uocis duntaxat ipsius nobis speciem præfert. Docuerunt igitur Apostoli uiua uoce, atq; diuersis linguis, Barbaris etiam, & inruditis Euangelij ueritatem: docuerunt plurimis, & contumuis uerbis, atq; affluētissimè ad plenitudinem usq; audientium, iuxta captū eorū, iuxta ingenium: non continuerunt se à docendo quousq; auditores planè intellexisse, & persuasos esse agnoscerent. Nec dubitamus, frequenter eos repetisse, uel interrogantibus, & inquirentibus alijs, uel sponte sua, disputasseq; usq; ad plenam satisfactionē audientium: & id ubicunque prædicarunt, hoc est inter omnes gentes omnibus linguis, & ingenijs. Hæc uerò omnia impossibile est scripta fuisse, nec certè mundus capere posset eos, qui scribendi essent, libros (ut inquit Ioannes Euangelista), de Christi mysterijs. nunc autem de Apostolorum prædicatione illud constat, omnes affluētissimè, & latissimè prædicasse, pauciores eorum scripserunt, certè tantum quinque, aut sex, & hi una ferè tantum lingua Græca scilicet. Solus enim Matthæus Hebraicè ab antiq; omnibus creditur Euangelium scripserunt. Et isti ipsi, qui scripserunt, quantò plura sunt credendi per totam uitam tam continuo labore docuisse, quàm scripserint? Scripsit Lucas nonnulla eorum, quæ Petrus locutus est in die Pentecostes, sed ut intelligeremus multò fuisse absq; comparatione plura, addidit, alijs etiā uerbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos: nec enim unius horulæ spacium, sed totius diei mora uix credenda est suffecisse flumini illi rapidissimo, & indeficientissimo, quod ex ore illius profuebat, multò uerò minus cuncta, quæ per oēs illos dies ibi aut in uicinis ciuitatib; docuit, scribi ab aliquo potuisse credendum est. Iam de Paulo, cuius prædicatio repleuit orbem, quiq; cum ad frangendum panem uenisset

nem Apostolorū multis nominibus scripturam eorundem excellere.

Malac. 1.
Ca. 4.6. Prædicatio Apostolorum, & Ecclesie prior scriptura.

Cap. 4.7.
Viua uocis prædicatio =

Actū 21

Act. 20. Troade, cœpissetq; disputare, & disserere cū altantibus profecturus in crastinum protraxit sermonem usq; ad mediam noctem. ut hinc liceat conijcere, quantum latius disputabat diebus illis septem, quos ibidem antè egerat, aut deniq; omnibus alijs, quibus non in procinctu itineris constitutus, sed per otium huic soli negotio prædicationis intendet: ut Ephesi cū per tres menses loqueretur cum fiducia suadens, & disputans de regnō Dei in synagoga: uel postea cū per biennium segregatis discipulis quotidie in schola cuiusdam tyranni disputabat: ita ut oēs, qui in Asia erant audirent uerbum Domini, Iudæi, & Gentiles. Huius igitur tam immensam uerborū, & doctrinæ syluam, q̄s unquam cogitauit scribi potuisse? Itaq; si hæc rectè pensentur, apertè agnoscimus, quæ scripta sunt, breuissimum quoddam compendium, & uix mōnitorium aliquod eorū, quæ dicebantur, fuisse, idq; circa ea ipsa, quæ scripta sunt: ut omittamus nunc, quod est postea latius probandum de his, quæ omnino scripta non sunt. quis non apertè uidet, quod uox illa uiua, quæ cum his, qui coram sunt, agit, eorumq; uultus, & animos monet, & loquenti quodammodo ostendit, se accommodet illorum captui, atq; dispositioni: & si qualis exigitur doctor fuerit, non cessat, non quiescit, quousq; auditorem plenè instruxerit: in his cū aliqua ambiguitas accidit, aut obscuritas mox tollitur: cū uel interroganti responderetur discipulo, uel disputationis cōtextu aperitur, quod prius obscuriūs dictum est. Itaq; hæc uocis uiuæ doctrina dum seipsam exponere, & ad interrogata respondere solet, quid aliud agit, si à prudenti doctore moneatur, quàm ut seipsam defendat, nec permittat se in aliū sensum trahi, aut quauis alia ratione lædi: scilicet tanquam res uiua: quæ omnia non dubitare licet Apostolos plenissimè fecisse. Horum autem uix aliquid habet scriptura, & quidem nostra illa utriusque instrumenti scriptura, quæ Spiritus sancti opus est, per animum scribentium se explicantis, undiq; excedit omnem humanam scripturam. Verū quod attinet ad abundantiam, & perspicuitatem: satis ostensum est, quantum sit minor prædicatione uiua. Non enim dubium esse potest, populos, atq; discipulos ab Apostolis edoctos sic plenè fuisse: ut omniū rerum, quas docebant, & ad salutem necessariæ erant, absq; ulla ambiguitate, aut diuersorum sensuum multitudine plenā cognitionem consequerentur. Ut enim uerbi gratia dicamus, nunquid cū de sacramento Eucharistiæ loquerentur Apostoli, nihil aliud dixerunt, quàm quod scribit Paulus, aut alij Euangelistæ: nunquid non apertè explicarunt an signum tantum illud Christi, uel potius uerū eius corpus esset: Deniq; & cætera, quæ ad integritatē fidei huius sa-

cramenti pertinent, non tradiderunt? Similiter cū de filio, aut de Spiritu sancto loquerentur, & deniq; de alijs omnibus myste-rijs: sic credendum est eos esse locutos, ut Ecclesia apertè, & disertè ab eis intelligeret, præter oēm ambiguitatē quid credendum esset. Paulus inquit, in Ecclesia malle se quin-que uerba loqui suo sensu, ut alios instruat, quàm decem milia uerborum aliter. & credemus hunc ambiguitatē, & obscurè docuisse cū fideles instrueret? Certè hoc nulla ratio permittit. Et tamen scriptura ipsa Pauli, quantā diuersitatem sensuum, quantam dubitationem contineat, res ipsa docet. Manet scriptura muta, nec respondet, nec se explicat, sed, quolibet in suam sententiā illam trahente, nō quaeritur, nec respondet, certè tanquàm mortua scriptura. Hoc enim Spiritus sanctus, qui in ea, quibus uult, loquitur, permisit. quoniam scripturæ, & literis humanis propriū esset, ut scilicet trahantur in diuersos sensus, nec amplius, ut ita dicam, loquantur, ut uiua uox. Hæc itaq; si consideremus, uidebimus manifestè, quàm profundo Dei consilio factum sit, ut prædicatione uiua Euangelij, & non scriptura aliqua origo & principium esset Ecclesiæ: ut scilicet prius uiua uoce, annuntiato Euangelio, & uiua fide suscepto, constaret inter omnes gentes, & linguas Ecclesiæ, fides Euangelij, & confessio eius: ubi præter omnem ambiguitatem, & obscuritatem, absq; omni sensus diuersitate fidei dogmata cognita erāt, postea uerò cū scribi cœpit hæc prædicatione eis linguis, quibus Spiritus sanctus uoluit, & quæ potiores erant, alia Iudæis, alia Gentibus, de scripturis iudicatum est ab Ecclesia, à fidelibus ipsis, ex illa certissima, quæ semper aderat, prædicatione fidei Spiritu sancto dirigente. Atq; hac ratione uerè, & non superficie tenus tantum, Ecclesiam nobis tradidisse scripturam, certissimū est. quod cū confiteamur omnes nos, scilicet, & aduersarij, nullus tamen ueraciter hoc potest agnoscere, nisi qui hanc originē Ecclesiæ agnoscit. Prius enim quàm illa scriptura noui Testamenti esset, Euangelij fides erat in cordibus, ad quæ scripturæ ipsæ Apostolorum, & Euangelistarum exactè, & diligenter ad illam certissimam regulam examinata, receptæ sunt ab ipsis uiuentibus Apostolis, eorumq; discipulis, & non solum ab his, qui scripserunt, & quæcūq; tunc, aut deinceps scripta prodierunt, quæ scimus non fuisse pauca de historia hac Euangelica, non ea fide, quæ oportebat, reiecta sunt: etiam si nomine pbatissimorum auctorum circumferrentur, ut Euangelium Thomæ, Andreæ, Nicodemi, & alia multa, de quibus primis illis temporibus, cū recens esset memoria Apostolicæ prædicationis, & conuersationis eorum, quorū nomini editi libri tribuebantur, facile potuerūt haberi certissima testimonia.

Hac

1. Cor. 14

Cap. 4.8. Scri-
ptura sacra
ab Ecclesia
quomodo, et
ratione susce-
pta.

Hæc igitur ratione omnes, quæ in auctoritate sunt scripturæ, agnitæ sunt ab Apostolis, & primis Ecclesiæ doctoribus, eodem Spiritu sancto, quo scriptæ erant, in eis agente, & fide certissima commendatæ posteritati, tanquam à Spiritu sancto editæ, quæ omnia uidemus apertè ab illa prima prædicatione rotur habere. Vnde Augustinus intrepidè, & ueracissimè dicit: Ego uerò Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ commoueret auctoritas. Et alibi hanc originem apertius explicans, distincta est (ait) à posteriorū libris excellentia canonicæ auctoritatis ueteris, & noui Testamenti: quæ Apostolorum confirmata tēporibus, per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, tanquā in sede quadam sublimiter constituta est: cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus. nec tamen propterea credimus esse auctoritatem aliquam scripturæ sacra maiore: aut Ecclesiam, tanquam superiorem scripturæ, illam nobis dedisse asserimus, quod calumniantur aduersarij: sed hoc tantum agnoscimus, prædicationem uiuam præcessisse scripturam, ædificasse Ecclesiam, ex qua postea probatæ sunt scripturæ. Nulla ergo ratione minoris auctoritatis ipsa prædicatione: sed hæc ambo, prædicatione Apostolorū, & scriptura canonica Spiritus sancti reuelatio sunt: & de qualibet earum uerissimum est illud Pauli: Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizauerit, præterquam quod euangelizatū est uobis, anathema sit. Quia tamen prædicatione prior tempore fuit, meritò idem Apostolus alibi præscribit contra non credentes resurrectionē uniuersalem, ex hac auctoritate primæ prædicationis, & fidei: si ue inquit ego, siue illi (alios Apostolos referens) sic prædicamus: & sic credidistis. Et quia apertior, & cōmunior omnibus, quia omnium linguis: & copiosior, ut probatū est, rectissimè etiam ex eadem interpretatio sumenda est, scripturæ. ut enim apertè dicamus, loca scripturæ, quibus Arrius filiū minorem patre probabat, unumq; esse non natura, sed consensu uoluntatis, non alia ratione à patribus explicata sunt, nisi ex hac prima prædicatione Apostolorum, & fide certissima, quæ in cordibus, & ore omnium fidelium semper perseveraret, de uera diuinitate filij Dei. Hæc fuit uera expositio huius loci, Pater maior me: & illius, Ut sint unum, sicut & nos, unum sumus. ab hac prædicatione semper à patribus omnibus aduersus hæreticos quæ sita sunt testimonia: ut totius Ecclesiæ hystoria manifestè ostendit. Audi quid Irenæus Polycarpi, qui Ioannem Euan gelistā audierat, ut ipse testatur, discipulus, apud Eusebiū dicat aduersus Florianum hæreticum. Hæc dogmata, quæ asseris, nō sunt sanæ sententiæ, hæc dogmata non sunt consona ecclesiasticæ fidei, hæc dogmata, sancti illi presbyteri, qui ante nos fuerunt, nun-

quam protulere, qui & Apostolos uiderunt. Audi rursus, quid apud Theodoretum, Alexander ille Alexandrinus episcopus, sub quo Arrius ortus, & ab eodem damnatus est, scribat de eius damnatione ad Constantinopolitanum Episcopum. Nos, ait, ita credimus, sicut Apostolicæ placuit Ecclesiæ, hæc docemus, hæc etiam prædicamus, quæ sunt Apostolicæ Ecclesiæ dogmata. Non est opus plura nunc referre, illud certissimum est, hanc fuisse rationem reiiciendarum omnium hæresium. aduersarij etiam ipsi nobiscum pariter consentunt, quod negare non possunt, ad Ecclesiam pertinere, ut interpretetur obsecurum sensum scripturæ: sed cum ad rem uenitur, tergiuersantur planè, dum ex scriptura tantum interpretandam esse scripturam clamant. Sed quia de his postea latius agendum est, nunc tantum sufficiat interrogasse eos, cur non ex prædicatione ipsa Apostolorū licebit interpretari scripturam: cum constet illam priorem fuisse, & certiorè, quæ scilicet absq; ambiguitate, & uarietate sensuum docuit fidem? quid possunt respondere, nisi manifestissima hæc negauerint? sed conabuntur fortè hanc Apostolicam prædicationem incertam nobis reddere, & obscuram, quasi sit antiquitate obliterata, sed hoc, quàm sit alienum à ueritate, ne quem fortè decipiat, ex eisdem principijs pbandum est. Cum enim ostensum sit, hanc prædicationē fidei iniunctam fuisse Apostolis, ita ut sicut Paulus inquit, uæ illis esset, si non euangelizarentur: & in ipsis, cæteris eorum successoribus: de quo sollicitè eos admonitos fuisse ab ipsis Apostolis non est dubiū: sicut Paulus Timotheo suo sub contestatione Diuini iudicij, Prædica inquit, uerbum, in ista oportune importunè. Et rursus. Attende tibi, & doctrinæ, in ista in illis. & Tito: Loquere quæ decent sanam doctrinā. Et iterum: Hæc loquere, & exhortare. sic & ipsum, & cæteros oēs Apostolos uerbis etiam fecisse, cum tam sollicitè mitterent discipulos ad prædicandum, dubitari non debet. Cum itaq; hoc sit præceptum Ecclesiæ, non fieri potuit, ut illa hoc prætermiserit: quod si fecisset necesse erat eam à uera Christi obedientia cecidisse, & præualuisse portas inferi aduersus illam, at Christus promittit illi perpetuam stabilitatem: nunquam ergo in ea hæc Apostolica prædicatione cessauit: nunquam defuere, qui ea, quæ Apostoli prædicarunt, crederent, memoria tenerent, & docerent subditos: & ubi cunq; opus erat confiterentur. non potuerunt hæc obliuioni tradi, nisi simul Ecclesia corruisset, & deesset illi promissio Christi. Superius audiuius Esaiam, imò Deum per ipsum dicentem, uerba mea, quæ posui in ore tuo non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui usq; in sempiternum. Quis igitur dubitare potest in uera Ecclesia, nunquam non

Lib. cont.
epist. fundam.
menti cap. 5.
Lib. 11. contra
Eras. Faust.
cap. 5.

Cap. 49. Ex
prædicatione
Apostolorum
sensum
scripturæ
esse
sumendum.

Ad Gal. 1.

1. Cor. 15:

Eccles. Hist.
lib. 5. cap. 20

Lib. 1. Hist.
tripart. cap.
14.

Cap. 50.
Prædicationem
Apostolorum
in Ecclesia
nunquam
obliuioni
tradi posse.

2. ad Tim. 4.

1. ad Tim. 4.

Ad Tit. 2.

fuisse hanc uocem Apostolicæ prædicationis præsentem, & uiuam in ore, auribus, & cordibus fidelium. quomodo igitur obliuioni tradi potuit? Quod si non potuit, sed semper perspicua fuit, & manifesta, habemus signum non ambiguum, non fallax ueræ Ecclesiæ, quod semper in ea permaneat. Hæc est certè lucerna illa supra candelabrum posita, Apostolica prædicatione, omniumq; fidelium consensus in illam. Nam quod aduersarij prædicationem sinceram Euangelij iuxta scripturam, scilicet sacram, ut illi dicunt, signum Ecclesiæ ponunt, atq; ita solam scripturam sacram regulam esse, & lumen Ecclesiæ, & nihil præter eam: meritò diximus in assertionione nostra catholica subdolum, & falsum esse, quod latius postea ostendemus, quoniam Brentius hoc calumniatur. Nunc uerò ex proximis satis ostenditur, primò quòd, ut diximus, Apostolica prædicatione ante scripturam est: & ea manifestior, & in Ecclesia semper cognita: deinde, quia cum constet scripturam ambiguam esse, & incertam: & sicut olim ab Arrio in suum sensum detorquebatur contra catholicos: & è conuerso ab illis retorquebatur in Arrium: Ita nunc ab aduersarijs contra nos: & à nobis contra eos: In qua controuersia fatentur illi iudicium esse apud Ecclesiam: nõnne manifestum sit, eos circuitu quodam deludere iudicium omne: dum de scripturæ sensu agitur, ueram Ecclesiam iudicem admittunt: ubi uerò de uera Ecclesia quæstio est, ad scripturam redeunt: dicentes illam esse ueram Ecclesiam, quæ solam agnoscit scripturam, & eam docet. Prius igitur agnoscenda scriptura est, uerusq; eius sensus, quàm Ecclesia, quomodo ergo ab Ecclesia exponetur scriptura? sed de hoc pluribus postea. qd̄ ideo diximus, ut ex hoc, tanquam ex contrario appareat nos certissimum signum dedisse agnoscendi Ecclesiam, prædicationem Apostolicam, quam ostendimus nunquam deesse potuisse. Ex quo etiam & illud ostenditur, falsum esse, & perniciosum, quod quidam aduersariorum fallaci spiritu acti aiunt, Ecclesiam quidem omnino deficere, & perire non posse, nec fidem catholicam posse in ea uerè abscondi, atq; latere. Sicut, inquit, tempore Helix, cum ille se solum residuum putaret: relictus, inquit, ego solus sum: & tamen absconditi erant septem milia uirorū, qui non curauerunt genua ante Baal, sic, aiunt, nonnunquam per plura secula Ecclesiam absconditam, & occultam manere, & mansisse totis trecentis, & quadringentis annis: atq; in ea ueritate occultam apud quosdam tunc perseuerasse, quã nunc, si Dijs placeat, Lutherus, & sui educunt è tenebris, noui scilicet suscitatores Apostolicæ prædicationis. Quod igitur sepulta, & abscondita fuerit Ecclesia, malitiæ hominum tribuendum. cæterum promissionem Christi ideo

asserunt constare, quoniam seruat ille, quos uult, & ubi uult, sicut Heliam in deserto seruauit: & centum illos prophetas, quos Abdias abscondidit, & pauit, sub impijsimo rege Achab. sed hoc etiam manifestissimæ conuincitur falsitatis, ex ipsis Christi promissionibus. Nam qui promisit Ecclesiæ, quod portæ inferi non præualebunt aduersus eam, idem etiam dixit: non potest ciuitas abscondi supra montem posita, nec accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. quod siue de Ecclesia, siue de prædicatione Apostolorum, aut certè de utroq; accipias, apertè ostendit neutrum eorum latere posse: nisi his fortè, quorum Deus huius seculi mentes excæcauit, quod ut apertius fiat, ab his, qui hæc dicunt, rogamus: si Ecclesia, ueracq; fides latuit his trecentis annis, ut dicunt, & in uecta sunt in Christianū populum, multa Apostolica doctrina contraria: quomodo id fieri potuit? an quæ obliuati sunt omnes prædicationis Apostolicæ, & doctrinæ, atq; hac ratione receperunt aliena, & cõtraria: siue id subito, siue paulatim, siue in multis, siue in una uel minima re (ut apertè dicamus) alienum aliquid, aut contrarium Apostolicæ doctrinæ crediderunt fideles omnes? quòd si hoc damus, defecit iam tota Ecclesia & Apostolorum prædicatione, omnibus scilicet contrarium credentibus, & non abscondita tantum fuit, an fortè aliter fieri potuit? quibusdam scilicet, non omnibus falsa docentibus & credentibus, cum interim, qui ueram fidem tenebant, tacerent, sed hac ratione defecerunt uerba illa posita in ore Ecclesiæ, contra apertissimū uaticinium Esaiæ, nec lucerna illa illustrauit domum contra Christi promissionem. Certè si quàm plurimis falsa docentibus, omnes, qui uera nouerunt, tacebāt, illud præceptum Christi: prædicate super tecta: Et Qui me erubuerit, & meos sermones, &c. ommissum est in Ecclesia. & tunc nõ solum defecerunt falsi illi doctores, aut prædicatores, sed & reliqui omnes, qui, cum ueritatem fidei nossent, eam confiteri noluerunt. Ore enim inquit Paulus confessio fit ad salutem. Perit igitur omnino Ecclesia, si aliquando ulla præualuit doctrina Apostolicæ prædicationi contraria: si defuerunt, qui apertè, & palam resisterent falsitati. Vides ergo ut necesse sit, Apostolicæ prædicationis fidem semper in Ecclesia audiri, non minus quàm ipsam Ecclesiam, usq; in finem seculi permanere, si Christi promissa stare debeant. Nec certè tempore Achab, & Helix defuerunt in populo Israël saltè Hierosolymis, qui unius ueri Dei cultum contra idololatriam prædicarent: & reiectis uutilis, Hieroboam, & cæteris simulacris ad unū uerum Dei templum confluerunt. ita ut semper audiretur hæc uera fides, & expectaretur aduentus Messia,

3. Reg. 18.

Cap. 51.
Apostolicam
doctrinam
nūquam ab-
scōdi potuis-
se in Eccle-
sia: nec ipsam
Ecclesiā un-
quam latuis-
se.
Caluinus in
præfatione
Instit.
3. Reg. 19.

Cap. 52.
Falsitatem
cuiuscunque
dogmatis,
uel ritus Ec-
clesiastici ex
nouiitate cer-
tissime osten-
di.

Messia, in quibus præcipuè tum Ecclesia cõ-
gregata erat. Sic igitur nunc nunquam dee-
rit publica, & manifestissima attestatio Apo-
stolicæ doctrinæ, ex qua apertè contradica-
tur alienæ. Ex his, si attentè considerentur,
duo colliguntur signa huic negotio agnoscen-
di scilicet ueram Ecclesiam, ueramq; Aposto-
licam prædicationem, & his oppositam, fal-
sam uidelicet Ecclesiam, & doctrinam pluri-
mum accommoda. quibus quantum possu-
mus capere, maximè consulitur tranquillita-
ti piorum, & reuincitur proteruentium con-
tentio. Alterum, quo agnoscat, quale sit do-
gma, de quo agitur, alienum scilicet, uel con-
sonum doctrinæ Apostolicæ: alterum, quo
discernatur uera Ecclesia à falsa. Primum i-
gitur sic ostenditur ex prædictis, dogma il-
lud, aut ritus, cui, cum primum ceptum est
prædicari, aut audiri in Ecclesia, contradixe-
runt hi, qui in unione Ecclesiæ stabant, atq;
nouum illud dixere, & contrarium fidei il-
li, quæ perpetua successione præcedentium
omnium cordibus fidelium inhærebat, ha-
bendum est proculdubid ut suspectum, &
non admittendum, quousq; id explicatum
sit consensu aut omnium, aut certè pluriũ
doctorum, & Ecclesiarum permanentiũ in
unione, & consensu Apostolicæ illius doctri-
næ. Nec fieri potest, ut in hac discernenda cõ-
trouersia desint testimonia certa Apostolicæ
prædicationis, & fidei, semper in cordibus
fidelium seruata, nec aliquid poterit unquã
contrarium huic certissimæ ueritati intro-
duci in Ecclesia, cui nõ palam, & apertè con-
tradicator: deficeret enim alioquin Eccle-
sia: Ex quo statim fit, ut illud dogma, seu ri-
tus, contra quem cum primum auditus est,
nullus fidelium de nouitate aliena, & con-
traria Apostolicæ doctrinæ præscripsit, sed
ab omnibus susceptum est, non posse con-
trarium esse ueræ fidei, & Apostolicæ prædi-
cationi. Ut itaq; experientia fiat notum hoc,
& experientia continua, notum est ex antiq;
historijs, quod ante Arrium in pace agebant
fideles omnes in confessione trinitatis: sed
cum ille primum filium creaturam cepis-
set dicere, reclamationum Ecclesiarum antisti-
tes, dicentes, hoc alienum, & contrarium A-
postolicæ prædicationi & fidei illi, quam à
maioribus acceperant, atque hac ratione il-
lud publicè condemnarunt, & reiecerunt:
nec heri potuit, ut, non dicam centũ annis,
sed uel minimo spacio hoc dogma sustine-
retur in Ecclesia. Idem similiter contra Ma-
cedonium Spiritus sancti diuinitatem ne-
gantem scimus factum: atq; contra Nesto-
rium, Eutychem & reliquos in mysterium
incarnationis errantes, Deniq; aduersus om-
nes hæreticos, ut manifestè proditum est
historijs. Nam ut propiũ accedamus, con-
stat ante octingentos annos, cum Berenga-
rius Andegauenfis Archidiaconus in Sacra-
mento altaris nõ ueraciter, sed tanquam in

signo tantũ esse Christum assereret, mox
tanquam rem nouam, & alienam antistites
Ecclesiarum sese opposuerunt, illud reieci-
re, quousq; tandem pluribus etiam consilijs
damnatum est, non aliunde certè, quàm ex
illo consensu. Sic igitur reijciuntur falsa do-
gmata, sic probantur uera, qui enim erroris
aliquid arguit, ostendat principium, & ori-
ginem eius post Apostolos: & qualiter ei ab
omnibus contradicuntur. Nec enim po-
tuit aliquid cõtrarium ueritati ingredi tam
sensim, & tacitè, ut dormitaret fides illa, &
memoria prædicationis Apostolicæ, quam
Christus promittit nec defutura unquam
nec obscuranda. Cũ enim heresis ut in-
quit Cyprianus, & schismata postmodum
nata sunt (post fidem scilicet prædicatam ab
Apostolis) dum conuenticula sibi diuersa
constituunt: non potest fieri, ut ad primum
illorum ortum Christianæ fidei simplicitas
non turbetur, & uocem illam alienorũ oues
Christi non fugiant, uel saltem, ut in hac Ec-
clesia, non contradicatur ei, & legitime con-
demnetur: si id ad tranquillitatem, & salu-
tem Christiani populi opus fuerit. Hæc est
igitur certissima cognitio discernendi ue-
ra dogmata à falsis, sed de his postea latiũs,
quæ nunc solum propter ueram agnoscen-
dam Ecclesiam, ex Apostolorum prædicatione
dicta sunt. Et hoc sit iam secundum illud,
quod inferri diximus, ut cum quæ sit uera
Ecclesia dubitatur, cogitemus attentè, illam
esse ubi nullum dogma, nullus ritus rece-
ptus est, qui testimonio fide digno redargu-
tus est, de nouitate aliena, & contraria fidei
Ecclesiarum omnium, quam constat ab A-
postolis prædicatam, seruata fuisse in cor-
dibus fidelium. ita uidelicet quod ubi aliqd
circa hæc inuenitur, cui mox in suo ortu cõ-
tradictum ab his, qui in consensu illo A-
postolicæ prædicationis, & unione omniũ Ec-
clesiarum permanent, fuit: ibi in illa con-
gregatione, non est uera Ecclesia. cuius rei
nõ potest fieri ut desint testimonia sufficien-
tia in alijs Ecclesijs. Itaq; hoc asserimus: si
oblatio sacrificij altaris, oratio pro defun-
ctis, inuocationes sanctorum, uota monasti-
ca contra Apostolicam prædicationem fuis-
sent: non dico trecentis annis, sed nec uno
quidem recipi potuissent in Ecclesia, quo-
niam eis mox cõtradiceretur, & testimonio
publico Ecclesiarum adhærentium Aposto-
licæ doctrinæ reijcerentur, quod cum factũ
non sit, etiam cõcedentibus aduersarijs, in-
ferimus Ecclesiam nostram, quæ hæc omnia
obseruat, illam esse, quæ Apostolicæ doctri-
næ consonat, nec unquam ab illa discessit,
atq; idem dicimus de ceteris omnibus, quæ
ab aduersarijs impugnantur: si aliquid o-
stenderint nos habere dogma, uel ritũ, cui
mox ut ortum fuit, contradicuntur, & re-
iectum testimonio Ecclesiarum conspiran-
tium cum Apostolica prædicatione, fatebitur

Lib. de sim-
pli. Pralat.

Cap. 53.
Ecclesiæ ex
nouiitate do-
gmatum, uel
rituum con-
uinci.

Cap. 74.
 Qui decedit
 ab Apostoli-
 ca prædica-
 tione, & no-
 ua sequatur,
 re ipsa sem-
 per evidens
 esse in Eccle-
 sia.

mur nostram non esse ueram Ecclesiam. at uerò nos apertè ostendimus eorum dogmatibus semper contradictum fuisse in Ecclesia, ex quo audiri cœperunt: & uerarum Ecclesiarum testimonijs ea esse reiecta, nunquam negatio purgatorij, & oblationis sacrificij altaris, inuocationis sanctorum, christinatis, & reliquorum huiusmodi audita fuit, quin ei contradiceretur. Damus originem, & ortum aduersorum dogmatum post Apostolos, & legitimam contradictionem eis factam, & damnationem, ideoq; merito eos ab Ecclesia uera alienos ostendimus. Si quis uerò inquirat, quibus testimonijs in reijciendis, & manifestandis nouis doctrinis utendum sit, ex supradictis facile respondetur, Ecclesiarum omnium ab Apostolis ipsis incipientium, & per successiones usq; ad nos primis illis adhærentium, quod uerum esse maximè ostenditur in testimonijs doctorum, & patrum illorum, quos certissime re ipsa constat, in Apostolica prædicatione ueritate, & unitate permanisse. atq; diuersas Ecclesias, diuersisq; temporibus, sed eadem, & consona uoce docuisse. Necessè enim fuit, ut fides una esset ipsorum, & populorum, quos ipsi docebant. sed quanquam hoc ita sit, tamen sic aperta est hæc perpetuò ab Apostolis prædicata doctrina animis omnium inscripta, atq; unio Ecclesiarum omnium in ea, ut re ipsa ostendatur, nec opus sit alijs testimonijs. Manifestant enim historia antiquarum Ecclesiarum semper cognitos fuisse populos, & Ecclesias, quæ se separabant, & apertè discretos ab his, qui permabant in priori unitate, qua ratione etiam nunc manifestissimum est: adeò ut quicquid ad hoc probandum adducitur, minus certum, & minus apertum uideatur, quam hoc ipsum, quod probare conamur. ostendant nobis aduersarij ubi, & quando nos se parauimus, neq; enim unquam in Ecclesia Christus permisit defectionem hanc, & separationem multorum ab Apostolica doctrina, occultè fieri, & tacètib; his, qui in unione permanent, certè nihil ostendunt horum in ulla historia fide digna. at nos & in historia, & in eorum præsentibus gestis, re ipsa ostendimus, quòd se separent, & dissensiones faciant ab ea pace, & quiete fidei, & cultus, in qua non trecentis annis, quod ipsi fatentur, & esset satis ad eos non audiendos, sed octingentis, & mille trecentis perseuerarunt Ecclesie omnes, quæ Christi fidem sequuntur, ita ut si qua ab his discesserit, statim fuerit nota discessionis inuisa. hæc ita aperta sunt, ut nulla opus sit ampliori probatione, sed oratione tantum humili ad Deum, quam nos toto animo effundemus, cum Ecclesia catholica, ut Deus, ac Dominus noster eruat omnes, quos unda baptismatis dignatus est abluere, ab erroribus uniuersis, & ad sanctam matrem Ecclesiam catholicam, atq; A-

postolicam reuocare dignetur. Poterant de hac re sufficere, quæ dicta sunt: uerum ne nostro sensu, sed Ecclesie ipsius, quam asserimus, ea nos dixisse cõstet, adducenda sunt uel nonnulla antiquorum patrum testimonia, quibus hæc eos, & Ecclesiam manifestè sensisse ostendamus: quanquam ex parte id inter ea, quæ diximus confirmanda, fecerimus, sed quia plurimum hoc interest, apertiora nunc audiamus. Origines ille uetustissimus quam manifestissimè hæc docet, & locos ipsos scripturæ, quos adduximus in hunc sensum interpretatur. in Matthæum quidem locum istum: Si dixerint uobis: Ecce hic est Christus, ecce illic. sic enarrat: Dicit enim qui seducere uoluerit nos, & defendere contrarium ueritati: Ecce hic est Christus, demonstrans uerbi gratia hunc Euangelij locum, alterius autem erroris auctordicet: Ecce hic est Christus, offerens ad exemplum alterum textum, qui uidetur defendere mendaciū illius uerbi, qd proposuit. & sic ex lege, & prophetis, & ex Apostolis profert unusquisq; quæ uidentur defendere mendacium illud, utpote ueritatem. multa dicit deinde diuersimodè enarrans hæc uerba, sed omnia in hunc sensum, ut ostendat, hæreticos nonnunquam ex abditis locis scripturæ, nonnunquam ex manifestis sua confirmare, & tandem post omnia in fine ita inq; quòd uicq; professi fuerint ex scripturis, & de mysterijs, quæ sunt in eis ad demonstrationem, nolite credere, quæ dicunt. Veritas enim similis est fulguri egredienti ab oriente, & apparenti usq; ad occidentem, qualis est ueritas Ecclesie Dei. Ab ea enim sola fons in oem terram exiuit, & in fines orbis terræ uerba eorum: & uelociter currit sola uirtus Dei. Hæc Orig. in illa loca. Vides igitur quo confugiat in dubio sensu, & dogmate fidei, nempe ad Ecclesiam manifestam, nempe ad sonum prædicationis Apostolicæ, quæ nõ dubitat percurrisse oem terram. Eodem etiam sensu, & uerba illa eiusdem Euangelistæ exponens, ut in errore inducantur si fieri potest etiam electi, Ita inquit, exaggerationis sermo est, & ostendere uult, quoniam frequenter ualde persuasorij sunt sermones hæreticorum, & commouere potentes etiam eos, q; sapienter audiunt: Et post pauca quædam: propterea, inquit, non debemus attendere eis, qui dicunt: Ecce hic est Christus: non aut ostendunt eum in Ecclesia, quæ plena est fulgore, ab oriente usq; occidentem, quæ est plena lumine uero, quæ columna est, & firmamentum ueritatis, in qua tota totus est aduentus Filij hominis dicentis omnibus ubicunq; sint: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi: & ubicunq; fuerit, quod est secundum dispensationem passionis, cadauer eius, qui ideo cecidit. ut erigat eos, qui ceciderunt, illuc congregabuntur non qualescunq; sed

Cap. 57.
 Testimonijs
 Originis ostenditur An
 postolica
 prædicatione
 manifesta
 semper esse
 in Ecclesia

Homilia 29.

Homilia 30.

aqui.

Cap. 36. aquila discipuli, de quibus Propheta etiam
 dicebat: Assument pennas, ut aquilæ. Hæc
 etiam nonne aperte confirmant in Ecclesia
 apertam esse, & manifestam lucem, qua sit
 scriptura exponenda? Clemens ille Petri di-
 scipulus, & successor superius citatus est, in
 intelligentiam scripturarum non à proprio
 sensu, sed ab eis, qui eam à maioribus acce-
 perunt sumendam esse docens. Irenæum in
 assertionem nostram catholicam adduximus capi-
 te de Ecclesia, & de Concilio, est ille locuple-
 tissimus omnium horum testis, & quidem
 fide dignissimus. Citauimus etiam proxime
 quod apud Eusebium dicitur aduersus
 Florinum hæreticum, quibus hæc maxime
 confirmantur, sed nunc etiam admonemus,
 ut priora capita tertij libri aduersus hereses
 Valentini attentè legantur, quæ maxime ex-
 plicant, quæ diximus. ubi ex multis pauca
 audi. Primò enim prædicationem Aposto-
 lorum in toto mundo manifestam esse in
 Ecclesia, & perspicuam docens, & discipulorū,
 quos Apostoli instituerunt facta mentione,
 sic de illis inquit: Qui nihil tale docuerunt,
 neque cognouerunt, quale ab his deliratur hæ-
 reticos notans, contra quos loquitur, & sta-
 tim Ecclesiæ Romanæ mentione facta, de
 qua postea dicemus, successiones omnium
 usque ad sua tempora, in quibus ut ille inquit,
 episcopatum ab Apostolis, duodecimo loco
 Eleutherius tenebat. enumerans sic statim
 inquit, hac ordinatione, & successione ea, quæ
 est ab Apostolis in Ecclesia traditio, & veri-
 tatis præconatio peruenit usque ad nos: & ple-
 nissima est hæc ostensio unam & eandem ui-
 uificatricem esse fidem, quæ in Ecclesia est
 ab Apostolis usque nunc conseruata, & tradi-
 ta in ueritate. hæc sunt huius probatissimi
 patris uerba. In quibus uides prædicationis
 Apostolicæ auctoritatem primò omnium
 quærendam, idque testimonio Ecclesiarum.
 Vnde & statim Smirnenlis Ecclesiæ, atque Po-
 lycarpi ab Apostolis ibi constituti episcopi,
 & reliquarum Ecclesiarum Asia, & Ephesi-
 næ etiam à Paulo fundatæ, & edoctæ plenius
 à Ioanne, testimonijs utitur ad confirman-
 dam fidem: atque deinde Ecclesiarum multa-
 rum apud Barbaros, quæ sine ullis, inquit, li-
 teris fidem susceperunt, & tenent mentione
 facta, ita tandem inquit, quæ per illam uete-
 rem Apostolorum traditionem, ne in con-
 ceptione quidem mentis admittunt, quod-
 cunque portentiloquium est, atque deinde or-
 tum, & progressum Valentini hæretici, &
 Cerdonis, Marcionisque, & eorum, qui uocan-
 tur gnostici, à Menandro Simonis discipu-
 lo referens, docet, sub quibus Romanis epi-
 scopis inceperint, uel progressi sint, tandem
 ait. Omnes autem hi multò posteriùs, me-
 diantibus iam Ecclesiæ temporibus, insurre-
 xerunt in suam apostasiam. Hæc quidem il-
 le: In quibus obserua, quam uerissimum
 sit, quod diximus, ex Origine præcipue, &

nouitate excipiendum esse contra hereses.
 Tertullianus non est in hac re omittendus,
 totus ille liber de præscriptionibus aduer-
 sus hæreticos nihil aliud continet, quam hu-
 ius, quæ diximus, Apostolicæ prædicationis,
 & fidei Ecclesiarum omnium testimo-
 nia manifestissima. quæ ideo magis digna
 sunt fide, quoniã ipsum auctore errantem
 postea, & ad schisma Montani deficientem ma-
 xime arguunt & conuincunt. Citauimus in
 assertionem catholicam nonnulla, quæ Brentius
 dicit me non intellexisse, & se explicaturum
 promittit, quod cum fecerit, agnosceremus qua-
 lia sint, quoniam uerò omnia illius libri di-
 gna sunt attentissima consideratione, per-
 stringamus nonnulla huic proposito con-
 uenientia. Cum igitur dixisset hæreticos ad
 scripturas prouocare, statim sic loquitur.
 Hunc igitur potissimum gradum obstrui-
 mus: non admittendos eos ad ullam de scri-
 pturis disputationem, quod auctoritate Apo-
 stoli confirmamus. qui ut ille inquit, prohi-
 bet quæstiones inire, nouis uocibus aures
 accommodare, & hæreticum post unam cor-
 reptionem uitare iubet, adeo inquit in-
 terdicat disputationi, & post alia ita inquit.
 Ergo non ad scripturas prouocandum est, nec
 in his constituendum certamen, in quibus
 aut nulla, aut incerta uictoria est, aut parum
 certa. Nam etsi non ita euaderet collatio scri-
 pturarum, ut utranque partem fisteret: ordo
 rerum desiderabat illud prius proponi, quod
 nunc disputandum est, quibus cõpetit fides
 ipsa, cuius sint scripturæ, à quo, & per quos,
 & quando, & quibus sit tradita disciplina,
 qua fiunt Christiani, ubi enim apparuerit
 esse ueritatem disciplinæ, & fidei Christia-
 næ, illic & ueritas scripturarum, & expositio
 num, & omniũ traditionũ Christianorũ, ubi
 uide scripturæ expositione ex fundata prius
 fide, & traditione sumendam esse, & eodẽ lo-
 co statim post supradicta docet, Apostolos à
 Christo electos missos fuisse ad prædican-
 dũ, & fundasse Ecclesias apud unamquamque
 ciuitatẽ, à quibus inquit, uerba enim eius re-
 feram, traducem fidei, & seminatio doctrinæ ce-
 teræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quoti-
 die mutantur, ut Ecclesiæ fiant. En igitur
 Apostolicam prædicationem originem Ecclesia-
 rum esse. In eodem libro Origenes hæretico-
 rum, contra quos præcipue agebat, Marcio-
 nis scilicet, Valentini, & aliorum detegens er-
 rores, sicut Irenæus præmittit Apostolorum
 doctrinam, & de ea dicit dictum esse: Et si An-
 gelus de cœlo aliter euangelizauerit anathe-
 ma sit. & statim sic inquit, ubi tunc Marcion
 Ponticus, Nauclerus, Stoicæ studiosus, ubi
 tunc Valentinus, Platonice sectator. nam cõ-
 stat illos, nec adeo olim fuisse Antonini ferè
 principatu, & in catholicam primò penè do-
 ctrinam credidisse, apud Ecclesiam Roma-
 nam, sub episcopatu Eleutheri benedicti:
 donec ob inquietam eorum semper curiosi

Cap. 38. Idẽ
 testimonio
 Tertulliani
 probatur.

tatem, qua fratres quoque uitiabant, semel, & iterum eieci. & post multa, quae de his haereticis dicit, proposita illa parabola Euangelica de zizania superseminata, sic inquit: ita ex ipso ordine manifestatur id esse Domini cum, & uerum, quod sit prius traditum: id autem extraneum, & falsum quod sit posterius immixtum. atque deinde haeresum aliarum, quarum Apostoli meminerunt, easque damnarunt, recensito longo catalogo, ita inquit, eligant igitur sibi tempora uniuersae haereses, quae, quando fuerint, dum non interfit, quae quando, dum de ueritate non sint utique, quae sub Apostolis non fuerunt, si fuissent nominarentur: quae uero sub Apostolis fuerunt, in ipsa nominatione damnantur,

Lib. 2. cap.

32.

Cap. 58.

Idem etiam auctoritate Augustini probatur.

& tandem concludit. His definitionibus inquit, prouocatae sunt, & reuictae omnes haereses a nobis, quae referre non est opus. In his satis est ostendisse, qualiter ex origine, & nouo principio haereses cognitae & damnatae fuerunt semper. Augustinus haec frequentissime aduersus haereticos repetit, maxime aduersus Donatistas. Sed audi quaedam contra literas Petiliani: citatis illis uerbis Psalmi. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Hinc fit (ait) ut Ecclesia uera neminem lateat: unde est illud, quod in Euangelio ipse dicit: Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Et contra epistolam Permeniani: Nulla est igitur, ait, securitas unitatis, nisi ex promissis Dei Ecclesia declarata, quae super montem, ut dictum est, constituta, abscondi non potest: Et ideo necesse est, ut omnibus partibus sit nota. Et rursus contra Cresconium Grammaticum, Ecclesia inquit, cunctis clara, atque perspicua, quippe ciuitas, quae abscondi non potest super montem constituta, per quam dominatur Christus a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrae, tanquam semen Abraham multiplicatum, sicut stellae caeli, & sicut arena maris, in quo benedicuntur omnes gentes. Hanc etiam Cyprianus ita commendat, ut eam dicat domum luce perfusam, radios suos per orbem terrarum porrigere, ramos suos per uniuersam terram copia ubertatis extendere. Vides itaque August. Ecclesiam abscondi non posse ex uerbis Euangelij, quibus nos id probauimus, asserentem, & praedicationem Apostolicam uerum esse lumen eius manifestissimè docentem. Et haec quidem praeter illa, quae citata sunt de librorum Canoniconum auctoritate, & de testimonio Ecclesiae circa illos. Denique, & aduersus Pelagianos antiquorum patrum multis testimonijs utens tandem ait, Nimis longum esset omnia commemorare, quae sanctus Ambrosius aduersus hanc haeresim Pelagianorum tantò post exorturam non eis quidem respondens, sed praedicans catholicam fidem, sed nec illa commemorare potui, quae gloriosissimus in Domino Cyprianus posuit,

Lib. 3. cap. 5.

Lib. 2. ca. 36.

Lib. 4. cont.

duas epistol.

Pela. cap. 12.

quibus demonstratur quomodo sit haec, quam tenemus, fides uera, uereque Christiana, atque catholica sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita, sic a patribus nostris, & usque ad hoc tempus, quo isti eam conuellere tentauerunt, retenta, atque seruata: & deinceps pro picio Deo retinenda, atque seruanda. Et post pauca, sicut autem usque ad tempora nostra seruata ea, quae de his rebus antequam isti ebullire coepissent, Ambrosius conscripsit, ostendunt & quod eorum prophanas nouitates catholicae aures, quae ubique sunt, horruerunt: sic deinceps esse seruanda, satis salubriter istorum partim damnatio, partim correctio declarauit. Et post pauca contra eorum calumnias: Domino, inquit, miserante, suamque Ecclesiam misericorditer gubernante, sic uigilauit catholica fides, ut non minus stultum, quam impium dogma sicut Manichaeorum, ita etiam eorum non susciperetur. Haec illo loco Augustinus inter multa alia. In quibus uide manifestè, quo loco consensum patrum ponit, & qualiter sentit in Ecclesia Christi gratia fieri ne nouitas aliqua prophana contraria Apostolicae fidei suscipiatur. sed perseueret semper in ea certissima illa, & prima traditio. Vincentius ille Gallus presbyter, & monachus Lirinensis, & hic ante mille annos aduersus prophanas omnium haeresum nationes pauca scripsit, quae nec integra habemus omnia, tamen modestè, eleganter, & maturo iudicio, ueraque pietate scripta plurimum certè conducunt uitandis erroribus, & omnia ea, quae diximus de Apostolorum praedicatione, de Ecclesia manifesta, & nouitate ortus haeresum omnium confirmant: cuius testimonijs utemur postea: nunc satis sit pauca eius perstrinxisse. Saepè, inquit, magno studio, & summa attentione, perquirens à quam plurimis sanctitate, & doctrina praestantibus uiris, quoniam modo possem certa quadam, & quasi generali, ac regulari uia catholicae fidei ueritatem ab haereticae prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus ferè retuli: quod si ego, siue quis uellet exurgentium haeticorum fraudes deprehendere, laqueosque uitare, & in fide sana sanus, atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam, Domino adiuuante, deberet. Primò scilicet diuinæ legis auctoritate, tum deinde Ecclesiae catholicae traditione. Haec primò loquitur: & deinde rationè inquirens, quare canon scripturarum, cum perfectus sit, non ad omnia satis, superque sufficiat, & quid opus sit, ut ei Ecclesiae, intelligentiae iungatur auctoritas, sic respondet: quia uidelicet scripturam sacram, pro ipsa sui altitudine, non uno, eodemque sensu uniuersi accipiunt. Et statim exemplum omnium haeticorum ponens, idcirco, inquit, necesse est, ut propheticae, & Apostolicae interpretationis linea secundum ecclesiastici, & catho-

Cap. 59.

Vincentii

Lirinensis

auctoritate

idem pron

bat.

tholi-

tholici sensus normā dirigatur. In ipsa itaq; catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubiq; qd semper, quod ab omnibus creditū est. hoc est enim uerē, propriē catholicum, sed hoc ita demum fiet, si sequamur uniuersitatem, antiquitatem, consensionem: sequemur autem uniuersitatem, si unam hanc fidem ueram esse fateamur, quam tota per orbem terrarū confitetur Ecclesia: antiquitatem uerō, si ab his sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores, ac patres nostros celebrasse manifestum est: consensionem quoq; itidem, si cum ipsa uetustate omnium, uel certē penē omnium sacerdotum, pariter & magistrorum definitiones, sententiasq; sequamur. Quid rogo salubrius, quid æquius, & moderatius dici potest, uel cogitari? ubi uides, quid scripturæ, quid Ecclesiæ tribuendum sit in expositione scripturæ; Et post nonnulla alia, mentione facta Ambrosij, & aliorum episcoporum, qui hæresibus restiterūt, sic, inquit, uniuersum iam penē mundum sæua repentinæ hæreseos tempestate percussum ad antiquā fidem à nouella perfidia, ad antiquam sanitatem à nouitatis uæfania, ad antiquam lucem à nouitatis cæcitate reuocarūt. sed in hac diuina quadam confessorum uirtute, illud est etiam nobis uel maximè considerandum: quod tunc apud ipsam Ecclesiæ uetustatem, non partis alicuius, sed uniuersitatis ab his est suscepta defensio. Vbi uides hæreses omnes nouitatis argui, Et quæ superius diximus de ea, quæ semper in Ecclesia illis facta est, cōtradictione probari ab hoc pio, doctoq; patre, quod post pauca ita cōfirmat. Siquidem mos iste, inquit, semp in Ecclesia uiguit, ut quo quisque floreret religiosior, eo promptius nouelis adinventionibus contraheret. exemplis talibus plena sunt omnia, sed ne longum fiat, unum aliquod, & hoc ab Apostolica potissimum sede sumemus: ut omnes luce clariùs uideant beatorum Apostolorum beata successio, quanta ui semper, quanto studio, quanta contentione defenderit susceptæ semel religionis integritatē. Vide itaq; quā manifestè ostendat, quod diximus, nunquā nouitates in Ecclesia introduci potuisse, quin eis manifestè contradiceretur. Longum esset cetera omnia referre, quæ prudenter quidem, & salubriter eo loco prosequitur. Imponamus igitur finem huic primæ rationi, qua tanquam lumine quodam, & signo ueram Ecclesiam agnoscendam diximus, hoc est, conspiratio, & consensus in publica doctrina fidei cum primitiua, & Apostolica Ecclesia, & omnibus toto terrarum orbe fidelibus, quod testimonio patrum, & doctorū, qui ab Apostolis succedentes suis temporibus, & locis, quamuis diuersis, eisdem fidei testimonium perhibuerunt, ostenditur: quam satis pro captu nostro puta-

mus explicatam, & confirmatam esse. Secundum igitur illud signum, quo Ecclesiam etiam manifestari diximus, legitima scilicet, & continua successio, est breuiter explicandum. Et quidem illud certissimum est, Ecclesiam Christi sine ministris, sine pastore, & uerbi, Sacramentorumq; dispensatoribus, non posse constare, sine illis inquam, de quibus loquitur Paulus dicens: sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum eius, Et rursus: Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti: Hos enim necessarios esse omnium gentium consensus satis ostendit. Apud quem unquam populum, aut gentem templum fuit, aut cuiusuis falsi Dei cultus sine sacerdotibus, alijsq; ministris? confirmat ueteris legis Diuina auctoritas, in qua tanta cura adhibita fuit sacerdotum, & leuitarum constituendum, & conseruandum. Ad hoc enim electio tribus Leuiticæ: ad hoc tot leges, tot cæremonia, tot obseruantia circa genus, & rationem uitæ, atq; ministeriorum templi cōscriptæ sunt, quibus manifestum sit, primam curam Dei erga populum illum peculiarem, quem suo cultui reseruauerat de sacerdotibus fuisse: quod etiam Christus dominus in Ecclesiæ suæ ædificatione curauit: elegit duodecim Apostolos, quibus potestatem spirituum immundorum tribuens, eos ad prædicandum mittit: designat postea septuaginta duos discipulos minori quidē gradu, sed ad idē munus prædicationis, utriusq; dicit: Qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit: Apostolis specialius: Quæcunq; ligaueritis super terrā, erūt ligata & in cælis: & quæcunq; solueritis super terrā, erunt soluta & in cælis. Eisdem rursus quorum remiseritis, ait, peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: hoc quidem post resurrectionem: & tunc rursus eos ad prædicandum mittit, & baptizandum. Et deniq; Petro specialiter inquit, Si amas me, pascue oues meas, sicut prius eidem promiserat, tu es Petrus, inquit, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, quis non intelligat sine his non posse constare Ecclesiam, super quos ædificatur. super ædificati, inquit Paulus, super fundamenta Apostolorum, à quibus docetur, & regitur. Posuit inquit idem, uos Spiritus sanctus episcopos, regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo, à quibus pascitur, atq; deducitur. Pascite, inquit Petrus, qui in uobis est, gregē Dei, prouidentes non coactē, sed spontaneē & secundum Deum: nec turpis lucri gratia, sed uoluntariē, neq; ut dominātes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Ecce ducatum, forma inquit facti gregis, de quo & Christus inquit, cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur. quomodo ergo constabit Ecclesia, & concio populi sine pastore, cuius absentia solam docet Sal-

Cap. 60.
Episcopos,
& reliquos
ministros ne
cessarios esse
in Ecclesia.

1. Cor. 4.

Luc. 6. & 9.

Matth. 10.

Luc. 10.

Matth. 18.

Ioan. 20.

Ioan. 21.

Ephes. 2.

Actuum 20.

1. Pet. 5.

Ioan. 10.

tuator esse perpetuam perditionem gregis? Lupus inquit rapit, & dispergit oves, cum prius dixisset, mercenarius fugit, & uidet lupum uenientem, &c. plena est Christi, & Apostolorum doctrina necessitate ministrorum uerbi, & Sacramentorum, per quos & illa, & reliqua omnia, quæ Christianis populis ad salutem æternam sunt necessaria uice, & loco Dei administrantur. Colligit ferè oia admirabili, & digna consideratione doctrina Paulus, sic scribens de Christo. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominũ, in astutia ad circumuentionem erroris, ueritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. Quid apertius audiri, uel dici potest? opus est ait Paulus ad Ecclesiæ ædificationem, ad seruandam eam in regem, & promouendam, pastoribus, & doctoribus, cæterisque functionibus à Christo distributis: opus in quâ est primum, ut paruuli spiritali sensu, non perpetuo in infantia illa permaneant, expositi omni tentationi, & periculo circumuentionis, falsæque doctrinæ: sed assurgant ad exercitacionem sensuum, discretionemque boni, & mali. ut iam, inquit, non simus paruuli: tum ut, qui adoleuerint, & exuta infantia cœperint, maturum sensum induere, proficiant quotidiana exercitacione, qua ad perfectam consummationem contenditur, atque ideo in consummatione sanctorum, ait, datos diuersos illos, de quibus loquitur, gradus. Et ut ueritatè, inquit, facientes crescamus in illo, qui est caput. Denique ut, qui profecerunt, alios adiuuent, & ministrent eis, quibus & ipsi proficiant, in opus inquit ministerij, ut his tandem gradibus perueniamus oēs ad metã, donec occurramus, inquit, omnes in uirum perfectum, meritò enim inquit donec occurramus oēs in uirum perfectum: nam postea non docebit, inquit, propheta, ultra uir proximum suum, & uir fratrem suum dicens: cognosce Dominum, omnes enim cognoscet me à minimo eorum usque ad maximum ait Dominus. nunc autem doctrina, & instructio ne semper opus est, Paulo, & uerbo, & exemplo ita docente. Insuper ait exhortationi, & doctrinæ. Quis non ex his intelligat, quod sicut in corpore mutuis officijs egent membra, nec est ullum uel omnium minimum, quo non omnia reliqua egeant, nec potest sicut Paulus testatur, oculus dicere manui, opera tua non indigeo: nec iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij, sic etiã in Ecclesia cum nul-

lum membrum non necessarium sit reliquis omnibus, multò uerò magis pastores, atque doctores, qui meritò in Ecclesia capitis, & oculorum officia tenent, siquidem gubernant, & dirigunt. sicut sine illis non aliter sit Ecclesia, quam truncam, & sine capite corpus. Obedite inquit Paulus præpositis uestris, & subiaccete eis, Ipsi enim peruigilant, tanquam rationem reddituri pro animabus uestris, ut cum gaudio faciant non gementes, Hoc enim non expedit uobis. Quod si ita est, manifestè constat non tantum ministros necessarios esse ad Ecclesiæ integritatem, sed etiam ipsos à subditis agnoscendos esse, & loco eius, cuius ministri sunt, habendos, & suscipiendos. Sicut enim superius diximus, ipse ait: Qui uos audit, me audit, qui uos recipit, me recipit. Quod si hoc tam manifestum est, nonne aperte sequitur, promissionem illam Ecclesiæ factam, quod nunquam usque ad finem seculi defutura sit, de ministris etiam eius, imò de illis maxime accipiendam esse, ita scilicet, ut qui curam conseruandi Ecclesiæ sibi suscepit, idque certissime præstaturus est, eadem etiam ratione suscepisse credendus est ministros perpetuo conseruandi prouinciam. Nonne cum in Euangelio inquit seruis, quos præposuit familiaria, ut dent illis cibum in tempore, uigilate, & beatus ille seruus, quem, cum uenerit Dominus inuenit uigilantem, aperte ostendit usque ad aduentum suum, usque ad diem, scilicet iudicij habiturum se seruos in Ecclesia, quorum curæ sit commissa familia? alios quidem bonos, alios autem malos, de quibus mox eodem loco inquit, quod si dixerit malus seruus in corde suo, morã facit dominus meus uenire, & cœperit peccare conseruos, &c. Quia itaque perpetuo seruos habiturus est, postquam ad uigilandum exhortatus est eos, apud alium Euangelistam addit: quod autem uobis dico uigilate, ut non tantum ad præsentem Apostolos, sed ad omnes etiam post futuros ministros suos dicta illa esse intelligeremus. Nam & propterea, cum eisdem Apostolis diceret: Ego uobiscum sum omnibus diebus, addidit usque ad consummationem seculi: usque ad quam Apostoli ipsi non mansuri erant: ut agnoscamus non personis, sed gradui, & ministerio id promitti. Igitur erunt perpetuo in Ecclesia ministri legitimi: adierit illis Christus, agnoscantur à populis, ab ouibus scilicet Christi. Quod si quicquam horum omnino deficeret, necesse esset Ecclesiæ ipsam deficere. Huic igitur tanquam certissimo fundamento illud addemus, legitimos ministros, & pastores non esse alios, quam qui à Christo potestatem accipiunt: Qui non intrat, inquit ille, per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est, & latro, qui autem intrat per ostium, pastor est ouium, quod ibidem explicans, ego inquit sum ostium ouium, omnes, quot-

*Ephes. 4.
Ca. 6. Ex te
stimonio, ad
quid ministri
sint Ecclesiæ
necessarij, ostenditur.*

Hier. 31.

1. ad Tim. 4.

1. Corint. 12.

Heb. 17

*Cap. 62.
Non posse
ministros
Christi deficere
in Ecclesia
magis, quam
eã deficere.
Matth. 24*

Matth. 17

Matth. 26

*Cap. 63. Legitimos ministros solos esse eos, qui à Christo potestatem accipiunt.
Ioan. 10*

quotquot uenerunt, fures sunt & latrones. Venerunt, inquit, non per ostium, sed alium de, ut ibi ait, aut aliter: uenerunt ante me, scilicet, ut nonnulli legunt, hoc est non sequentes ordinem meum, quod quia ipsum uocabulum uenerunt satis indicat, non est opus aliter explicare. Omnes quotquot uenerunt, sua sponte, sua auctoritate, sicut alibi ait, per prophetam, non mittebam eos, & ipsi currebant, Hi fures sunt, & latrones: quia scilicet in gregem Christi, eo non concedente auctoritatem, sese intruserunt, quod Paulus aperte explicat. Nemo inquit, inquit, assumit sibi honorem, sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Domus Dei est familia eius: grex eius, eius res agitur, ad illum igitur pertinet constitueres ministros. Vt igitur, qui legitimi sint, discernatur, eius ordinatio agnoscenda est, ab ea pedit, ut legitimus sit minister eius, sicut a ministri moribus, & doctrina, ut sit bonus. Nam malos esse ministros diximus ab ipso Christo significatum, qualiter igitur Christus Ecclesie suae ministros dederit, mortales scilicet homines, qua uia in Ecclesia sua ex mortalibus scilicet hominibus constituta, usque ad finem seculi ipsos conseruare disposuerit, nobis cogitandum est, idque ex ipsis euangelicis, & Apostolicis scriptis, atque certissima historia antiquitatis Ecclesiasticae. Ex quibus illud certe constat, non carnali propagatione, qua uidelicet ex sanguinibus, & uoluntate carnis gignuntur homines, conseruari sacerdotium Christianum, sicut olim Leuiticum sacerdotium conseruatum est, non ad certam familiam, & generationem ministeria Ecclesie suae restricta esse decreuit Christus: nec enim hoc tempore gratiae conueniebat, quod magis tempus recedendi ab amplexibus carnali scilicet coniunctione, quam amplexandi est, ut Salomonis uerbis utamur, quando scilicet praedicatur omnibus omnium rerum temporalium uxoribus etiam & filiorum beatus, felixque contemptus. Sicut igitur Ecclesia non carnali generatione multiplicatur, sic nec ministri propagantur carnaliter, sed utrumque doctrina, & sacramentis fit. sic Apostoli generant populos Deo, in Christo Iesu, inquit Paulus, per Euangelium ego uos genui ministros, ut ipsemet Paulus suos, Timotheum, & Titum germanos, & charissimos filios nominat, quos & Ecclesiae praefecit. Relicta igitur carnali illa propagationis uia manifeste legimus, ut supra dictum est, Christum duodecim Apostolos electione constituisse, eisdem ministerio omnium suorum, & gubernationis Ecclesiae plenissimam dedisse potestatem, qua uterentur post suam in caelum ascensionem, quos ad hoc ipsum plene, & rite agendum per Spiritum sanctum de caelis missum perfecit. Hos tota reliqua Ecclesia mox post Christi ascensionem agnouit duces, & gubernatores suos: Hos secuta est illa familia, quam Christus ipse

ipse praesens gubernarat, ut Lucas in principio Actuum Apostolorum testatur: multo uero magis hoc ipsum agnouerunt reliqui omnes, post ad eorum praedicationem credentes, & accedentes ad Ecclesiam: erat, inquit Lucas, perseverantes in doctrina Apostolorum. Illi igitur hac Christi auctoritate utentes Ecclesiae, quas aedificauerunt, episcopis, & ipsis alios etiam ordinandi tradiderunt potestatem. Ostendunt hoc historiae. Petrus Iugnatium Antiochiae dedit Episcopum, Marcum Alexandriam misit: Clementem post se constituit Romae. Hoc itaque modo aperte ostendimus, nullum agnoscendum Episcopum, nullum legitimum ministrum Ecclesiae, nisi aut a Christo, aut ab his, quos Christus primo instituit, aut ab illis, quibus ipsi transfuderunt hanc suam auctoritatem, ordinatum, inquam, ea ratione, & modo, quo a Christo institutum fuisse credimus. Nam Paulus ipse, quoniam non a Christo uiuente in hoc seculo hanc accepit auctoritatem, sed ab eo post ascensionem uocatus fuit, non aliter agnitus est, nisi & baptizatus, & Ecclesiae unius, qui postea etiam ab ipsis Apostolis dextris accepit, ut ille inquit, Apostolum se dicit non ab hominibus, nec per hominem, sed per Iesum Christum: unde & ait. Qui operatus est Petro in Apostolatu circumcisionis, operatus est mihi inter gentes, & tamen ab ipsis Apostolis uoluit eum Deus probari, & Ecclesiae uniri, certe in eadem baptizari, & ordinari. Ideo mittitur ad Ananiam, a quo & baptizatus est. Et postea, Segregate, inquit Ecclesiae Spiritus sanctus, mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos, & tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos. Quid aliud his omnibus, quam ordinatio significatur, constat enim ita factam fuisse in Ecclesia. Hic igitur Apostolus post Christi ascensionem aduentu Spiritus sancti uocatus, non propterea minor dignitate, aut gratia fuit caeteris Apostolis: & tamen oportuit aliorum auctoritate ipsum ab Ecclesia agnosci, atque ordinari in ea, ita Spiritu sancto uolente. Hi igitur omnes, & quos praesens in carne, & quos post ascensionem elegit, Apostoli Christiani populi sunt patriarchae. Sicut enim duodecim filij Iacob totius Israelitici populi parentes carnales fuerunt: ita hi Christiani populi spirituales progenitores, de quibus illud Psalmi uerissime intelligitur Christo dictum, pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram, loco inquit patriarcharum, quibus populus ille primus multiplicatus est, nati sunt tibi Apostoli, qui similiter totius terrae principes facias, ut scilicet ex eis per omnem terram populi tibi nascantur: unde inquit, memores erunt nominis tui Domine in omni generatione, & generationem. Illi inquam filij locopatrunt nati, per omnes generationes annuntiabunt

Act. 2.

Galat. 2.
Gal. 1.

Cap. 64.
Ostenditur
modus, quo
a Christo
per Aposto-
los propa-
gantur, &
deriuntur
ministri Ec-
clesiae.

nomen tuum, ut omnes sint tui memores, & deniq; ait: Propterea populi confitebuntur tibi in aeternū, & in seculum seculi. Hæc est totius mundi conuersio, & Ecclesiæ perpetua perseverantia, quæ omnia per Apostolos ab ipso Christo deriuata ita sunt, sicut à Iacob per filios totus ille Israëliticus populus, prophete scilicet, reges, & sacerdotes. Itaque quod attinet ad ueritatē, Apostoli sunt Christiani populi parentes, nō aliter q̄ per auctoritatem administrandi uerbum, & sacramenta, atq; iuxta ea gubernandi populum: unde & uerè sunt ueri templi sacerdotes, & Leuitæ, sunt uera tribus Leui, ex qua

Cap. 65. Ex scriptura, et patribus ordinatio ministrorum Ecclesiæ manifestatur.

2. Tim. 1.

1. Tim. 4.

1. Tim. 3.

1. Tim. 5.

Ad Tit. 1.

Actu. 6.

sola sacerdotes esse poterant. Sicut itaq; nullus agnoscitur in illo Dei populo, nisi per filios Iacob descendens, nullus in illo templo minister, nisi ex genere Leui, ita reuera nullus Christianus, nisi per Apostolos, nullus sacerdos in Ecclesia, nullus minister nisi per eisdem sit & Christo genitus, & sacris eius initiatus, per eosdem certè doctrinam, & sacramenta ministrantes. Quod ut scripturæ sacra auctoritate ostendamus, Paulus Timotheum suum electione, & impositione manuum ordinat. Admonco, inquit, te, ut suscites gratiam, quæ est in te per impositionem manuum mearum, & rursum: noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij, ubi constat & electionis, & ordinationis apertam fieri mentionem. eidem dat auctoritatem ordinandi episcopos, & ceteros ministros. Propterea instruit ipsum, quales esse debeât, ut si tardauero, inqt, scias quomodo oporteat te conuersari in Ecclesia Dei, unde ei dicit: nemini citò manum imposueris. Tito etiã manifestè inqt: Reliqui te Creatæ, ut ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, Apostoli septè diaconos in ministerium necessarium Ecclesiæ oratione, & impositione manuum ordinant, & quod certissimis testimonijs antiquitatis constat, Iacobum fratrem Domini, Petrus, Ioannes, & Iacobus Apostoli Hierosolymitanum episcopum oratione, & impositione manuum ordinarunt, ut Anacletus Petri discipulus ab eo sacerdos ordinatus, & in eadem sede post Clementem succedens, apertè testatur epistola ad episcopos Italiae. Vnde forma illa usq; hodie permanet in Ecclesia, ut Episcopus non nisi à tribus ordinetur, quod ut ipse testatur Anacletus, Apostoli instituerūt, & Athicetus epistola ad Episcopos Galliæ idem testatur, quod postea Nicænum concilium, & Carthaginense quartum magnæ auctoritatis, ubi de omnium ministrorum ordinatione facta est mentio, confirmant: nullum scilicet episcopum minus quàm à tribus ordinandum esse, sicut presbyteros, & alios ministros, non nisi ab episcopis ordinandos & supradicti pontifices, & concilia & tota semper clamat Ecclesia:

Cap. 4.

Cap. 2.

ita ut nullus magis irridendus sit, quàm qui hoc probari sibi petat. Iam uerò his omnibus per quàm apertum sit, hanc deriuationē potestatis, & successionem ministrorū omnium ecclesiæ ab Apostolis, & ordinationē ita esse necessariam, ut sine hac nulla constet Ecclesia. Hinc est illa tam certa successionis Episcoporum in primis illis Ecclesijs memoria, omnium historiarum testimonijs tradita, quis scilicet Iacobo Hierosolymis successit: & Ignatio Antiochiæ, Alexandriae Marco, Ephesi Ioanni, Romæ Petro. & illis primis, qui alij successerunt, qd Eusebius omnibus libris suæ historiae diligentissimè tradit. Cur hoc? nisi ut apertè nosceremus ab Apostolis deriuari omnem hanc ecclesiasticam potestatis auctoritatem. Neq; enim aliter illi ab antiquitate agnoscerentur ueri Episcopi, nisi propter hanc legitimam successionem. Testantur hoc apertissimè antiquorum quàm plurimū: & citauimus nos in assertione catholica cap. de Ecclesia. Tertulliani, Irenæi, & Cypriani ex eisdem libris, de quibus, pximè diximus, manifestissimè testimonia quæ hinc non est opus repetere: cum libros illos totos legēdos ab omnibus proposuerimus. Tertullianus inqt: Pater Christum misit, ille Apostolos, non ergo recipiendos alios, nisi illos, aut per illos descendentes. Cyprianus illos perfidos dicit, qui se prepositos sine ulla ordinatione legis constituunt. Irenæus deniq; eadem ratione aduersus hæreticos agendum esse censet, maximè quod non possunt ostendere suam ab Apostolis successionem. Et quidem ad legitimam hanc auctoritatem non solum ordinationē, siue manus impositionem necessariam esse, sed etiam electionem legitimis suffragijs, & scrutinio faciendam semper agnouit Ecclesia, ipsius Christi exemplo, qui duodecim elegit, Et Apostolorū, qui septem diaconos ab plebe constituunt eligendos, quod Concilium illud quartum Carthaginense, de quo diximus: & Anacletus manifestissimè confirmant, quæ quidem electio longo tempore in Ecclesia à clero & populo facta est, cuius rei manifesta sunt testimonia in historijs omnibus, quia tamen hoc ad rationem pertinet politia, & legis humanæ, quam iuxta mores hominum secundum legem æternam, & æquitatis rationem, ut August. inqt, mutari oportet, constat mutatum deinde fuisse. Sicut enim, ut ille ait, modestum, & grauem populum potestatem habere sibi creandi magistratus, est iustissimum, at uerò si mutantur mores, & indisciplinatus, atque dissolutus populus fiat, iustissimè hæc illi aufertur potestas: sic omnino in Ecclesia factum esse constat, ut aliter nunc electiones fiant, quàm olim, cum multò esset sanctorum populus, sed hoc legitima auctoritate, siue omnium manifesto cōsensu, siue tacita approbatione, siue necessitate cogente factū esse, res ipsa

Cap. 66. Successio episcoporum ab Apostolis semper cognita in Ecclesia.

Cap. 67. Electio, & ordinatio ministrorum ostenditur necessaria.

De lib. arb. lib. 1. cap. 6.

ipsa ostendit, de quo nunc non est opus pluribus agere, id tantum constitutum esse sufficiat. Primum nunquam post Christi ascensionem, & Spiritus sancti in Apostolos aduentum, ex quo scilicet Ecclesia hæc Christi coepit, defuisse omnino in ea ueros, manifestos, & publicè cognitos episcopos, ceterosq; ministros: sicut ipsam nunquam posse deficere, constat. Deinde nullum esse legitimum ministrum Ecclesiæ, quantumuis accedenti bus suffragijs totius populi, etiam principū, & deniq; quorumcunq; aliorum, nisi legitime sit ordinatus ab his, qui ab Apostolis deriuatam hanc potestatem obtinent, qui aliter ingrediuntur in Ecclesiam, non iuxta ordinationem Christi ingredi constat: ideo nec per ostiū: fures igitur sunt, & latrones. Ex quibus iam manifestissimum signū Ecclesiæ agnoscendæ, ex legitimis uidelicet episcopis, & ministris habentes, ostendimus nos esse apud nos ueram esse Ecclesiam: non uerò apud nouos hos Euangelicos, qui se iactant, siue apud quoscuq; alios nobis non communicantes. Querimus itaq; an episcopi illi, qui ante Lutherum, & nouum hoc suum Euangelium, siue in Germania, siue in alijs Christiani orbis prouincijs, pacificè in suis sedibus manebant, & à suis populis agnoscebantur, atq; sibi inuicem communicabant, ueri credendi sint Episcopi? quod si negent, si inquam negēt omnes episcopos, omnesq; rejiciant, necesse erit negēt etiam, tunc si uis Ecclesiam, quo nihil magis blasphemum dici potest, atq; contra Christi promissionē certissimam. Si ante Lutherum non fuit Ecclesia, non fuerunt ueri Episcopi, apud quos offerebatur sacrificium altaris, & usus erat chrismatis, & electione, atq; impositione manuum ordinabantur ministri. (Propter hæc enim & quædam similia uerba illi nostros episcopos negant, & nostram Ecclesiam) nullibi iam uera Ecclesia erat, nusquam ueri ministri, nec enim etiam si ad Ecclesias illas remotissimas Aethiopum, aut Indorum, ut aliquando solent, confugiant, etiam quæ nobiscum non communicant, inuenient aliter fieri: non offerri uidelicet ibi sacrificium altaris, aut non esse usum chrismatis, aut ordinationem ministrorum, itaque perierat iam tunc Ecclesia, unde necessariò consequitur, ut non solum promissionibus Christi non credamus, sed ut iam, neque apud illos neq; alios ullos ecclesiam esse credendum sit interrupta semel successione illa legitima ab Apostolis, nisi fortè rursum ostendant Christum nouos alios genuisse ministros, non descendentes à patribus illis, quibus dicit, Vobiscum sum usq; ad consummationem seculi, quæ omnia constant quàm sint aliena à uera fide. Certè Cyprianus nō de omnibus simul episcopis, sed uel de aliquo in Ecclesia cōmuni sensu agnito dubitare, putat infidelitatis esse. Audiamus

itaq; illum, & hoc ipsum, & quod diximus de necessitate Episcoporum in Ecclesia, disertis uerbis confirmantem ad Cornelium. Postquā enim multa, quæ in scriptura sunt, de obtemperando sacerdotibus collegisset, ut sunt illa, quæ in Deuteronomio scripta sunt: Qui non exaudierit sacerdotem, qui fuerit illis diebus, morte moriatur: & ex Euangelio: Qui uos audit, me audit: & exemplum etiam Christi, nihil contumeliosè in pontificè dicentis, etiam cū alapa percuteretur: & Pauli excusantis: Nesciebam fratres, q; princeps sacerdotum esset. post hæc itaq; omnia, sic loquitur. Cū hæc tanta, ac ralia, & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis auctoritas, & potestas Diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij ultione terrentur? neq; enim aliunde hæres oborta sunt, aut nata sunt schismata, q; inde, quod sacerdoti Dei nō obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tēpus iudex uice Christi cogitatur, cui si secundum mysteria Diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post Diuinū iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet: nemo sibi placens, ac tumens seorsum foris nouam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis, ac perditæ mentis: ut putet sine Dei iudicio fieri sacerdotē, quū Dominus in Euangelio suo dicat, nōne duo passeres asse ueniunt & neuter eorum cadit in terrā sine Patris celestis uoluntate? cū ille nec minima sine uoluntate Dei fieri dicat, existimat aliquis summa, & magna aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri? & sacerdotes id est dispersatores eius non de eius sententia ordinari? hoc est fidem non habere, qua uiuimus: hoc est Deo honore non dare, cuius nutū, & arbitrio regi, & gubernari omnia scimus, & credimus. Vides quàm necessarium putat Cyprianus episcopū in ecclesia, cū ex eo, q; non agnoscitur unus, omnia schismata, & hæreses oriri dicat, & quantā illi intelligat reuerentiā deberi. Vides quòd non permittat de eo dubitari, qui legitimo suffragio, & coepiscoporum consensu constitutus est, quodq; infidelitatis arguat illum, qui putat Deum non curare Episcoporum, hoc est, dispensatorum suorum constitutionē in Ecclesia. Quid rogo diceret Cyprianus de eo, qui perijisse iam diu Episcopos omnes in Ecclesia assereret, quod audent nonnulli nouatorum horum asserere: aduersus quos, nescio quo apertiori argumēto agamus, quàm hoc ipso, quod illi concedunt, deseruisse sci-

Epist. 3. lib. 1.

Cap. 68.

Veros episcopos esse apud nos, & ab apostolis deriuatos probatur, et ex hoc uerā esse nostram Ecclesiam.

licet Christum longo tempore suam Ecclesiam, nec illi legitimos dedisse ministros, quod si hoc tam falsum est, ut nullam Christianam aures patiantur, si Ecclesia semper firma constat, si semper legitimos habet ministros, tales erant, qui, cum Lutherus cepisset noua adferre, agnoscebantur pacifice in Ecclesia. quod si tales erant, descendebant proculdubio ab Apostolis, & Apostolicis Ecclesijs, quod si ita est, & hi, qui eis successerunt, qui ab eis ordinati sunt probata in Ecclesia, & legitima ordinatione, ueri sunt Episcopi, atque legitime succedunt. Quomodo ergo, ut uerbis Cypriani proximè citatis dicam: Post diuinum iudicium, post populi suffragium, post episcoporum consensum, audeat se aliquis iudicem non iam Episcopi, sed Dei facere? quomodo negare Episcopum probata, & statuta in Ecclesia electione, & ordinatione constitutum? tantane esse potest impudentia hominum, ut in nullo legitimo iudicio conuictum, nulla legitima auctoritate depositum, Episcopum negare audeat? nec unum tantum, sed omnes quotquot sunt in Ecclesia, non tantum nunc, sed longo etiam elapso tempore? Absit itaque tam perfrectæ frontis impudentia: & uel agnoscant apud ueros Episcopos, uel legitimo iudicio illos conuincant, & alios legitime constitutos ostendant. Illud uero ex his omnibus apertius fit, apud hos nouos doctores ueros Episcopos non esse. edant origines suarum Ecclesiarum, ab Apostolis, uel Apostolicis Ecclesijs: ostendant ordinatos à tribus legitimis, & probatis in Ecclesia Episcopis suos, quos uocant, Episcopos, quod tantorum patrum auctoritas requirit, quod Concilium Nicænum declarat, & Carthaginense quartum sequitur. Quod si non possunt, merito cum Cypriano dicemus eis, quod superius & in assertionem catholicam citauimus: ij sunt, qui se ultro apud temerarios, & conuenas sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos, sine ulla lege ordinationes constituunt, qui nemine episcopatum dante, episcopi nomen assumunt, hoc ausi sunt isti facere, nec mirum. Imitantur enim omnium priorum temporum hæreticos, nulla unquam fuit secta, quæ se ab ecclesia separauerit, quæ non statim quacumque potuit ratione, Episcopos sibi quæsierit, sic Arriani, sic maximè Donatistæ: cuius rei apud Cyprianum & August. frequens est mentio, quum in Africa præcipue magnus fuerit Donatistarum Episcoporum numerus. Unde & Romæ ausi sunt Episcopum constituere. Hoc fecerunt Manichæi, hoc denique reliqui hæretici, quid mirum igitur si hoc Lutherani audeant. Verum illi non aliter sibi constituiebant Episcopos, quam ordinatione illa, tunc in Ecclesia consueta, ut scilicet à tribus saltem ritu Ecclesie ordinerentur. Cuius rei in locis Cypriani, & Cornelij, quos citamus, & in lib. August. contra

Donatistas sunt infinita exempla. Nostri uero Evangelici sine ulla ordinatione inuercundius certè hoc audent, & non desunt, qui eos sequuntur clausis oculis, & obturatis auribus, ad omnem æquitatem, & rationem ordinis audiendam. Sed ut uideas, quanta sit ueritatis uis, quantus timor peccantium, quam potens conscientie testimonium, attende qua ratione id fecerint: nempe excoGITATO, callido, nouo nomine uocant se Superintendentes, sic in confessione, quam Saxones ipsi primi Lutheri filij concilio Tridentino obtulerunt, alij se Pastores, alij Superintendentes subscribunt, non aliud agentes, quam quia communi nomine episcoporum scilicet præ uerecundia, & timore, ne tantam eorum atrogantiam Christianæ aures non ferant, ut episcopos se dicerent hi, qui uix in ecclesia uel minimo gradu digni habebantur, qui fortè nec unquam sacris sunt initiati. Itaque quia hoc nomine non ausi sunt ostendere, nec nomen tam uenerandum usurpare, idem faciunt sub alio nomine: quod enim Superintendentem Latine dicimus, hoc episcopus Græcè dicitur: nisi fortè nomen hoc magis eis placet, quia nouam certè episcopatus rationem inuenerunt, quam nunquam Aug. Ambrosius, Hilarius, & ut de Græcis dicam, Athanasius, Basilus, & Chrysostomus nouerunt. Sed de his satis, quocumque nomine uocentur, duabus rationibus manifestissime eos ab omni Ecclesiastica auctoritate alienos ostendimus. Prima, quod ab Apostolis, & legitimis eorum successoribus nihil acceperint, nisi si qui fortè eorum in Ecclesia prius sunt ordinati. Retinebunt enim hi, fatemur, quam Sacramento consecuti sunt potestatem. sed ea non nisi furtim, & sacrilegè, atque ita in perniciem suam, & suorum, uti possunt, contra eorum ordinationem à quibus acceperunt. Secunda porro ratio quare eos excludimus ea ipsa est, qua nostros legitimos probauimus. Cum enim qui prius in pace Ecclesie habitati sunt Episcopi, & qui ab illis ordinati sunt nullo iudicio legitimo damnati fuerint, qui fieri potest, ut eorum populos usurpantes atque Ecclesias, in quibus agniti erant, possunt episcopi esse? Audiamus etiã adhuc Cyprianum de hac re: Christus, ait ille, docet: erit unus grex, & unus pastor: & esse posse in uno loco aliquis existimat, aut multos pastores, aut plures greges? Vides quam impossibile Cyprianus putat superstitè uero Episcopo alium constitui posse. Lege totum illum librum, & multa alia, quæ ad Cornelium scribit, quid aliud continet, quam reprehensionem audaciæ Donatistarum, qui hoc conabantur efficere. In omnibus illis id præcipue agit, ut Ecclesiam scindere probet eos, qui receptis prius, & agnitis non legitime damnatis Episcopis, alios superinducere conantur: quod & ipse Cornelius Romæ eidem contemporaneus Cypriano, contra

Cap. 69.
Apud Lutheranos non esse ueros Episcopos.

Lib. de simp. prelatori.

Cap. 70.
Qua fraude Superintendentes se quidam uocent Lutherani.

Lib. de simp. prelatorum.

Lib. 6. Eccle- tra Nouatum testatur: ut habes apud Euse-
 si. hysto. cap. bium in epistola ad Fabianum Antiochenū,
 33. in qua fraudes, & maliciam Nouati detegēs,
 Is, inquit de eo, qui Euangeliū uindicabat,
 nesciebat in Ecclesia catholica unum Episco-
 pum esse debere, qd̄ ideo dicit, quia se Romę
 fraudulentē ordinari curauerat, quem ta-
 men etiam si à tribus ritē prius constitutis
 episcopis, ordinatum nullo modo ullus ag-
 nouit catholicorum Episcoporum, hac e-
 tiam ratione, quia legitimo episcopo perma-
 nente furtim fuerat ordinatus. Quomodo
 igitur tales agnosceremus episcopos in Saxo-
 nia, quomodo tantum gregē illorum subito
 ortum credemus, quomodo Brentium epi-
 scopum habebit ullus rectē sentiens, qui ta-
 men à suis Superintendentens dicitur, & ipse
 quidem non minori, quā episcopus aliq̄s,
 auctoritate apud suos habetur: cū populi
 ij, quorum se iactant, & ab alijs iactantur su-
 perstitēs habeant episcopos prius constitu-
 tos, & succedentes ijs, quos constat à princi-
 pio ipsius Christianismi in illis populis fuis-
 se episcopos, de quorum ueritate nō magis
 licet dubitare, quā de ipsa fide, q̄ per eos
 primū annunciata est. Cū deniq̄ apud
 eos nulla sit legitima ordinatio, nulla suc-
 cessio, sed intrusio, & temeritas manifesta.
 Frequenter quidem Brentius in suis his Pro-
 logomenis minatur contra hanc successio-
 nem se multa dicturum: sed cū ad rem
 uentum est mores arguit Episcoporū, atque
 ex eis probat, non eos legitimos esse Apосто-
 lorum successores, quasi uerō non possint
 ulli esse mali episcopi, aut non possit in se-
 de, & auctoritate succedere alteri, qui diuer-
 sis, imō contrarijs est moribus: sed de his
 iam superius satis, quę nec ipse Brentius lo-
 gare potest. Quorsum igitur postea, proprio lo-
 co de Ecclesia clamat, q̄ Ecclesia nostra, quā
 scilicet ego credo, & assero, constat ex huma-
 na electione, & successione, quasi uerō in-
 quiens successores Apostolorū, & auditorū
 ipsorum non possint esse sceleratissimi, &
 impijssimi nebulones: nos uerō e contrario
 facile ei respondemus impijssimos, & sceler-
 ratissimos posse esse ueros episcopos, & perfi-
 cere ministeria propria, Sp̄ritu sancto id a-
 gente, quod ipse confitetur: Successores igi-
 tur Apostolorum sunt in gradu, & dignita-
 te: & ex his pendet proculdubio Ecclesia.
 quod uerō eodem loco nos eos dominos no-
 stros agnoscere, & non seruos dicit, quā sit
 uerē dictum, inferius ostendemus. Certē id
 nec ex nostris, nec ex ullius rectē in Ecclesia
 sentientis scriptis uerē colligi potest, nos ui-
 delicet episcopos, nostros dominos agnosce-
 re. Citasti Brenti, loco primo de auctoritate
 principum, ex concilio delectorum cardina-
 lium ingenuē, & uerissimē eos, qui pontifi-
 cem dominum dicunt esse beneficiorum,
 adulationis, & mendacij criminibus ab il-
 lis grauissimis patribus notari, hoc non est

agnoscere dominum nostrum, sed tantū
 ut Paulus docet ministrū Christi, & dispen-
 satorē mysteriorum eius. Clamat rursus
 contra electionem carnalium, inquit, cardī-
 naliū, & canonicorū, sed quid hoc est ali-
 ud, quā schisma interminabile propaga-
 re in Ecclesia, ut scilicet omnes simul, quot-
 quot in Ecclesia episcopi sunt, & ministri re-
 iiciantur, quod quos tumultus, & intermi-
 nabiles lites esse in Ecclesia allaturum quis
 non uideat: necesse erit certē, ut nouis mira-
 culis, aut Angelorum ministerio eligantur
 ministri Ecclesię, ne clamet Brentius, quod
 electi sunt à carnalibus, cui breuiter hoc est
 dicendum. Primō nosti Brenti inter hos, q̄s
 tu carnales uocas, nullos esse gementes, &
 dolentes super cunctis abominationibus q̄
 fiunt? tu ipse citasti, & pontificis Hadriani,
 & delectorum cardinaliū, & legatorum
 ad concilium Tridentinum humilem con-
 fessionem, & exhortationem, qua se, & alios
 ad hunc gemitum pœnitentię saluberrimę
 excitarunt, ut diximus. Quis ergo tam teme-
 rarium iudicium non exhorrescat? quis nō
 obturet aures tantę temeritati, qua incogni-
 tos, uel de nomine, electores omnes episco-
 porum, per tot Ecclesias orbis dispersos, unī
 co uerbo damnat, & à iure eligendi reijcit
 Brentius. Deinde quid aliud dicturi sumus
 sic omnes reijcienti, quā quod Moyses, &
 Aaron: Non contra nos murmur hoc est, sed
 contra Deum: non iam p̄latos impu-
 gnat, qui hoc dicit, aut eorum electores,
 quos carnales uocat, sed Deum ipsum, cu-
 ius de conseruanda Ecclesia, & ministrorū
 eius integritate, certissimas habemus pro-
 missiones: defuit illi modus seruandi Ec-
 clesiam suam? Nunquid non nouit ille, etiā
 te teste Brenti, per malos ministros perforce-
 re id, ad quod ordinati sunt? eur igitur per
 carnales etiā electores, non ueros Episcopos
 faciet? nunquid & per ipsos episcopos etiā
 malos, oues suas non poterit pascere? Cur
 uis Brenti credere & docere totis quadrin-
 gentis aut trecentis annis ante Lutherū, ne
 de pluribus dicam, nullam fuisse Ecclesiam
 ueram, & manifestam: atq̄ ita omnino nullam
 fuisse? quandoquidē non est, nisi mani-
 festa sit, ut probauimus, unde necessariū sit,
 perisse oēs quotquot baptizati sunt, & Chr̄-
 stiano nomine nuncupati: quo quid, rogo,
 durius, & iniquius dici potest? quicquid ca-
 nim dicas, quicquid fingas de latente Eccle-
 sia: certē in aliena, & falsa Ecclesia constā
 damari oēs, constat, inquam, falsam Ecclē-
 siam fugiendam esse, & abominandam. Pe-
 rierunt itaq̄ toto illo tēpore omnes, quot-
 quot in Christum crediderūt, ut uerbis Ter-
 tulliani dicā: tam diu regnauit error, quā
 diu Lutherus non erat, & ut ille de Marcio-
 nitis, & Valentinianis inquit, ita ego dicam
 aliquos Lutheranos liberanda ueritas expe-
 ctabat, interea p̄peram euāgelizabatur, per-

Lib. de fr̄da
 scriptioni
 bus aduersus
 hereticos.

peram credebatur, tot milia perperam tin-
cta, tot opera fidei perperam administrata,
tot sacerdotia, tot ministeria perperam fun-
cta: quid itaq; rogo his durius? Nonne satius
erit credere, Deum quidem & ob demerita
nostra, & propter sua profunda iudicia per-
misisse quam plurimos malos praelatos, per
quos tamen in communionem Ecclesie per-
manentibus, & dignos se Dei gratia reddentibus
spiritualia charismata, & ipsam deniq;
aeternam salutem dignatus fuerit conferre:
quam in tam extrema incidere? cum etiam
si omnes ministros malos negare nequaquam
possemus, nec id fidei nostrae, aut ueritati Ec-
clesiae quicquam obesset: nullum autem e-
piscopum uerum fuisse reliquum, qui asse-
runt, & Ecclesiam auferunt, & simul omnem
salutis spem conuellunt, deniq; promissionibus
Christi auerantur. Sed adhuc uocifera-
tur Brentius primo illo suo loco, de auctori-
tate principum, quod ego unctionem Chri-
smatis necessariam dicam, & nihil aliorum
sufficere, ut quis sit legitime ordinatus: qua
in re inscitiam meam asserit me prodidisse,
quod scilicet non intelligam, quae sit mini-
strorum, de Ecclesia uera ordinatio: cui bre-
uiter est dicendum, me capite de ordine pa-
trum, & Conciliorum certissimis testimonijs,
et si breuiter, Sacramentum ordinis necessa-
rium fore ostendisse. Hanc ego intelligo ue-
ram ordinationem ministrorum, quam ta-
men & electio debet necessario precedere.
hoc & ibi, & hic etiam asserimus, quod cum
Brentius non ostenderit falsum esse, non o-
stendit me nescisse quod certis testimonijs
probauimus, & tota habet Ecclesia. De un-
ctione uero alijs locis diximus, quod patrum
doctrina, cum hac Brentius ostenderit fal-
sum, fatebor me ignorasse. sed non est omit-
tendum, quod eodem loco, & contextu ait,
me non considerasse, quis sit status huius
controversiae, non enim quaeritur, inquit,
num sine legitima, & ordinaria uocatione li-
cetalicui inuadere in ministeria Ecclesiae,
hoc enim non licere certissime fatetur in Ec-
clesia filij Dei, quod nec in humana politica
licet, ibi nostra certe confirmat, quanto id
certius est, tanto libentius amplectimur, nec
ignorauimus hoc posse ad nomen trahi, ut
scilicet quisq; dicat se legitime uocatum. Pro-
pter hoc igitur & in eo loco, & hic etiam le-
gitime uocari asseruimus eum, qui iuxta Chri-
sti ordinationem uocatur, & ordinationem
Christi ostendimus, qualis fuerit, testimonio
patrum, & Conciliorum: ex qua manifestum
factum est, qui sint legitime uocati: sed ad-
dit ille, Hoc quaeritur, num Afotus (sic enim
me uocat) & praelati eius, qui sunt hostes do-
ctrinae perfectae, & Apostolicae, & eam omni
crudelitatis genere persequuntur, sint uera
illa filij Dei Ecclesiae, a qua ministri ordina-
tionem petere debeant. Quid igitur dice-
mus illi, qui omnia sic confundit, ut diximus:

quod si praelati nostri sunt hostes doctrinae
Apostolicae, fatebor non esse agnoscendos,
sed hoc est quod quaeritur Brenti, non, an
persequuntur doctrinam Apostolicam, sint
uera Ecclesia filij Dei: sed qui hoc faciunt, no-
stri, an uestri? hoc quaeritur, quod tu ipse fa-
teris. Sic enim capite de Ecclesia in fine in-
quis, An non est haec nostra controversia? quod
ipsi quidem (de nobis loquens) discesserint
a uera & pia doctrina: nos autem eam profi-
teamur. Si igitur haec est controversia uestra,
ostendite ubi sit legitime definita, quod si non
est, cur asseris certo, iuste uos recessisse a no-
bis, id statuens quasi certum, quod postea fa-
teris in quaestione uenire. Sed quod statim
sequitur, audiamus. Hoc inquam quaeritur,
ait ille, num Petrus, & Ioannes, & reliqui A-
postoli non prius debuerunt Hierosolymis
praedicare Euangelium Christi, quam ordi-
narentur ab Anna, & Caipha, an non erat iste
inquit ordinarius successor Aaronis? Quid
ergo si Romanus pontifex fiat Caiphas, an
non sine auctoritate, & unctione eius licebit
pio docto uiro in Ecclesia, ad quam consen-
su magistratus, & populi uocatus est, Euan-
gelium annunciare, & Sacramenta admini-
strare? Haec sunt, quae Brentius tanta confi-
dentia inter suos docet, in quibus aduerte,
rogo, quam pudendum, & indignum hoc sit,
quod audiatur ab his, qui uel tantilla erudi-
tione, & modestia praediti sunt. Loquitur e-
nim, ac si a legis ueteris sacerdotio Apostolo-
rum auctoritas penderet, & contumeliosus
est in Episcopos, & blasphemus in Christum.
Quid ueritatis, rogo, habet Annam, & Cai-
pham, ab Aaron descendentes quantumuis
legitime, asserere, potestatem habere mini-
stros in Ecclesia noui Testamenti ordinandi,
neque quoscuq; ministros, sed Apostolos ip-
sos? Nunquid Brenti propter sua peccata non
agniti sunt ab Apostolis, quasi legitimi pra-
decessores sui, a quibus acciperent potesta-
tem? an non aperte legisti mutatum esse sa-
cerdotium Aaron? non aduertisti illud de-
cantatum in Ecclesia: Tu es sacerdos in aeter-
num secundum ordinem Melchisedech? &
Paulum id exponentem, reprobatio quidem
fit praecedentis mandati, propter infirmita-
tem eius, & inutilitatem. nihil enim adduxit
lex, &c. & quod sequitur, alij quidem sine iu-
re iurando facti sunt sacerdotes: hic autem cum
iure iurando, & illud etiam: translato sacer-
dotio, necesse est, ut legis translatio fiat? Non
audisti uerbum Christi in cruce: consumma-
tum est: & scissionem ueli, quo sancta san-
ctorum tegebantur ad mutationem legis, &
sacerdotij manifeste pertinere? Apostoli non
secundum ordinem Aaronis, sed ueri Mel-
chisedech, hoc est Christi sunt sacerdotes. I-
doneos nos fecit, inquit Paulus, ministros
noui Testamenti. Ipsi sunt origo ministro-
rum nouae legis, non ab alio descendentes,
quam a Christo: certe ordinati, & uncti non

Cap. 72.
Respondetur
alijs calum-
nijs Brentij
contra ordina-
tionis sacra-
mentum, & mo-
res episcoporum.

Cap. 73.
Quanta bla-
sphemia Bre-
ntius episco-
pos nostros
coferat pon-
tificibus, qui in
morte Chri-
sti conspira-
runt.

Hebr. 7.

exter.

externo chrismate, sed interna illa unctio-
 ne, de qua Psalmus ipse Christo loquitur:
 Anxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ-
 confortibus tuis: qui uerò magis confortes
 Christi, quàm Apostoli? Præ illis igitur Chri-
 stus, & à Christo illi uncti sunt sacerdotes, et
 ministri noui Testamenti. Et cum insuffla-
 ret post resurrectionem, & diceret: Accipite
 Spiritum sanctum, &c. Et cum de cœlis in lin-
 guarum ignis specie Spiritum sanctum mitte-
 ret, utrobique uisibili signo inuisibilem san-
 ctificationem operatus. Non ergo ob crimi-
 na sua priuati sacerdotio Anna, & Caiphas,
 aut ab Apostolis non agniti, sed quia cessa-
 uerat, & abrogatum fuerat sacerdotium il-
 lud, & nouum introductum. Imò audi Bren-
 ti Cyprianum in epistola ad Cornelium, de
 qua supra diximus, quod Paulum legimus
 erga principem sacerdotum fecisse, expo-
 nentem. Paulus, ait, quamuis Domino iam
 crucifixo sacrilegi, & impij, & cruenti illi sa-
 cerdotes uidelicet esse cœpissent: nec iam
 quicquam de sacerdotali honore retineret,
 tamen ipsum, quamuis inane nomen, & cum
 bram quandam sacerdotij cogitans, expa-
 nit, nesciebam fratres, inquit, quia pontifex
 est. Scriptum est enim, Principi plebis tuæ,
 ne maledixeris. Vides itaque quàm longè erāt
 Apostoli, ut quicquam detraherent sacerdo-
 tibus propter eorum peccata, eorum, quæ à
 Deo ipsis collata erant, ut potius inane no-
 men, & sine ulla iam prorsus re honorarēt.
 Miror certè quid Brentio in mentem uenit.
 Nunquid Brenti, uis ita ministros Christi,
 & eorum auctoritatem cessasse, & finitā esse:
 ut ueteris legis sacerdotium, adueniente
 Christo, ut iam falsum sit, uobiscum sum usque
 ad consummationem seculi. Profer igitur,
 ut cum Tertulliano tibi loquar, nouam ori-
 ginem, & nouam ordinationem ministro-
 rum à Christo de cœlo rursus institutam, & certè
 à Christo Ecclesiam, & nouam aliam legem, si
 uis non magis teneri ministros sequentes à
 prædecessoribus, ab illis inquam, qui Apo-
 stolis succedunt, in Ecclesia suscipere ordi-
 nes, quam Apostoli à legis ueteris sacerdoti-
 bus acceperunt. Pudeat te senem, & in uetera
 tum hæc dicere, tam manifestè falsa: tam si-
 ne ullo colore, sine ulla probabilitate. Nam
 me certè, & piget, & pudet in respondendis
 his teneri: sed facimus ut legentes uideant,
 quale sit ingenium Brentij, & quàm firmis
 rationibus statuat sua. Sed inquit prælatos
 uocat Bernardus seruos Antichristi, non so-
 lum Caiphas, sed idem Bernardus non ne-
 gat eos prælatos, aut ab eis suscipiendos or-
 dines: sed confirmat potius, & Bernardus
 quidem auaritiæ, & ambitioni seruentes, &
 scandalizantes Ecclesiam merito dicit Anti-
 christi seruos: tu uerò omnes ad unum, quot-
 quot sunt in communionem Romanæ Eccle-
 siæ, appellas Caiphas, & audes alio loco, de
 auctoritate scilicet scripturæ sic dicere, Col-

luuiem prælatorum Aſoticorum non alio
 loco ducimus, quàm synedrion Annæ, Cai-
 phæ, Alexandri, & quotquot erant ordina-
 ria successione de genere pontificio, q̄ Chri-
 stum, Apostolos, & reliquos Christi discipu-
 los, ita persequebantur: ut existimarent, se
 in eis trucidandis Deo maximum cultum
 præstare. Hæc uerba retulimus ex Brentio,
 quibus priora illa explicat, & quanta teme-
 ritate in omnibus suis iudicijs feratur: non
 uides quanta contumelia afficiat oēs præla-
 tos Ecclesiæ, quorum nec minimam partem
 cognouit: & cum neque cognita uitia, & no-
 bis certa, liceat contra fratres proferre, iste
 proferat incognita, & incerta, contra oēs?
 Colluuiem uocat Aſoticam prælatos, conci-
 lium eorum synedrion Iudæorum conspi-
 rantium contra Christum, & pecunia cor-
 rumptentium Apostolos, quia uidelicet cum
 Brentio, & suis non consentiunt: neque Chri-
 sto parcat hæc blasphemia, qui sic omnes le-
 gitimè succedentes episcopos permisit defi-
 cere, non stetit promissis & Ecclesiæ, & apo-
 stolis factis. Mittam, inquit, uobis Spiritum
 ueritatis, qui maneat uobiscum in æternum.
 Sed iam de his satis, atque de hoc secundo fi-
 gno Ecclesiæ prælatorum, scilicet certa, & le-
 gitima successione. Restat igitur, ut tertium
 illud attentè consideremus, quo diximus Ec-
 clesiam manifestari, & re uera constare, hoc
 uerò est cognitio unius capitis uicarij Chri-
 sti, successorisq̄ Petri, & unio ad illum, & Ec-
 clesiam, cui ille præsidet, Romanam, & per
 illum communicatio cum omnibus & Ec-
 clesijs, & pastoribus, cæterisque fidelibus ei-
 dem participantibus, hoc itaque ultimo loco
 posuimus, quod quantum sentire possumus,
 ultimum est, & uelut complementum, & clau-
 sura ecclesiastici ædificij, ut merito creda-
 mus Romanum pontificem lapidem illum
 esse angularem, probatum, electum, uicem
 scilicet habentem illius, cui primò hoc con-
 uenit Christo lapidi præciso de monte sine
 manibus, quæ Daniel uidebat melius quàm
 Nabuchodonosor confringentem, & com-
 minuentem regna omnia terrena, in mon-
 tem magnum creuisse, impleseque terram,
 montem, inquam, illum domus Domini in
 uertice montium præparatum: Is uerè est
 fundamentum, præter quod nemo potest
 aliud ponere, quod positum est à Deo. Ipse
 loco sui Petro inquit: Tu es Petrus, hoc est
 petra, aut saxum, & super hanc petram ædi-
 ficabo Ecclesiam meam, quod ut ostende-
 mus, non illi tantum, sed muneri, atque gra-
 diui eius, & ita successoribus dictum esse acci-
 piendum est. Nunc uerò in hoc principio, id
 quod ipse Petrus de Christo quàm uerissi-
 mè dictum accipit, credimus merito ad ip-
 sum suorumque successores, qua parte eius tenet
 locum merito referri debere: ad quem acce-
 dentes, inquit Petrus fidelibus omnibus la-
 pidem unum, ab hominibus quidem repro-

Cap. 74.
 Romani pon-
 tificis agni-
 tionem eccle-
 siastici ædifi-
 cij fundamen-
 tum ostenditur.

Dan. 2.

Esai. 2.

1. Corin. 3.

1. Pet. 2.

batum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides uini, superædificamini domos spirituales, in sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum, propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem probatum, electum, preciosum: qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quæ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis; & petra scandali his, qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt, hæc omnia de Christo inquit Petrus, illi plenissime omnia conuenire cognoscimus, & quædam illi soli, qui crediderit in eum, quod scilicet illi, qua parte Deus est, cõuenit: creditis in Deum ait, & in me credite: quæ uerò ex his ei, qua homo est, conueniunt, scilicet electum esse à Deo lapidem angularem, & fundamentale, super quem ædificentur fideles, illi meritò etiam intelligimus conuenire, cui dixit: Super te ædificabo Ecclesiam meam, illi in quâ gradui, & muneri, cui hoc Christus concessit: non soli Petro hoc conuenire dicimus, qua ratione Christi gerit personam, & uicè tenet. Hic est re uera lapis ab hominibus reprobatum: displicet enim humanæ sapientiæ, displicet superbix eorum, qui in oculis suis prudentes sunt, ut homo fragilis, & imbecillus, quo nec eruditione, nec morib. nec ulla alia ratione inferiores sese iudicât, fundamentum dicatur Ecclesie, ut illi innitatur concio fidelium: displicet, inquam, his, qui non considerant, quàm sit hoc Deo facile: Deo inquam, qui appendit terram super nihilum, ad cuius nutum columnæ cœli patent, & contremiscunt, quàm sit facile, imò quàm ipsi conueniēs, & gloriosum, ut ex infirmis, & cõtemptibilibus mundi huius faciat fortissima, & inconcussa fundamenta. Deniq; & quàm expediens ad simul extollendam infirmitatem nostrâ, & demittendam superbiam, quàm deniq; cæteris Dei operibus simile. sic placuit Deo uisibilibus nos sanctificari Sacramentis, ut corporeis, & insensatis rebus ob illius obedientiam nos subdentes discamus humiliari, & sic humiliati, ex earundem, ante quas nos humiliamus, uerum uirtute diuinitus eis cõmunicata erigamur mira ratione in Deum: sic inquam uoluit, ut detumescat superbia eorū, quos in corpus Christi coaptare dignatur, dum adire homines, & se illis subdere iubentur: sicut Paulus Anania subditur, idq; conuenienti ordine, ut excelsio excelsior sit alter sacerdote episcopus: illo primas, & insuper sit unus, quasi uniuersa terræ rex: sit inquam unus unius Ecclesie, unius quàm uerissimæ familiæ, & societatis, quæ est catholica Ecclesia, præpositus, cui uice Dei omnes se subdant, cui inquam corporeæ, & uisibiliter, quâ Deo inui-

fibilter offerunt obedientiam, iuxta Dei ordinationem offerant loco Dei. Summus certe honor humanæ naturæ, in hac uita, & in ea summus gradus hominis, quem Deus inopem, & pauperè de terra, & stercore suscitauit: ut sedeat eum principibus, & solium gloriæ teneat. Illius enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Summus itaq; honor hominis, summa etiã occasio omnibus humiliationis: dum ei, cui tanquam proximiori inuidere possint, quem ut magis familiarem contemnere, eidem propter Deum se subdant, & diuinam agnoscant in eo uirtutem, non considerantes quæcunq; humana, quæcunq; infirma, quæcunq; uitia, quantumuis nota, ut propter ea Deum in ipso, aut non agnoscant, aut minus reuerentur. Sicut nec Abraham corpus suum emortuum, & emortuam uulua[m] Saræ, quare in promissione Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est, fide dans gloriam Deo, plenissime sciens quia quæcunq; promisit Deus, potens est & facere, ideo reputatum est ei ad iusticiam. Sic itaq; placuit Deo, electum sibi patriarcham exercere ad fidem: ut soli Deo disceret fidere, dum fragilibus, & impotentibus planè medijs gratiæ suæ summa dona illum expectare uult, sic placuit hunc futurum gentium patrem exercere, ut in eo fides gentium ostenderetur: fides inquam hæc, qua in Ecclesia ex frigido licet corpore humano, & emortua quodammodo uirtute humanæ nostræ naturæ, si humana spectemus: ex Ecclesia uidelicet, in qua emortua iam uideatur fides illa, & uiua charitas, recensq; memoria effusi pro nobis sanguinis Christi, & oblitterata uera illa mutatio humilitatis ei, ex Ecclesia inquam Romana, quantumuis purpuratam meretricem uocet illam arrogantiam, tum orq; fastidientium, Dei ordinatione expectemus uicarium Christi, lapidem angularem approbatum: sic inquam exercetur fides nostra, ut Abraham, cui ideo maximè reputata est ad iusticiam, non est enim, ut Paulus inquit, scriptum tantum propter ipsum, quæ reputata est illi ad iusticiam, sed propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, in hunc tantum credimus, huic innitimur, & ab eo per fragilia quantumuis media speramus, dona gratiæ nos consecuturos, inter que, & hoc non infimum est uinculum pacis, atq; unitas spiritus. de qua inquit Paulus, Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestre. Hæc igitur unitas, corporis unius, quæ omnium fidelium uitæ causa est, ab illo supremo capite Christo expectanda est nobis, sed, dum per illum hominem cui dixit: Pasce oues meas, perpetuo conseruandam eam docuit, præbuit nobis perpetuæ humilitatis, & exercendæ fiducia in ipsa

Ioan. 14.

Cap. 75.

Quantum sapientia humana displicet & superbia fides unius uicarij Christi in Ecclesia, quantum diuina sapientia cõueniat.

Iob. 26.

Ecc. 5.

Cap. 76.

In Romano pontifice agnoscendo quod exercetur fides, & humilitas, quantum natura humana honoratur.

1. Reg. 24

Rom. 4.

Ephes. 4.

ipsum per totam uitam non minorē matē-
riam, quā Abrahā, cui per tam longa spa-
cia uitae, ab emortua Sara expectanda fuit
benedictio feminis illius. Sed & illi, qui cæ-
teris præest, non minor humiliandi sese ra-
tio, & diffidendi sibi, Deoq; fidendi, & in se-
se admirandi eius uirtutē oblata est, q̄ Saræ,
sed multo maior, quo sibi, p̄prie infirmitas
magis cognita esse debet: ita uidelicet, ut
cum suam infirmitatem agnouerit, ueraci-
ter sibi diffidens si quid dignum suo gradu,
& ordine, uel ab alijs ei exhibeatur honoris,
uel à se fieri uiderit opus uicario Christi nō
indignum, admiraretur potius, q̄ sibi quicquā
tribuat, cum Sara dicens: Risum fecit mihi
Dominus, & quicumq; audierit conridebit
mihi: risum nunquā non uanā, & humanę
lætitiæ, sed humilitatis ueræ, ob Dei gloriā,
& fratrum salutem non se facere, sed à Deo
in se fieri existimet homo ille, quem Deus
præfecit suis fidelibus, sicut in Sara genuit
Isaac, ex ea quidem, sed non eius uirtute, sic
ille existimet: ut sicut Paulus inquit, subli-
mitas non sit ex nobis, sed uirtute Dei: pro-
pterea enim, inquit, habemus thesaurum in
istū in uasis fictilib; ex nobis lutei, ex nobis
fragiles: ex Deo sublimes, & firmi. Hoc
itaq; Dei consilium (ut ad principium reuer-
tamur) constituendi lapidem angularem,
in fundamento Ecclesiæ suæ: hic gradus &
auctoritas lapis est, qui quantumuis repro-
betur à superbis ædificantijs, à uerē humi-
libus, à uerē catholicis agnoscitur à Domi-
no factum esse, & mirabile esse in oculis ue-
rē credentium. Lapis uerō est offensionis, &
petra scandali his, qui offendūt uerbo, neq;
credūt, ait Petrus, in quo & positi sunt. Cū
enim positi sint in Ecclesia, nō credūt illam
uerē unam esse humano scilicet more, & ra-
tione, unam, in quā, humanam Remp. quæ
sine uno homine gubernatore esse non po-
test, nō credunt, in quā, in quo positi sunt: in
palæstra scilicet exercendæ fidei, humilita-
tis, & obedientiæ p̄standæ, non Deo tantum,
sed homini propter Deum. Deniq; in huma-
na congregatione, in arca, in torculari, ubi
oia permista sunt, & in loco, in quo contra
spem, in spem credendum est, hoc certē diui-
num consilium, si in uera cordis simplicitate,
omni supercilio abiecto, omni tumore
deposito, & exutis humanis affectibus, susci-
peretur ab omnib; & crederetur, etiā prius
quā intelligeretur: nō opus esset multis
uerbis, aut multis rationibus: Duceret enim
nos uera fides, non ad intelligendā tantum,
sed ad gustandam etiā, & summa suauitate
amandam Dei hanc ordinationem: & in ea
summa cum utilitate, & diuinorū charisma-
tum dulcissima participatione permanen-
dum: eō certē magis, quō minus nostra fi-
des ab hominum meritis adiuuatur: eō in-
quam magis, quō minus aut miracula, aut
magnum operum exempla commenda-

tum reddunt hominē, quem Deus præfecit
Ecclesiæ. Hac itaq; ratione diximus esse ec-
clesiastici ædificij coronidem, & quasi colo-
phonem Ecclesiæ catholicæ unionem hanc
cum uicario Christi, & eius Ecclesiā, de quo
nobis post tanta uirorū doctorum scripta,
non sunt multa dicenda, sed pauca quæ de-
derit Dominus cōfirmandis piorū animis,
& huic ueritati elucidandæ, imō reuera ut
ostendamus hanc esse lucem, cætera omnia
ecclesiasticæ ueritatis membra quodammo-
do illustrantem. In quo loco nō possum o-
mittere uerba, & testimoniū omni acceptio-
ne dignum beati illius, & bonorū omnium
memoria celebrandi Thomæ Mori: cuius
pietatis, & modestiæ Christianę in tota uitā,
profectusq; & augmenti in his, quibus per-
petuō quodam tenore in aula, in publicis
muneribus, hisq; summis, deniq; domi, &
foris ita splenduit: ut inter cætera, quibus in
regno hoc Angliæ, ubi nunc agimus Diuine
gratiæ dono, & sanctorum exempla, quæ in
memoria multorū reperimus, tanquam re-
centia quædam uestigia sanguinis marty-
rum, unice oblectati sumus, & excitati ad ar-
dorem uirtutis: beati huius exempla nō mi-
nima fuerunt, inter quæ cū in eos incidi-
mus, qui illum familiariter nouerant, & ex
memoria depromebant, & uerba, & opera
eius, & scripta etiam quædam offerebant sē-
le quodam diuinæ sapientiæ condita, mul-
tō magis quā in amoenissimis, quorū in
hoc regno copia est, hortis suauissimē uerfa-
ti frequenter sumus, quasi inter flores, & ro-
sas, illius enim reuera odor, atq; fragrantia,
sicut agri pleni, cui benedixit Dominus, ex-
citat senescentes, & caligantes tepiditate præ-
sentium temporū affectus, & sensus nostros:
cuius uestigia utinam digni essemus oscu-
lari. Hic igitur beatus, & foelix martyr est, &
relictis huius rei, quam nunc agimus, non so-
lus, sed cum alijs quorum memoria in bene-
dictione est, & ille præcipuē, qui tanquā ue-
rus aries, præcessit reliquum gregem, & apa-
ruit uiam ad martyrium, exemplumq; præ-
buit reliquis, quorum nomina scripta erant
in libro uitæ agni, qui occisus est à constitu-
tione mundi. Beatum Ioannem dico Phisce-
rum, episcopum Rossensem, cuius etiā scri-
ptis, & doctrina utemur in hoc confirman-
do. Horum itaq; sanguis clamat, & fortius
quā lingua ulla explicare possit, confir-
mat hoc Ecclesiasticæ fundamenti dogma.
Itaq; ubi tanta sunt opera, & quidē summa,
& ultima, maiorē enim eharitatē nemo ha-
bet, quā ut animam suam ponat pro ami-
cis suis, non opus erat uerbis, sed tamen ad-
dam illa beati illius Mori, quæ à fide dignis-
simis accepi testibus, quæ mihi loquendi ma-
teriam in hac materia ministrant. Is enim
in principio exortæ illius tragediæ, atque
schismatis, amico cuidam optimo dicebat,
uelle se attentē legere, & considerare, quid

Cap. 78.
Testimoniū
martyrū An-
glie, & præ-
cipuē Beati
Mori, aucto-
ritas uicarij
Christi con-
firmatur, &
probatur fun-
damentū
Ecclesiæ.

Gene. 21.

2. Cor. 4.

Cap. 77.

Ad fidem u-
niam uicarij
Christi ex-
hortatio.

1. Petr. 2.

in hac re sentiendū esset, cum uideret quā plurimos hanc Romanæ sedis auctoritatē magni facientes, nec sciret satis quanta esset ratione, aut auctoritate fundata, hoc dicebat primò modestus ille, & non temerarius assertor, qui cum & officio, & professione politici magis causis, & gubernandæ Reipub. uacaret, quanquam nunquam propterea curam Christianæ iusticiæ in assiduis secretis orationibus, ieiunijs, & contemplationibus, ut multa eius ostendunt monumenta omiserit, in re hac non tam instructum se agnoscebat, ut ratio temporū iam postulabat meritò amico dicebat uelle diligenti studio rei, quæ iam in conuersionem uenire coeperat, cognitionē quærere plenā dixit, & fecit, & præstitit, quod dixit, præstitit quidem nō uana curiositate, & supercilio humana sapientiæ, sed uera pietate, & humili oratione, qđ testantur reliqua eius, quæ scripta uidimus. Exacto itaq; unius mensis plus minus spacio redit ad amicum, & dicit inquit amice, quā solidis fundamentis innititur hic Romani pōtificis primatus, imò non solum ipse firmissimè constabilitus est in religione Christiana, sed est reliquorū omniū, quæ in ea sunt fundamentum, & basis: hoc subiecit Spiritus sanctus suo futuro martyri: hic fuit uerus fructus studiorum piorū, quibus pietati, & lectiōi semper quidem, & tunc specialiter uacauerat: quod certè nobis quasi oraculum quoddam est certissimū Dei in illo suo templo loquentis, & ipsissimum experimentis scripturæ suæ sensum: quod cum ego confirmare aggressus sum, uereor ne quicquid dixerō minus sit, & infirmius eo, cui confirmando adhibetur: sed explicanda sunt hæc pro tenuitate nostra ad captū piorum, & simplicium: quibus, ut infirmis, nocere possint hæreticorum uoces. Vnde igitur melius hoc aggrediemur, quā ex ipsis Christi uerbis? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, quibus coniuncta sunt reliqua, quæ huc pertinent: & Petro præ cæteris Apostolis manifestè dicuntur omnia, scilicet alia eiusdem loci. Beatus es Simon Bariona, &c. Secundò etiam, quæ his non parum consonant, Lucæ uerba attendenda sunt, quæ in ultima cœna refert à Christo dicta Petro. Simon, Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirmas fratres tuos. Tertio deniq; loco consideranda sunt & alia, quæ apud Ioannē post resurrectionē Christum dixisse scriptum est ab eo loco. Simon Ioannis diligis me plus his? dicit ei: Etiam Dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos: & reliqua, quibus tertio hoc dictum fuisse significat Euangelista, & quod postea sequitur: Cū esses iunior, cingebas te, &c. quousq; tandē dicit illi: Sequere me. Multa quidem alia sunt

in Euangelio, sed hæc sunt omnibus alijs omissis nobis attentè consideranda: & primò in eis sensus germanus consensu patrū, & totius Ecclesiæ est nobis inquirendus, qđ satis esse debet ad ædificandam fidem: Verū adiungemus deinde quæ ad hunc Ecclesiæ sensum manifestandum, & explicandum, persuadendumq; satis esse possint. Igitur ut ad oraculum martyris nostri reuertamur. Nōne qui dixit, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, manifestissimè ostendit petram illam, de qua loquitur, quæcunq; illa sit, totius Ecclesiæ esse fundamentum, hoc nullus dubitare permittitur, ostensa illa à Christo petra fundamentum dicitur totius Ecclesiæ ædificij, certè omnium Ecclesiæ partium, & membrorum omnium ministrorum, & ministeriorum, atq; sacramentorum fidei ipsius, dogmatumq; eius: deniq; omnium operū pietatis Christianæ fundamentū, oportet ut sit petra hæc à Christo ostensa. Quandoquidem quicquid extra Ecclesiam sit, uanum est: sit autem extra Ecclesiam quicquid extra agnitionem uicarij Christi sit. Est itaq; Ecclesiæ fundamentum non partiale (ut ita dicam) & dimidiatum: sed plenum & integrum. Super hanc enim petram, inq; ædificabo Ecclesiam meā, non certè partē, aut membrū, sed totum sustinet petra illa totius Ecclesiæ ædificij pondus, hic sunt sacramēta, munia, & gradus Ecclesiæ: hic fides, & doctrina: hic opera & charitas, quæ omnia cum extra Ecclesiam aut nō sint, aut frustra sint, neq; Ecclesia extra eam indicatam petra: constat illa omnia eidē inniti petra, atq; ratione ista unitas hæc Ecclesiæ, cui cætera inniuntur, extra quā frustra sunt & opera, & sacramenta, & omnis doctrina uni etiam innititur petra, & solidissimo fundamento: quia enim nulla plurium rerum unio & concordia, nisi per id, quod unum undiq; est, quodq; unū perfectè, & plenè est, constare potest, meritò Ecclesia ex multis unita demonstratè illi petra inniti iubetur. Illa igitur petra, quæ constat fundamentum esse Ecclesiæ, quæ sit, attentè considerandum est: & quidem fatemur ingenuè multos patrum frequēter per illam intellexisse aut Christum. Super hanc petram, inquiunt, quam tu confessus es, aut fidem ipsam, quam Petrus confessus est, super hanc confessionis tuæ petram: id tamen certissimum est, omnes ferè patres, aut certè quā plurimos consonè de Petro illud accepisse, ita ut nullus unquam negauerit hæc expositionem, nullus dixerit de Petro hoc non posse accipi: sed hic fuit perpetuus, & constans Ecclesiæ sensus, Petro per hæc uerba promissum esse singulare aliquid præ cæteris, & reuera primatum in eos, & in Ecclesiam uniuersalem collegit sanctus ille martyr Rossensis episcopus proprio loco, in con-

Cap. 80:
Locus illè
Matt. Tu
es Petrus,
exponitur
iuxta certissimum sensum patrum
de Petro.

Cap. 79.
Tria loca euangelij de Petro loquentia exponenda proponuntur. Mat. 16.

ri contra primatum Romani pontificis omnium ferè patrum Græcorum, & Latinorū testimonia manifestissima huius primatus, & multa diligentia uiginti locos Scripturæ sacræ, decern ex Euangelijs, decē ex Actibus, & epistolis Apostolicis, huius primatus Petri ostendentes ueritatem, post quem superuacaneum certè uidebitur de hac re plura agere, quem unum omnibus doctissimis uiris, quos uocat Brentius genuinos, ego uerò Lutheri filios, opponendum duximus ex recentioribus nostris mortuis: quoniã huic articulo proprio subscripsit sanguine. In ultima enim senectute, & emerita uenerandaq; canicie, pro hoc articulo diuturnum carcerem, & mortem alacriter sustinuit: dignum profectò præmiū tantorum studiorū, tantorum meritorū, & digna corona talis uitæ, huic uirtute inculpatæ uitæ, operibus, temperantia, castitate, modestia, nō dico nullis corū, quos Brentius citat, uiros doctissimos, ut dicit, nullus inquã horū sanctissimo Rosensi Episcopo, speculo totius honestatis, & modestiæ, doctrinæ, atq; pietatis comparandus est: sed nec ex catholicis ipsis nostri seculi quenquam illi cōferre ausim, maximè post tam gloriosum martyrium. Non igitur merito huc opponemus illis omnibus? què si in hoc articulo legere uellent, uiderent aperte, quàm longè ab omni adulatione, ab omni assentatione, & turpi quæstu, aut ambitione primatum hunc Romani pontificis defendat. Sed nos iam uel pauca addamus propter tardiores, de proposito loco scripturæ, quem ex antiquis Cyprianus, Tertullianus, Ambrosius quos Aug. sequitur eorum citatis uerbis, Hieronymus, & Hilarius inter Latinos Petro tribuunt apertissimè: Ex Græcis Athanasius, Chrysostomus, Basilius, Theophylactus, & multa concilia Græcorū hoc ipsum disertissimè fatentur, quos ut q̄ breuissimè ob oculos ponamus August. primò omnium audiatur: Is enim, retractans librum quandam suum contra partem Donati: Dixi, inquit in quodam loco de Apostolo Petro, quod in eo tanquã in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorū in uersibus beatissimi Ambrosij, de gallo gallinaceo, ubi ait: hoc ipsa petra Ecclesiæ canente culpam diluit: uide itaq; hic Augustinum Ambrosij sensum citantē, qui & alijs locis apertius hunc indicat sensum, ut in sermone de fide Petri, què in assertionem catholicam hoc loco citauimus, ubi sic inquit: Deniq; pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, &c. Petra enim dicitur, eo q̄ in actionibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxū immobile totius corporis Christiani compagem, molemq; sustinuit. Sed audiamus adhuc Augustinum, Cyprianum citantem: sic igitur inquit. 2. libro de baptismo contra Donatistas: magnum quidem

meritū nouimus Cypriani Episcopi, & martyris: sed nunquid magis quàm Petri Apostoli, & martyris? de quo idem Cyprianus epistola ad Quintum ita loquitur: Nam nec Petrus inquit, què primum Dñs elegit, & super què ædificauit Ecclesiam suam, &c. Utemur postea hac auctoritate ad alia: nunc manifestè constat Cyprianū de Petro illa uerba accepisse, quanquam sint etiam alia manifestiora testimonia huius rei apud ipsum: in lib. præcipuè de simpl. prælat. quibus postea id maximè confirmabimus. Interim sufficiat apertè uidisse horū trium patrum testimonia. Hieronymū, atq; Hilariū non est opus referre, qui in expositionem huius ipsius loci id apertè fatentur: imò hanc solam expositionem sequuntur. Hieronymus enim ita inq;: Quia tu dixisti mihi, Tu es Christus filius Dei uiui, & ego dico tibi non sermone casto, & nullum habente opus, sed dico tibi, quia dixisse, fecisse est, quia tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meam. Sicut Apostolis donauit ut lumina mundi appellarentur, & cetera, q̄ ex Dño sortiti sunt uocabula, ita & Simoni qui credebat in petram Christū, Petri largitus est nomen, ac secundum metaphorā Petri, rectè dicitur ei, ædificabo Ecclesiam meā sup te. Et Hilarius dicit loquēs Petro: O felix Ecclesiæ fundamentū in noui nominis nūcupatione. Deniq; Tertullianus eos redarguens, qui Apostolos q̄dam ignorasse mysteriorū fidei dicunt: Latuit inq; aliquid Petrū ædificandæ Ecclesiæ petrā dictum, & clauis regni cælorū consecutū. Sex itaq; ij patres Latini uno ore, absq; ulla trepidatione audent asserere supra Petrū ædificari Ecclesiam. Ex Græcis uerò Chrysostomus in hunc ipsum locū idē manifestissimè asserit, ut in assertionem catholica adduximus: què (ut semper) sequitur Theophylactus apertè dicens, q̄ sup eam edificauit Ecclesiam, quàmuis ibidem etiã hoc ad confessionem referat, & fidem. Basilius similiter aduersus Eunomiū, lib. de Spiritu sancto, de Petro inquit, quod in seipso ædificationem suscepit Ecclesiæ. Et Athanasius cum omnibus episcopis Aegypti in epistola ad Fœlicem Papam non solum de Petro hoc intrepidè asserit, sed de ipso successore Petri Fœlice: Tu es (inquiunt) sicut Diuinū iteraciter testatur eloquium, Petrus, & super fundamentū tuum Ecclesiæ columnę sunt confirmatæ: & hoc quidem, qd attinet ad loci illius sensum, meritò nobis sufficere debet: ut quod tanti patres tam certò, & tam constanter sequuntur, nos non dubitemus certissimè affirmare. Et certè contextus ipse uerborum hoc magis ostendit, quorū nulla expositio tā germana est, ut hæc: Nam uerba illa, Ego dico tibi, & tu es Petrus, & quæ sequuntur, Tibi dabo clauis, &c. Petrū apertè designant: & de eo omnia intelligere, nisi recedamus ab ipso contextu, cogunt.

Lib. de præf. aduersus heret.

Homil. in Matt. 55.

Lib. 2.

Cap. 81. Conferuntur diuersæ expositiones eiusdem loci, & ex cōtextu supraposita probatur.

Fatemur alios sensus non esse alienos: nam veritati fidei consonant, secundum quam, & Christum agnoscimus fundamentum, & fidem ipsam: sed nunquid propterea negandum est, hunc etiam sensum esse: certe si necessaria aliqua fidei auctoritate probaretur, hoc omnino falsum, cōfugiendum esset ad alios sensus: nunc uerò cum uel tantorum patrum auctoritas consona sufficiat: ut nō dubitemus hoc consonum esse fidei, cur & hunc sensum non admitteremus? Augustin⁹ sanè loco illo Retract. quē citauimus: Scio, inquit, me sapissimè exposuisse, ut supra hanc petram, quam confessus est Petrus, id est, Christum intelligatur, ac si Petrus ab hac petra appellatus personam Ecclesiæ figuraret, quæ super hanc ædificatur, & accipit clauis regni cœlorum: hoc dicit, cum prius alium sensum, in quo de Petro id accipit retulisset, & addit: Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior, eligat lector. Certè Augustinus hoc dicens, neutram reiecit, imò utranque consonam fidei docet esse: ut enim ille libris de Doctrina Christiana habet, in dubio, atque diuerso sensu scripturæ primò consulenda est regula fidei, cui non consonans expositio reijcienda est. Si Augustinus supra petram ædificari Ecclesiam putasset contrarium fidei, statim reieciisset illum sensum: at uerò probabilem eum dicit: nihil itaq; contrarium fidei habet. Aedificatur Ecclesia supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum: nihil hinc derogatur Christo, qui primum est fundamentum: ita supra Petrum specialius, quàm super alios Apostolos ædificari Ecclesiam, tanquam qui sit uicarius Christi, eiusq; uices sustineat in terris, nihil derogat unico fundamento Christo, quod & patres citati, & quàm plurimi alij antiquorū, & reuera totius Ecclesiæ consensus habet. Quid itaque opus est ex uno sensu, alium eiusdem loci omnino excludere. Libet in hoc loco quid Brentius dicat referre. Cum enim indignanter audit, quòd ad patres, cum de sensu scripturæ agitur, recurrendū sit, ut quem illi sequuntur probemus, inquit, annotemus etiā quædam loca scripturæ, in quibus interpretatio patrum pugnat, affert itaq; duo loca. Secundus est hic. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: alij (ait) per petram intelligunt Petrū ipsum, alij intelligunt Christum: quam igitur interpretationem agnoscemus? Hæc quidem Brentius, nos respondemus uerantq;: nec enim una alteri est contraria, Christum esse fundamentū, & Petrum etiam: nec sibijpsis, nec fidei repugnant: quis ergo prohibet utrunque intelligi. Non puto Brentium ignorare quid Augustinus & libro 12. confessio-

25. & 26.
ca. 19. cap.
& sequēt.

oblitum, & certæ rationis. Si enim illorum memor esset, agnouisset nunquam anxie disceptandum esse, aut contendendum, quid auctor scripturæ senserit, dum modò uerum sit id, quod asseritur, quod cum in hac assertione probatissimorū patrum consensu probatum sit, quid amplius quærit. Deniq; si rationem uidisset, non dixisset duo hæc pugnare, Christum esse fundamentum, & Petrum similiter: sed hæc sunt illorum, qui non aliud agunt, quàm infirmiores in fide tentare, & impellere ut cadant. Quem paruulum uox illa Brentij non terreat: annotemus loca quædam scripturæ, in quibus interpretatio patrum pugnat, & tamen quis non rideat, cum præsens exemplum audit, & quoddam aliud non magis id, quod uult, probans. Sed de eo aliàs. Quod autem attinet ad id, quod agimus, duo nobis constant ex horum patrum doctrina, alterum super petram ædificari Ecclesiam, consensu ipsius Ecclesiæ certum esse: ædificari inquam tanquam supra uicarium Christi, & aliorum Apostolorum supremum, tanquam super unum totius Ecclesiæ rectorem, atq; doctorem. Alterum hoc illis uerbis significatum esse, quæ nimirum, ut ingenue loquamur, si sola essent, fateremur non sufficere ad id probandum: ambigua enim sunt, plura significare possunt, ut uidimus, quare neutrum illorum statuunt: at uerò cum accedunt alia, quæ hoc apertius explicat, & accedit consensus Ecclesiæ, non est quòd de eo sensu dubitemus. Alia uerò quæ dicimus huic accedere, ut cætera omittamus, duo illa, quæ adduximus, sunt. Primum, quod apud Ioanem est, ubi tertio dicitur, Pasce oues meas, siue rege, utrunq; enim transferri posse certum est, & quidem diligenter notat beatus episcopus Rossensis semel dictum esse *ποιμαίνει*, quod etiam regere proprie significat tanquam pastor, sicut pascere, ut sapius habet Scriptura: bis autem dicit *βοσκει*, quod significat duntaxat pasce, siue ale, ut aperte potestatem intelligamus dari, non docendi tantum, & prædicandi, sed & regendi, & gubernandi. Dum uerò hoc Petro coram cæteris Apostolis dicitur, uni inquam Petro, & à cæteris seorsim cum ab eo exigitur, an plus quàm cæteri amet Christum, aperte significatur aliquid amplius, quàm cæteris ei tribuendum esse: & quid hoc aliud, quàm uniuersalis omnium ouium Christi cura? qui enim dixerat: Erit unum ouile, & unus pastor, iam implebat, ostendebatque uni ouili in hoc seculo constituto: uni inquam ouili corporeo, uisibili, & manifesto, pastore etiam præsentem, uisibilem, atque manifestum opus esse: gubernatore inquam, rectore, atque doctore. Propterea inquit illi, Pasce oues meas: & hoc ipsum est fundamentum esse, sustenta, & confirma oues meas. Hæc enim, & plura aliâ ad officium

Cap. 32.
Locus Ioan-
nis, Pasce ou-
es meas exa-
ponitur, &
ex eo confir-
matur aucto-
ritas uicarij
Christi.

pasto-

pastoris pertinere, locupletissimè Ezechiel
 Propheta ostendit: quod perierat, ait Deus,
 requirant: quod abiectum erat, reducam:
 quod contractum fuerat, alligabo: quod
 infirmum, consolidabo: quod pingue, &
 forte custodiam, & pascam illos in iudicio.
 Hæc si rectè cogitemus, & cum his duobus
 locis Euangelij conferamus, manifestissi-
 mè nobis ostendunt, quid sit Petrum
 ædificari Ecclesiam, & quid sit Christi oues
 pascere, aut regere: reuera idem utrisque si-
 gnificatur. Pascere enim, siue pastorem age-
 re, etiam confirmare, stabilire, atque conti-
 nere significat. Illi igitur qui scandaliza-
 tur, cum audit, super hominem ædificari
 Ecclesiam, dicamus: an alienum sit à fidei
 sensu hominem gubernare Ecclesiam, &
 pastorem esse: quod certè nulli potest du-
 bium uideri, at hoc est fundamentum esse
 Ecclesiæ: quod si & hic dubitet infirmus fi-
 de, audiat Paulum dicentem. Attendite
 nobis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos
 Spiritus sanctus regere Ecclesiam: imò ui-
 deat ipsis oculis in qualibet Ecclesia Chri-
 stiana proprium pastorem, proprium recto-
 rem, sustentantem, & stabilientem suam Ec-
 clesiam, cui ipsa innititur, sicut capiti mem-
 bra: & ut partes ædificij fundamento: &
 hinc manifestissimè discat, non iustum esse,
 ut hoc desit toti Ecclesiæ, quæ quamuis ma-
 ior sit, quàm singulæ priuatæ Ecclesiæ, non
 tamen minus est una, minus indiuisa, mi-
 nus coniuncta: unum corpus certè omnes
 sumus, qui de uno pane, & calice partici-
 pamus. Sicut igitur Ecclesiæ quælibet, ut
 una sit, unum habet gubernatorem, & u-
 num caput, uniens & gubernans omnia
 membra: toti Ecclesiæ Christi cur hoc dee-
 rit? aut quomodo una esse potest, si careat
 uno pastore? quis uniet diuersos episco-
 pos, diuersas Ecclesias, ut id ipsum dicamus
 omnes circa fidei mysteria, ut Paulus iubet:
 quod illis uerbis, Pasce oues meas, significa-
 tum esse apertè eo loco interpretatur Chry-
 sostomus: totius scilicet orbis curam Chri-
 stum demandasse Petro, & toti orbi magi-
 strum præposuisse, quod ipsum Theophyla-
 ctus, in hunc locum testatur, ut exemplaria
 antiqua Græca nobis ostendunt, quæ Oeco-
 lampadius in illum locum, cum reliqua
 transferret, dicit se non habuisse: nos au-
 tem non solum in editione illa Græca, quæ
 Romæ quadragesimo secundo anno facta
 est, sed etiam in antiquissimo exemplari
 Oxonij legimus, in quibus, sicut ferè in cæ-
 teris omnibus, ipsius Chrysostomi sensum
 habet. quod Augustinus & antiqui omnes
 consentunt, ille quidem in libro contra e-
 pitolam Fundamenti, de Petro inquit, cui
 Dominus pascendas post resurrectionem
 oues commendauit, hoc ipsum Cyprianus
 dicit libro de simplicitate prælatorum.
 Non est opus plurimis hoc confirmare testi-

monijs. Iam tertium illud: Ego pro te ro-
 gaui Petre, ut non deficiat fides tua, manife-
 stè Petro specialiter dici, totus ostendit con-
 textus. Simon (ait) ecce sathanas expetiuit
 uos, ut cribraret, sicut triticum: primò om-
 nes dicit expetitos à sathana: & statim: Ego
 autem inquit, rogauit pro te, ut non defi-
 ciat fides tua. Orat certè etiam pro alijs. Ego
 (inquit) non pro mundo rogo, sed pro his,
 quos dedisti mihi. Orat pro omnibus: sed
 quod specialiter pro Petro, & ad Petrum di-
 citur: Rogauit pro te, speciale aliquid osten-
 dit: & id præcipuè, quod sequitur: tu ali-
 quando conuersus, confirma fratres tuos.
 Cum enim proposita omnium tentatio-
 ne, unus iubetur confirmare omnes, aper-
 tè unitas fidei ostenditur, quæ quod in o-
 mnibus eadem esse debet, meritò exigit, ut
 ad unum tandem pertineat eius in omni-
 bus confirmatio: ut unus ultimus sit iu-
 dex, & unitatis conseruator. Si hoc non
 esset necessarium, nequaquam uni præcipe-
 retur: Confirma fratres tuos. Et si non ex-
 perientia manifesta ostensum esset, quan-
 tum hoc Ecclesiæ contulerit, quàm uerè con-
 firmauerit Petrus fratres suos, dubitari for-
 tè posset, an ab uno confirmandos omnes
 Christus uoluerit. Cum uerò, ut paulò infe-
 rius ostendemus, omnes totius orbis Ecclē-
 siæ eo tempore, & sub his pontificibus, cum
 uera uigeret disciplina, ad Petrum confuge-
 rint, illius doctrinæ & auctoritati se confir-
 mari, & ab aduersarijs defendi postulauer-
 rint: quid opus est ampliori testimonio?
 Marcus Siluestri proximus successor non
 multo plus, quàm trecentis annis à Christo,
 Ecclesiæ Romanæ stabilitatem huic promif-
 sioni tribuit: ex quibus omnibus hoc uer-
 bo, Ego rogauit pro te, agnoscimus significa-
 ri rationè, qua Petrus ex infirmo homine, fa-
 ctus est saxum firmissimū, & ex uno homi-
 ne, factus est pater succedentiū omniū sibi:
 atq; ita perpetuò confirmat fratres. Ratio
 itaq; huius oratio Christi est, Ego (inquit)
 rogauit pro te, hoc est uerum Ecclesiæ funda-
 mentum oratio Christi. Postula (inquit Psal-
 mus) à me, & dabo tibi gentes hereditatem
 tuam, ipsa est ualidissimū robur, & oīs infir-
 mitatis humanæ solida cōfirmatio. In mun-
 do (inquit Christus) pressuram habebitis,
 in me autē pacem. Hæc oratio pro Petro spe-
 cialiter fusa impetrauit illi, ut & si lapsus fue-
 rit, non tamen in finem usq; perseuerauerit,
 sed mox redierit per penitentiam. Hæc ob-
 tinuit, ut deinceps fortior effectus confirma-
 ret fratres, cum in principio Ecclesiæ post a-
 scensionem Christi, & aduentū Spiritus san-
 cti primò ipse loqueretur populis, astanti-
 bus reliquis undecim: ipse & miracula fre-
 quentiora ediderit: ipse & in templo popu-
 lis, & in concilio sacerdotibus loqueretur:
 ipse denique Ecclesiasticam disciplinam
 exerceret, ut in morte Ananiæ, & Sapphi-

Cap. 83.
 Locus Lucæ
 Ego rogauit
 pro te, expo-
 nitur.

Epist. Atha-
 nasio Roma-
 nibus Aegy-
 ptiorum epi-
 scopis.

Ioan. 16.

Actu. 2.

Actu. 5.

Actu. 20.

1. Cor. 10.

1. Cor. 1.

4. cap.

Actu. 5. ræ patet, & admirabilior cæteris haberetur: ita ut in plateis eijceretur infirmi, ut ueniente Petro saltem umbra illius obumbraret quenquam eorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Vbi iam in eo impleri uideas illud promissum: Qui credit in me,

Ioan. 14. opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem uado.

Cap. 84. Vide itaq; in his tribus trium Euangelistarum Christi uerbis ad Petrum, hoc opus Diuini consilij, & admirandæ prouidentia constituti in fundamentis Ecclesiæ suæ infirmum hominem: ut admirabili ratione illi inniteretur aedificiū illud, & domus, in quâ etsi irruerint flumina, flauerint uenti, & descenderint pluuię tyrannorum scilicet persecutiones, hereticorum uersutię nõ corruerit: nec ullæ inferorū portæ in eam unquam præualitura sint. Hunc itaq; ordinē, quo res tanta non solū facta, sed commendata nobis paulatim est, aduertamus. Primò permittitur hoc illi homini Petro apud Matthæum, sed non prius quàm fuisset ei à Patre reuelatum arcanum diuinitatis Christi mysterium: non, inquā, prius quàm dixisset pro omnibus, & aliorum nomine, Tu es Christus filius Dei uiui, tunc illi iam aperte promittitur, quod fundamentum sit futurus Ecclesiæ: ut auctoritate patrum expositum est. Non inquit aedifico Ecclesiam, sed aedificabo, ait, quàm diu enim ipse Christus præsens erat, secundum uisibilem illam corporis præsentiam, non opus erat alio fundamento, infirmis ipsis hominibus, qui ei adhærebant, aedificaturus itaq; Ecclesiam Christus supra Petrum post resurrectionē suam iam tunc, cum hæc diceret, Tu es Petrus, petram ipsum efficit, & saxum. Nam, es, & non tantum, eris, inquit. Datur igitur illi in præsentem nõ minimū fortitudinis donum, atq; ita iuxta hanc aedificij metaphoram possumus merito dicere, collocatur iam in fundamento. Aedificaturi enim solent nonnuncquam aliquanto prius tempore primos fundamenti lapides iacere, & ipsa sola fundamenta aliquandiu sic imbribus, & cælo patentia permittunt, probanda quodammodo, & obduranda. Id uisus est Christus agere, cum hæc diceret Petro: Tu es Petrus, & super hæc petram aedificabo Ecclesiam meam, quia inquit, super te aedificanda est Ecclesia, iam te in fundamento colloco. Accede igitur, inquit, huc, hic est locus tuus: adhære mihi, quem confessus es: ego sum firmissimus lapis. Innitere igitur huic immobili, quā confessus es, diuinitati? hic sit locus tuus, ut proximus mihi factus, & coniunctus sustinere possis Ecclesiæ solidissimū aedificium. Hic igitur primus gradus est aedificatoris nostri celestis, collocatum est primum illud fundamentū Ecclesiæ, & coniunctum est Christo: & ut magis aduertat, quanto consilio, & cunctatione hoc fiat, uide adhuc quiddā

aliud præcessisse: cum enim primò accessisset Christum Petrus, statim sub initium prædicationis, & testimonij Ioānis Baptistæ intuitus illum Iesus ait, Tu es Simon filius Ioanæ, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur, inquit Euāgelista, Petrus. Hoc enim uocabulo Cephas, quod ut Hieronymus inquit, Syrum est, soliditatem quandam in Petro futuram Christus ostendit: uocaberis inquit deinceps firmum, & stabile saxum, quid hoc rogo, quàm designatio quædam est huius lapidis in fundamento collocandi, ac si diceret, te designo, & deputo, ut in fundamento colloceris. Itaq; hic est primus omnium gradus, post æternam Dei prædestinationē, hic incipit executio eius circa Petrum. Quos prædestinauit, inquit Paulus, illos uocauit, iam uocatur Petrus, & significatur destinatus in fundamento Ecclesiæ. Secundus ille est, quem exposuimus ex Matthæo, ubi collocatur iam in fundamento: ostenditurq; ei proprius locus. At uerò quoniam multa opus erat non Christo, sed ipsi Petro probatione, ut ad ueram soliditatem perueniret, relinquitur sic collocatus tentationum turbinibus, ut paulatim eò fiat fortior, quò magis est conscius infirmitatis proprię. Nam & post parum audit: Vade post me Sathana, nõ lapis, quæ Dei sunt, quia enim Christo consilium dare uoluit, absit inquit à te Dñe, non erit tibi hoc: de cruce, & passione loquens, quam indicauerat Christus, atq; ita præire uolebat, & non sequi: propter quod incipiebat iam scandalum pati crucis: admonetur à Christo ut sequatur, uade inquit, post me: ut teneat locum designatū sibi, & ostensum prius, ut adhæreat illi petre, si uult constans esse. Relinquebatur enim paululum arbitrio & sensui suo: & mittebatur nonnihil deflectere à rectitudinis illa linea, in qua collocatus erat à summo illo aedificatore, atque ita nutabat, sed reductus à Christo rursus stat. Verum quæ restabat ultima illa probatio, in qua casurus erat Petrus, quia deserturus erat locum fundamenti sui, & nõ adhæsurus petre diuinitatis, sed humanitati: unde non mirum si cum ea, infirma quidem secundum speciem exteriorē, pauente, atq; timete ceciderit: ipse cum cæteris in hora illa terribilis tentationis, quando, ut in Psalmo scriptum est, liquefiebat terra, & oēs qui habitabant in ea, terra illa, caro scilicet Christi, liquefiebat charitatis ardore, & humilitate: propter nos oēs uerò habitantes in ea Apostoli scilicet, & discipuli timore, & trepidatione, quia itaq; hoc restabat, & promiserat ibidem Deus, se confirmaturū columnas terræ huius, restauraturum scilicet, in conspectu hominū infirmitatē illam suā, & glorificaturum, ostensurumq; illam fuisse omnem nostram fortitudinem, & Apostolos etiam ipsos per Spiritus sancti aduentum: instante hac hora, in illa ultima cœna lapidi

Ioan. 1.

lapidi illi suo, quæ deputauerat fundamentum, quæ constituerat iam, in eo specialius loquitur: Ecce inquit Sathanas expetiuit uos, ego autem rogavi pro te: in hac significans tentatione communi omnibus specialem sibi curam esse de Petro: & q̄ libero suo arbitrio dimissus casurus esset, & sese auersurus à Christo: ne, cum hoc conspiceret, desideret animo, & in eam laberetur desperatio nem, in quam & Iudas: Ego, inquit, rogavi pro te: non preualebit, nec diu tenebit te ille casus, & ideo conuersus ab illa negationis auersione, & conuersus ad agnoscendam infirmitatē tuam, quā nunc quasi fortitudinem iactas, animam pro te ponam, & paratus sum tecum & in carcerem, & mortē ire, dicens: Ab his itaq; conuersus ad me, agnita infirmitate, & peccato tuo, non miraberis infirmitatē proximorū: sed quod mihi coniunctior, & propinquior eris, eō magis per compassionem infirmorū fratrum ad eos etiam conuersus confirma illos exēplo ipso tui casus, & posterioris fortitudinis, deniq; & ueritate doctrinæ. Hoc itaq; iam tertium est, quod circa petram efficit Christus, magis uidelicet ipsum sibi uiuens, & futuri casus consciū reddens, & permansurā promissionis suæ, quam & impleuit illi etiā inter ipsas suas abiectionissimas passiones, cum conuersus Iesus respexit Petrum, & recordatus est Petrus uerbi Domini, & egressus foras fletit amarē, Ecce conuersum Petrū, ecce ad suum locum, quem reliquerat, reditum: idēq; à Christo, se prius conuertente ad illum, & suis oculis ipsum trahente: unde & post resurrectionem ab Angelo, ut insignis, inter ceteros nominatur, & ab eo, qui proculdubio reliquis erat præstantior, Ioanne plurimum illi delatum esse, idem ipse scripsit. quū enim audissent, non esse corpus Domini in monumento, currebant, inquit, duo simul Petrus scilicet & Ioannes, & ille alius discipulus præcurrebat citius Petro, & uenit ad monumentum, non tamen introiuit, quousq; Petrus ueniret, & introiret: & tum inq; alius, qui prius uenerat introiuit. Non uides quantā illi exhibeat Ioannes ille, qui super pectus Domini recubuit reuerentiā? Verū restabat ut apertius, & coram omnibus restitutus in suum locum Dñs Petrum ostenderet. Sequitur igitur ultimum, Etastantibus reliquis ait illi: Simon Ioannis, diligis me plus his? ubi cum ille respondeat: etiam Domine, & Christus hanc responsionem non improbet, confirmat ipsum ceteris altius sibi coniunctū esse, & ideo dignū à se factum, qui ceteris omnibus præsit, & præ ceteris in cura ouium, & gloria martyrii Christo accedat. Pasce, inquit, oues meas, & cum senueris, alius te cinget, & ducet, quod tu non uis, significans qua morte esset clarificaturus Deum: & tandem, sequere, inquit, me præ ceteris uidelicet omnibus mihi cō-

iunctus esto, quibus uerbis (ut satis superius ostendimus patrū testimonijs, & ostendimus iam iam sensu Ecclesiæ totius orbis) commissa ei cura est, & Christo in aliam uitam translato, & p̄pterea dicente: Hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad uos, cum essem adhuc uobiscum, illo, in quā, nō cum eis existente, sed per transitum quendam eis apparente, Petrus substituitur, & nō obscure, sed coram quinque alijs Apostolis, & Nathanaele (hos enim refert Ioannes præsentem fuisse) declarat ipsum ceteros debere præire, & loco sui habendum ab omnibus. hoc enim cuncta illa significant, & præcipue illud, sequere me. Nec enim tūc magis ipsum, quā alios corpore credendi sunt Christum sequutū, nec aliquō ibat Christus, quod opus esset Petrum sequi, sed sequere inq; me in hoc magisterio, & prælatione, atq; ita nunc ultimum, non tantū ipsum in fundamento constitutum ostendit, sed etiam superædificat ipsi alios: & illum loco sui ceteros habere præcipit. Hæc igitur circa Petrū à Christo perfecta, nō certē illum singulariter respexisse, aut ad eum solū pertinere, sed ad successores etiam suos in eo munere, & magistratu, quæ tunc instituebatur, persuasit Christus ipse Ecclesiæ suæ, ut ita agnosceret perpetuū gradum, quod perpetuō in ea maneret, institutum esse in Petro magistratum in quā proprium Ecclesiæ, & unius hominis à Christo dependentem primatum, quo præcipue unitas Ecclesiæ conferuetur, humano quodam more, sed supra humanam uirtutem, sicut Ecclesia societas quædam humana est, & ab homine gubernari eam Christus uoluit, cum certē posset, si aliter uelit, per se, absque homine eam regere: sed ut diximus in principio huius loci de Ecclesia, nimium esset abiecta humana conditio, nisi ministerio hominum Deus uteretur ad gubernandos homines. Qui ergo uidemus singularem Ecclesiarum Episcopos, & pastores, uicarios utiq; Christi in eius grege, & capita, & agnoscimus, ut ex Cypriano superius citauimus, oportere in Ecclesia catholica unum esse Episcopum, quid mirabimur si in tota hac magna Ecclesia, cuius omnes aliæ partes sunt, & membra, etiam sit unus uicarius Christi reliquis omnibus Ecclesijs, & earum capitibus superior: per quem in unitatem fidei, rituum, & morum, quantum necessarium est omnia membra, cum dissenserint, colliguntur: & ne dissentiant contineantur? Cur inquam hoc durius accipiunt, qui sequuntur sensum suū? cur difficilius erit Deo, magnā hanc Ecclesiā totius orbis continere per unum hominē, q̄ minores alias, & priuatas, eius uidelicet mēbra? aut cur uolumus hic inuisibile caput Christum, & inuisibile etiam dependentiam ab eo quærere? nunquid quia aut minus necessariū est uniuersali Ecclesiæ uisibile caput, quā particulari

Luce 24.

Cap. 85.
Supradicta
de Petro successoribus etiam
conuenire.

Cap. 86.
Necessario
esse in Ecclesia uniuersali unum caput uisibile.

Luce 22.

Ioan. 20.

Ioan. 21.

bus, aut quia si non minus necessarium, nō æquè possibile, aut facile? Quis uerò hoc dixerit, nisi qui Dei nō cogitat omnipotentiam, cui nihil difficile est? Primum uerò, quis etiam non manifestè uideat, affirmari non posse? quis non intelligat, quò partes Reip. magis distāt, quò latius patet ciuitatis, uel regni societas, eò magis necessarium esse, ut in unū colligantur, & contineātur? Viciniora, & propinquiora facilè sese agnoscunt, & inuicem participant: At uerò quæ nimium remota sunt, maiori labore congregantur, & continentur. Certè hoc habet hominum natura proprium, ut sicut exterior cultus illis necessarius est, quo interiora sua exerāt, & prodant, & per externa alijs significant, & in eis conueniant: ita ut unitas interioris, & exterioris cultus seruetur, necessarius est corporeus, & uisibilis locus, atq; altare. O

Iosue 22. ostendit hoc altare illud filiorum Ruben, & Gerh. citra Iordanem ædificatū, non quidem, ut illi fatentur, in holocausta, aut uictimas offerendas, sed in testimoniū, inquit, ut seruuiamus Dño. Vbi duo consideranda sunt, huic proposito non incommoda. Alterum quòd ipsi fecerunt: alterū quòd oīs reliquus populus Israël. Illi enim uidentes se Iordanis flumine separatos à reliquis timuerunt, ne ea locorum intercapedo, & fluminis impedimentum successu ætatū, & generationū, occasio fieret schismatis, atq; discessionis à ueri Dei cultu. Visibile quærit testimoniū, ut eadem inuisibilis fides, & idem exterior cultus nō minus ad se, & posteros, quàm ad reliquos filios Israël, & successores eorū pertinere ostenderetur. Quod consilium, cum Eleazar summus sacerdos, & totus populus Israël probant, meritò à Deo credendum est fuisse, & ostendere, quantum sit opus uisibiliter, & corporeè uniri eos maximè, quos longè distantes in eandem fidem, & cultum necesse est conuenire. Quod autē populus Israël tunc fecit conuenientes omnes in unum ut dimicarent contra eos, & mittentes Phinees filium Eleazari, & decem principes tribuū suarū, atq; dicentes: quæ est ista transgressio, cur reliquistis dominum Deum Israël, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes, & cætera, quæ illis dixerūt, quo à tanto schismate, quò timebant eos abducerent, quantum nostra confirmant? quantum ostendunt uisibilem hanc congregationē necessariam? Primò quòd in eo populo, qui Christiani figura fuit, & umbra unum tantum templum, & unum duntaxat holocausti altare uoluit Deus esse, cōseruan

Deut. 12. de unitatis causā. Caue, inquit, ne offeras holocausta tua in omni loco, què uideris: sed in eo, què elegerit Dominus, in una tribuuarum offeres hostiam, quòd & si non factis seruati, cum populus immolaret in excelsis, quòd diu tamen unū templū agnitū fuit, & unus locus diuini cultus: tam diu unitas

seruata est illius populi, & cum primū Ieroboam ab illo templo separauit populum, erectis uitulis aureis, sacerdotesq; illegitimos constituit, & cultus Dei, & uera fidei unitas perierunt, quòd ne fieret, prohibuerat Deus, & sanè quando memoria erat legis eius, & recentium beneficiorū, educationis ab Aegypto, & introductionis in promissionis terrā, totus populus arma sumpsit ut id prohiberet. Quid igitur moliuntur, qui à pastore uno, quem Deus Ecclesiæ suæ præfecit, contendunt auertere Christianum populū, ut uidelicet non plus Germaniæ cum Italia conueniat in fide, & cultu, quàm in alijs politicis, & externis rebus: imò multò minus quàm in illis: & pari ratione cæteris Christianis populis? Non opus hic est alio fortiore argumento, quo probemus hoc unitatem Ecclesiæ scindere, quàm re ipsa cōstituantur Ecclesiarum status, ut illi uolunt, ut iam apud se constituūt, ubi præualent: & re ipsa ostenditur nulli Ecclesiæ quicquā cōmune esse cū altera, nisi quantum sibi placuerit, atq; ideo nullā posse esse concordiam, quia nullū iudiciū, & nullus ordo. O certè miserrimam conditionem talis Ecclesiæ, imò iam non unius, sed pluriū. Si enim oēs illæ una Ecclesia, ubi ratio, quæ dissidentes uniantur? quæ si hæc deest, deest unitas. O confusionē interminabilem unius Ecclesiæ. Dicunt aduersarij illa de uno altari, & templo ad tempus legis ueteris pertinere, nunc uerò quando in omni loco munda offertur oblatio Dño, quum magnum est nomen eius in Gentibus, iam his opus nō esse. Fatemur quidem unitatem Ecclesiæ spiritualem esse, non corpoream, dum in omni corporeo loco offertur Dño oblatio munda: sed in uno spiritu, in una concordia fidei, de qua scriptum est: quod multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Quia tamen, & si sub spiritu lege sumus, & spiritualis unitas præcipuè nobis commendetur, homines tamen sumus corporei, & corporeis reb; tenemur, & mouemur, & ab hominibus gubernari nos Deus uoluit, quæ non uideat Ecclesiā totam uniuersalem ab uno hoīe regi oportere: nec corpoream illam unitatē, quam ad seruandam morum, & fidei spiritualem instituit ipse Christus, contemnendam esse? Quare id tantum restat, ut sicut diximus, ostendamus sensisse semper patres, atq; doctores Ecclesiæ, & cum eis totā Ecclesiam in Petro à Christo Dño perpetuū institutū magistratum, qui, quamdiu Ecclesia permanens est, promissione Christi constabit, & præcepto eius agnoscendū est ab omnibus in Petro, & in successoribus omnibus eius Romana Ecclesiæ pontificibus: ubi sedes illa uoluntate Christi collocata est, concessum esse primatum Ecclesiæ administrationis, & uicariam potestatem uice Christi in uniuersos fideles: atque ideo ipsos caput esse, & patres

3. Reg. 12.

Act. 4.

Cap. 87.
Omnes patres, & uniuersam Ecclesiam agnoscisse successores Petri, ut uicarios Christi.

tres omnium fidelium, & Ecclesiam illam matrem omnium aliarum Ecclesiarum agnouisse Christo persuadente totam Ecclesiam, est ostendendum: quod cum antiquæ Ecclesie statum ex historijs fide dignis intuenti re ipsa compertum sit, moluntur tamen aduersarij non solum obsecrare, sed in contrarium etiam ita conuertere, ut simpliciores aut omnino decipiant, aut plurimum turbent. Confirmandum est igitur nobis, non multis, quod ab alijs factum est, sed certissimis, & lucidissimis testimonijs omnium ætatum, & temporum Ecclesie. In qua re magis periclitamur copia rerum, quam penuria: Difficilius nobis est ex multis pauca seligere, quæ foret coaceruare immensa: sed conabimur, præcedente nos diuina luce, efficaciora, quæ occurrerint nobis referre. Primus igitur ex prima ætate Ecclesie, quam ab Apostolis usque ad concilium Nicænum, & Constantinum imperatorem, atque Siluestrum papam merito computari posse iudicamus, quo tempore certum est Ecclesie sinceritatem permanuisse, & totius auaritiæ, atque ambitionis speciem quam longissimè abfuisse ab ea, inter persecutiones grauissimas, & martyria maximè Episcoporum, primus inquam ex illa ætate dignissimus testis, Irenæus ille Lugdunensis Episcopus, qui Polycarpi Apostolorum discipuli auditor attentissimus fuit, & præcedentium sanctorum tenuit memoriam, & scripto commendauit laudes cuius Eusebius commendat frequenter in Ecclesiastica historia. Is igitur 3. lib. aduersus hæreses Valentini, postquam de traditione Apostolorum, ad quam in omni controuersia fidei recurrendum docet, locutus est: & eam inquirendam dixit, in illis Ecclesijs, quas Apostoli instituerunt, & docuerunt, de qua re superius satis dictum est, sic loquitur. Sed quoniam ualde longum est, in hoc tali uoluntate omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximè & antiquissimè, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo Romæ fundata, & constituta Ecclesie, eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam ab omnibus fidei, per successiones Episcoporum peruenientem usque ad nos iudicantes, confutidimus eos, qui quoquo modo uel per sui placentiam malam, uel uanam gloriam, uel per cæcitatem, & malam sententiam præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorē principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles: In qua semper ab his, qui sunt undique, conseruata est ea, quæ ab Apostolis est, traditio. Hæc primò inquit Irenæus, non quasi noua, aut à se adinuenta, sed ut re ipsa certissima, & testimonijs omnium confirmata, in quibus uide ea, quæ diximus de uno magisterio, & iudicio necessario ad unitatis in fide conseruationem, & de

corporea, & uisibili unione, atque loco ad spirituales conseruandam, ad hanc, inquit, Ecclesiam Romanam necesse est omnem Ecclesiam conuenire: hoc est eos, qui sunt undique fideles necesse inquit est: non uoluntati permittit cuiuslibet: sed omnes dicit necesse esse ad hanc conuenire. Nunquid credi potest, hoc à se conseruasse Irenæum? quomodo audeat ad conueniendum in Romanam Ecclesiam astringere omnes, aut quis sustineret eum audire, nisi res certissima foret? neque ipse hanc tam certam assertionem sine testimonio reliquit, in hac inquit conseruata est semper ab his, qui sunt undique, Apostolorum traditio: semper ait, & ab omnibus, uel ab his, qui sunt undique, ut ille loquitur, conseruata est in hac Ecclesia ueritas prædicationis Apostolorum. quomodo, rogo, ab omnibus conseruata est in Ecclesia Romana hæc fides, nisi quia omnes semper agnouerunt in ea seruari: & ideo illius fidei se adiunxerunt, ad eam referentes quod crederent & quod dubitarent, ut ab ea explicaretur expectantes. Itaque habemus omnium præcedentium testimonijs illi suam confirmasse sententiam: Habemus Romanam Ecclesiam maximam esse, antiquissimam, principalem, & potentiorē cæteris omnibus, fundatam à duobus Apostolis, in qua semper traditio Apostolorum seruata est, ad quam omnes tenentur conuenire, qui sunt ubique fideles animorum uidelicet, & cordium consensu. Sed audienda sunt attentissimè omnia, quæ sequuntur. Hæc igitur consequenter addit. Fundantes igitur, & instruentes beati Apostoli Ecclesiam, Lino episcopatum administranda Ecclesie tradiderunt: Huius Paulus in his, quæ ad Timotheum sunt, epistolis meminit: succedit autem ei Anacletus, post eum tertio loco ab Apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui & uidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis: cum adhuc insonantem prædicationem Apostolorum & traditionem ante oculos haberet: non solus enim, sed adhuc multi supererant tunc ab Apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente dissensionem non modicam inter eos, qui Corinthi essent fratres, facta, scripsit, quæ est Romæ Ecclesia, potentissimas literas Corinthijs, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab Apostolis receperat, traditionem. Et deinde quædam refert ad hanc traditionem pertinentia, quæ nunc non est opus referre. Hinc tamen collige: iam tunc Romanam Ecclesiam alias confirmasse, & reparasse fidem earum, & pacem: idque cum superuierent, qui ab Apostolis docti erant: ut iam impleretur illud Petro, & successoribus (ut diximus) mandatum à Christo: Confirmata fratres tuos. Audiamus iam qualiter contexit successione huius Ecclesie usque ad sua tempora. Clementi, inquit, succedit Euaristus. Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab Apostolis constitutus

Cap. 88. Irenæi, & cum præcedentium patrum fides de primatu Ecclesie Romanae.

Cap. 3.

est Sixtus, ab hoc Telesphorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit, ac deinceps Iginus, post Pius, post quem Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione, & successione ea, quæ est ab Apostolis in Ecclesia traditio, & ueritatis præconatio peruenit usque ad nos: & est plenissima hæc ostensio unã, & eandem uiuificatricem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis usque nunc sit conseruata, & tradita in ueritate: Hæc omnia Irenæus. In quibus quanquam post priora illa de primatu Romanæ Ecclesiæ, non est cur apertiora testimonia quæramus: habes tamen quantum considerauerit antiquitas successione hanc Ecclesiæ Romanæ. Nam ea inquit Irenæus conseruatur traditio Apostolorum, & peruenit, inquit, usque ad nos præconium ueritatis. Nouerat Irenæus successiones aliarum Ecclesiarum in tam recenti memoria Apostolorum, & eorum, qui ab eis edocti sunt, quas & historijs præditas habemus. Eusebius frequenter in Ecclesiastica historia meminit successione Hierosolymitanæ Ecclesiæ, in qua primus fuit Iacobus: Antiochenæ, in qua Ignatius: Alexandrinæ, in qua Marcus: Ephesinæ, in qua Ioannes Apostolus sedet: sed Irenæo satis fuit illius Ecclesiæ successiones texere, ad quam inquit, oportet omnem Ecclesiam conuenire. Adduxit ibi Polycarpi testimonium, & Ioannis etiam de uitandis hæreticis, & traditione Apostolica tenenda, refert Polycarpum Smyrnenis Ecclesiæ constitutum Episcopum, in Asia Romanam uenisse sub Aniceto, quem decimo loco posuit in illa successione, ibique multos confirmasse in catholica fide: quum testimonium redderet Apostolicæ traditionis. Nec desunt huius temporis, cuius mentionem facit Irenæus, & illorum pontificum, quorum meminit, quos agnoscit, & probat ueros successores Apostolorum Petri, & Pauli testimonia. Habemus enim uitæ, & constitutionum ab eis editarum, diligentia Damasi Papæ, cõscriptam memoriã. Habemus decreta, atque epistolas eorum plenas sollicitudinis, & curæ omnium fidelium, & Ecclesiarum, & ad omnes scriptas. Anacletus quidem ad oēs fideles scribit, & tertia epistola eius Episcopis, & fidelibus omnibus Christi directã, quam manifestissimam prædicationem habet huius potestatis Ecclesiæ Romanæ: Audiamus quædam eius. Hæc sancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super uniuersas Ecclesias, & totum Christiani populi regem assecuta est, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, ubi refert cetera, quæ eo loco dicta sunt. Ibidem quarundam Ecclesiarum mentione facta, tandem

inquit: Inter Apostolos quædam fuit discretio: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum uoluerunt, ut reliquis omnibus præficeret Apostolis, & Cephas, id est, caput, & principatum teneret Apostolatus. Euaristus huius successor consulitur ab Africanis Episcopis, de quibusdam ad Ecclesiæ dispensationem pertinentibus: & respondens illis de hoc priori epistola sic loquitur: Dilectio uestra normam secuta prudentium ad sedem Apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid debeat de rebus dubijs custodire, potius quam usurpationem præsumere. Alexander, quem post hunc etiam refert Irenæus, ad omnes orthodoxos scribit epistolam, obedientiam præcipuè, & Ecclesiasticarum traditionum custodiam commendans, in qua & sic loquitur: Relatum est ad huius sanctæ, & Apostolicæ sedis apicem, cui summorum dispositiones causarum, & omnia negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi Apostolorum Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Non est opus plura referre, ex his pontificibus: nec admodum curamus, quod quidam uolunt de epistolarum harum ueritate, & auctoritate dubitare, id certum est antiquissimæ auctoritatis illas esse, in Ecclesia, unde fieri potest, ut nonnulla sit inter sequentes scriptores diuersitas: sicut etiam est de primorum illorum pontificum ordine: nobis satis sit testimonium Irenæi, & rei ipsius, quæ manifestum facit hos pontifices gubernasse alias Ecclesias, & agnitos fuisse ab illis, ut superiores. Sequamur iam ordinem primæ illius ætatis. Constat enim post duodecimum, quem Irenæus ponit, Eleutherium usque ad Siluestrum successisse uiginti alios pontifices, quos manifestum est similiter omnium Ecclesiarum curam gessisse. Hoc tempore fuit Cyprianus Carthagenensis Episcopus, & totius Africæ primas, & maxime uiuus & mortuus in Ecclesia auctoritatis, qui contemporaneus Cornelio, & Lucio, & alijs pontificibus multa de hac causa scripsit, quibus putant aduersarij Ecclesiæ se adiuuari. Ille igitur sit nobis huius ætatis secundus fide dignus testis. Est igitur attentè audiendus: pauca quædam loca ex eo nobis sunt adducenda, quibus eius sententia lucidissime ostendatur. Igitur librum scripsit de simplicitate prælatorum, cuius superius meminimus, aduersus hæresum, & schismatum, quæ post priores perfectiones tyrannorum sub Christi nomine emerferant, in Ecclesiã pestilentissimum malum, & diaboli, ut ille ait, callidissimam adinventionem, qui, ut ait, secundum Apostoli uocem transfiguratur se in Angelum lucis, & ministros subornat suos, tanquam ministros iusticiæ, afferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem

Cap. 89.
Cypriani
sensus de primatu Romanæ sedis ostenditur.

rationem sub obtentu spei, perfidiam sub
 prætectu fidei, Antichristum sub uocabulo
 Christi: ut dum uerisimilia mentiuntur, ue-
 ritatem subtilitate frustrentur. Audi igitur
 unde omnes hæreses, & schismata putet ma-
 nare, & quod aduersus ea proferat remediū:
 sic loquitur proximè post illa, quæ diximus:
 Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad ueri-
 tatis originem non reditur, neq; caput quæ-
 ritur, nec magistri cœlestis doctrina serua-
 tur, quæ si quis consideret, & examinet, tra-
 ctatu longo, atq; argumentis opus non est,
 probatio est ad fidem facilis compendio ue-
 ritatis. Hæc primò proponit, quæ rogo, non
 leuiter percurrantur. Tria dicit, unde orta
 sunt schismata, & hæreses: quia non redi-
 tur ad originem ueritatis: igitur agnoscit
 Cyprianus ueritatem fidei originem certam
 habere, & illam esse requirendam, si nolu-
 mus errare, & decipi. Secundum addit, quia
 caput non quæritur: agnoscit igitur caput
 esse in Ecclesia, quod ab hereticis omittitur:
 & quærendum sit ab his, qui errare nolunt:
 & certè dixerat ipse proximè Christum ab
 hereticis etiam agnosci, & quæri: & tamen
 postea inquit, quod caput non quæritur: qd
 uerò, aut quale intelligat caput, etsi hac con-
 iectura affirmare possemus, aliud esse à Chri-
 sto, quem scit ab omnibus ut caput haberi:
 nolo tamen ut huic coniecturæ credatur: sed
 ipsum audiamus hæc explicantem. Tertiū
 postea dicit, unde illa sint mala, quia cœle-
 stis magistri doctrina non seruatur, de Chri-
 sto apertè intelligens: nec certè ibi de uni-
 uersa Christi doctrina loquitur, q̄ non tam
 breui cōpendio, ut ille ibi inquit, facilis est:
 non loquitur de tota scriptura: sed de par-
 te aliqua, quæ ad originem illam, & caput, de
 quibus locutus est, pertinet. Cū itaq; hæc
 tria proposuisset, mox ad ea tractanda cir-
 cumspectissimè accedens, sic inquit, nullo
 interposito post illa, quæ citauimus uerba.
 Loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi,
 inquit, quia tu es Petrus, & super istam pe-
 tram ædificabo ecclesiam meam: & portæ
 inferorum non uincunt eam: & Tibi dabo
 clauis regni cœlorum: &, Quæ ligaueris in
 terra, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque
 solueris super terram, erunt soluta & in cœ-
 lis: & eidem post resurrectionem suam di-
 cit, Pasce oues meas. Et quamuis Apostolis
 omnibus post resurrectionem suam parem
 tribuat potestatem, & dicat: Sicut me misit
 Pater, & ego mitto uos: Accipite Spiritum
 sanctum, cui remiseritis peccata, remitten-
 tur ei: si cui tenueritis, tenebuntur: tamen,
 ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem
 originem ab uno incipientem sua auctori-
 tate disposuit, Hoc erant utique ceteri Apo-
 stoli, quod fuit Petrus, pari consortio prædi-
 ti honoris, & potestatis: sed exordium ab
 unitate proficiscitur, ut Ecclesia una mon-
 streretur: quam unam Ecclesiam in Canticis

Canticorū Spiritus sanctus ex persona Do-
 mini designat, & dicit: Vna est columba
 mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa
 genitrici suæ, multa hoc contextu dicit de
 hac unitate Ecclesiæ, de quibus postea refe-
 remus quædam: nunc uerò ex his aduertam-
 mus, quam Christi doctrinam, quam origi-
 nem ueritatis, quod caput Cyprianus aduer-
 sus hæreses ostendit, de nullo Euangelij lo-
 co locutus est, nisi de eo: Tu es Petrus, & Pa-
 sce oues meas, quæ Petro Apostolo dicta in-
 telligit, & dicta ad Ecclesiæ unitatem perpetuò
 seruandam. hoc dicit esse exordium, si-
 ue originem, atq; ideo caput unitatis Eccle-
 siæ: sed exordium inquit, ab unitate profici-
 scitur: colligunt aduersarij ex hoc loco, om-
 nes Apostolos æquales fuisse Petro assertu-
 se Cyprianum: sed hoc utcunq; sit, Cypria-
 nus manifestè Petro illi datum asserit, ut ori-
 go sit, à quo proficiscatur unitas, & hanc ori-
 ginem in uno esse oportere, non in omni-
 bus: unitatis, ait, originem ab uno incipien-
 tem Christus sua auctoritate disposuit: sua
 inquam auctoritate, qua dixit: Tu es Petrus.
 Hoc nulla tergiuersatione euadi potest. Pe-
 trus est secundum Cypriani sensum, quem
 certissimum iudicat, & præter omnem con-
 tentionem origo unitatis, & caput. ad quod
 redeundum esse dixerat, hoc non datum est
 alijs Apostolis: sed uni Petro. Quare non
 immeritò, quod dixit prius, æquales fuisse
 omnes, paresq; honore, & potestate, expo-
 nendum est ita: ut prærogatiua hæc Petri
 non auferatur, ut constet unum esse, à quo
 est origo unitatis, & qui caput est, & hunc Pe-
 trum, non alium aliquem. Sit igitur æquali-
 tas inter omnes Apostolos in ordine Aposto-
 latus, ut multi interpretantur, sicut omnes
 Episcopi ordine Episcopatus æquales sunt:
 fit tamen superior omnibus Petrus, ut unus
 sit, qui omnes in unum contineat. Sunt om-
 nes Apostoli æquales, ppinquitate quadam
 ad Christum, ab illo immediatè edocti, & or-
 dinati, nisi cum omni Apostolica potesta-
 te in mundū, ab illo donati Spiritu sancto,
 non à Petro. Nam & ipse Paulus, postea uoca-
 tus ad Apostolatam, tamen hunc honorem
 non patitur sibi auferri. Paulus (inquit) A-
 postolus, non ab hominibus, nec per homi-
 nem, sed per Iesum Christum: & ibidem:
 Notum uobis facio, fratres, Euangelium, qd
 euangelizatum est à me, quia non est secun-
 dum hominem: nec enim ego illud accepi
 ab homine, nec didici, sed per reuelationem
 Iesu Christi. Et postea, Mihi, qui uidebantur
 aliquid esse, nihil contulerunt, &c. Sint itaq;
 in his pares omnes alij Apostoli Petro. Sed
 hoc non aufert, illum etsi ordine alijs parè,
 gradu tamen superiorem esse. Itaq; eiusdem
 ordinis superior est, sicut archiepiscopus e-
 piscopo: atq; ideo caput, & origo totius uni-
 tatis Ecclesiæ. Interpretantur quidam alij a-
 liter hæc Cypriani uerba, nec desunt, qui exi-

Galat. n

Galat. 2.

stimant Cyprianum sensisse, quod fuerint omnes Apostoli æquales, antequam illud diceretur Petro, Pasce oves meas, ubi prælatus fuit alijs. Ideo enim interrogatur, Diligis me plus his, ut plus auctoritatis intelligeret omnes illi dari: quem sensum non rejicimus. Hoc constat certissimum, Cyprianum hoc loco manifestè asserere, in Petro institutum esse munus perpetuò duraturum: in quo munere origo sit unitatis, atq; auctoritas capitis, quibus in unitate contineatur omnis multitudo fidelium. Loquebatur Cyprianus de suo tempore, in quo non Petrus, sed successores Petri erant in Ecclesia: hos dicit agnoscendos esse, ut unitas conservetur. Sed audiamus, quæ post pauca dicit de hac unitate: sic enim loquitur: Quam unitatem firmiter tenere, & vindicare debem⁹, maximè episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum, atq; indivisum probemus, nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat: Episcopatus unus est, cuius singulis in solidum pars tenetur: Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur: quomodo Solis multi radij, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum tenaciùs radice fundatū: & cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiarum largitate, unitas tamen servatur in origine. Anelle radii Solis à corpore, diuisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non potest: à fonte præcide riuum, præcisus arefcit: sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est, quod ubiq; diffunditur: nec unitas corporis separatur: ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extendit: profuantes largiter riuos latius expandit: unum tamen caput est, & origo una, & una mater fecunditatis successibus copiosa. Hæc ibi Cyprianus, ubi consequenter multa & sanctè, & eloquenter de hac unitate loquitur. Sed nos hæc attentè cogitemus, & his, quæ proximè citauimus, coniungamus: coeperat ille originem, & caput quærere, ad quod recurrendum esset. Petrum inuenit, in què ut dixit, Christus sua auctoritate originem unitatis disposuit. Post hæc hanc unitatem in his verbis, de quibus nunc agimus, tribus aptissimis similitudinibus explicat: unius lucis solis, & multorum radiorum: unius radice, & ramorum plurium arboris: deniq; unius fontis, & riuulorum multorum. Vide quàm propriè in his omnibus multitudo unitur, non nisi per id, quod unum initio est. Vna radix multos continet ramos: una scaturigo fontis in plures diuiditur riuulos: unum lumen in plures radios. Quid ergo aliud his omnibus ostendit, quàm in

Ecclesia etiam unum esse, quod multitudo colligitur: & quod aliud, quàm quod caput dixerat, & nunc iterum dicit, unum caput, & una origo est, à quibus præcidi, aut separari, excicari, & perire esse illis tribus exemplis confirmat. Præcide ramum ab arbore, germinare non poterit, riuum à fonte arefcit: radium à sole, perit. Quid igitur apertius dici potuit? Hæc enim omnia ad Petrum retulit: nec ad Petrum duntaxat illum singularem, sed ad eum, qui etiam suo tempore in Ecclesia erat, ad munus uidelicet, & gradum Petri. Calumniantur, quod dicat, Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur, quasi nullus sit unus toti Ecclesie præses. Certè qui id ex hoc loco colligunt, nimium sunt suæ sententiæ amore excacati: ut contrarium colligant eius, quod maxime toto contextu Cyprianus conatur explicare: esse unam radicem, & unum caput in Ecclesia, esse, inquam, Petrum, ut radicem arboris, ceteros Episcopos, ut ramos. Quod igitur, inquit, Episcopatum unum esse, nonne aperte ostendit, in uno esse radicem, ut ita dicamus, & originem eius: à quo, qui se separat, sit ut ramus, aut riuulus à radice, & fonte præcisus. Audiant qui hæc legunt: Episcopatus unus est, sicut Ecclesia una. Nam de hac unitate loquitur. Unus est episcopatus totius Ecclesie: nec enim de episcopatu priuata alicuius Ecclesie intelligi potest: sed huius unius totius Ecclesie episcopatus pars à singulis episcopis, Cyprianus inquit, tenetur in solidum, non à singulis, non in singulis origo est, & caput, sed pars quædam, ueluti riuulus, aut ramus: à singulis, igitur intellige, præter illum, qui caput est, tenetur pars: ab illo uerò, qui origo est, nihil aufertur de aliorum potestate: sicut radix nihil aufert à ramo, aut si hoc non uis, ut scilicet excipiamus illum, quum de singulis locutus est, sic intellige, sicut supra dixerat, hoc erant ceteri Apostoli quod erat Petrus: etiam ille Christi ordinatione suam habet Ecclesiam, quia unus Episcopus est, & ordine episcopatus par ceteris. Dum ille itaq; unam proximè gubernat Ecclesiam, scilicet Romanam, ostenditur Christi ordinatione plures esse episcopos, & iustum esse, ut singularum plebium, singuli sint Episcopi: sicut plures fuerunt Apostoli. Non igitur minus Episcopus est Carthagenensis, aut Alexandrinus, siue Hierosolymitanus, quàm Romanus: unius episcopatus partem quilibet tenet, sed omnes unam habent originem, & radicem, Petrum scilicet illum, cui dictum est: Pasce oves meas, cui in Ecclesia perpetuò hoc munus commissum est unitatis seruandæ. Nec illud omittendum est, quod in solidum dicit à singulis partem teneri. Quod ergo in solidum Cyprianus dicit, significare uoluit, ex illis tribus similitudinibus digniorem se elegisse, cui conferret unitatem hanc, & multitudinem Ecclesie, lucem uide licet,

licet, quæ quo purior est, & ratione quadam altior corporibus, & ad similitudinem spiritualium rerum plurimum accedens: sic non diuiditur per plures radios, sed, integra in se manens, participatur à pluribus, sicut uox cum à multis auditur, quod non ita in ramis arborum aut riuulis fontium contingit. Huic igitur Ecclesiam assimulat: non diuiditur, sed à singulis in solidum, hoc est, tota & integra eius unitas habetur. Altera est hæc Ecclesia ab illa, sed sicut hic radius ab illo diuersus est, uterque tamen plenam, & integram habet lucem: ita & quilibet Episcopus integræ continet Ecclesiæ unitatē, hoc est in solidum à singulis partem teneri: quæ de loco hoc Cypriani eò dicta sunt, quia quod ille grauitate & eloquij & sententiarū, in qua insignis est explicauit, in diuersos sensus trahitur ab his præcipue, qui nihil aliud nouerunt, quam ad suam sententiam oēm detorqueere scripturā, etiam sacran: quibus difficile est, & certe nobis impossibile, auferre cōtendendi materiam. Nos modestis ingenijs, non præoccupatis erroribus, & affectibus loquimur. Intueantur argumentum, quod hoc loco Cyprianus tractat, certè non aliud est, quàm aliter non posse errores, & schismata in Ecclesia destrui, quàm si caput, & origo teneatur: & ad illa semper recurratur. Hæc ex illò uerbo Christi, Tu es Petrus, &c. dicit facile cognosci: nam auctoritate Christi in Petro hæc sunt constituta. His consonant omnia alia, quæ loquitur, nec uideo si huius loci summam colligere uelimus, aliā esse posse, quàm hæc, quæ dicta est. Nec tamen hic solum Cyprianus de hoc locutus est: duo alia sunt nobis adferenda, quibus ille hunc, de quo agimus, locum magis explicat. Epistola igitur ad Cornelium papam, quæ primi libri epistolarū tertia est, post multa de auctoritate, & potestate sacerdotali, de quibus superius non uolauimus, sic loquitur: Nec enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quæ sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex uice Christi cogitur: cui si secundum magisteria Diuina obtemperaret uniuersa fraternitas: nemo aduersum sacerdotum collegium quicquā moueret: in quibus uerbis, qui meminit, quæ superius diximus, esse Cypriani: merito debet eadem ipsa hic explicatius dicta agnosceri: atque si utrunque locum attentè cogitet, & ex altero alterum exponere uelit, aliqd hic obscurius est, sed ex alio loco clarescit: quod unum ad tempus sacerdotem, & iudicē uice Christi cogitandum in Ecclesia dicit. Referre fortè quis posset ad singulas Ecclesias, ut in qualibet unus uicem Christi teneat, & quamuis hunc non esse sensum Cypriani, si quis attentè legat, iste locus ostendit (Quid enim Cyprianus totā Ecclesiam oēm Christianorum congregationem unam esse sen-

per confiteatur, & doceat: cur in hac unum non exiget uices Christi gerentem? Propterea inquit, quod uniuersa fraternitas ei secundum magisteria Diuina obtemperare debet: & statim ait, quod nemo aduersus sacerdotum collegium quicquā mouere debeat, collegium sacerdotum, Episcoporum congregationem intelligēs, in qua ne schismata sit, agnoscit Cyprianus unum semper agnoscendū esse, qui inter ceteros uices Christi teneat: sicut in Aphrica Carthaginēsis, ita in tota Ecclesia aliquis. Hæc ex ipsis uerbis colligi possunt) tamen confer ea his, quæ alio loco loquitur: dixerat ibi schismata esse, quia non reditur ad originem, & caput, quod Petrum esse in una ac uniuersali Ecclesia, ad quam pertinent oēs Apostoli, affirmauerat. Cum igitur hic similiter dicit schismata oriri, quia non agnoscitur unus sacerdos uice Christi in Ecclesia, nonne agnoscis idem dicit, quod ibi: & hunc unum esse, quæ dicit ibi originem, & caput? Nam non post multa in hac ipsa epistola uerba illa dicit, quæ superius citauimus, quæ supra Petrum ædificata sit Ecclesia. Sed audienda sunt quedā alia eiusdem epistolæ uerba, quibus omnia supradicta exponantur, prius tamen paucis argumentum epistolæ est explicandum. Schismatici quidam in Aphrica damnati Romā propeperauerant, & summa proteruitia Cornelii pontificem aggressi, ut reciperet quasdam literas, quæ contra Cyprianum adduxerant, instant. Is enim summa integritate, & grauitate Episcopo digna disciplinam Ecclesiasticam seuerissimè retinebat, cōtra quæ schismatici illi clamabant, apud Cornelium multa turpia, & probrosa aduersus Cyprianum dicturos, nisi suas literas reciperet. Quibus uerbis commotus Cornelius ad Cyprianum scripsit: & Cyprianus hac epistola respondit. Mirū quanta Christiana libertate, quanta auctoritate episcopali. Nam ex ea sumunt aduersarij multa, unde colligunt Cyprianum nihil agnouisse superioritatis in Cornelio, fratrem eum uocat: & miratū se dicit, quod commotus fuerit illorum uerbis, & plane obiurgat ipsum, sed sanctissima quadā unitatis intentione, & zelo iusticiæ, & indignatur quodammodo, quod contra se aliqd ab illis schismaticis Cornelius audiret: ubi se ipsum, quanquam inuitus, & subuerecundè commendat à persecutionibus, & periculis constantissimè toleratis. Denique, quæ aduersarij ex hac epistola maximè contra primum Romanæ sedis portant, suo loco adferemus: nunc quod commodum est explanandis supradictis omnibus audiamus. Igitur contra schismaticos illos loquens, sic inquit: Post ista adhuc insuper, pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare audent: & ad Petri cathedram, atque Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis, & prophanis literas ferre. Audi

hæc, rogo uocat Romanam Ecclesiam cathedram Petri, & principalem Ecclesiam: nonne satis hoc erat, ut principatū Romanæ Ecclesiæ agnoscamus, Cyprianum docere? sed quod sequitur est attentè audiendum: ex hac Ecclesia dicit unitatē sacerdotalem exortam esse, & quod hoc, quàm quod ex libro de simplicitate prælatorū diximus? quid aliud eo loco uocauit originem, & caput, nisi unde oritur unitas? sic ibi dicit, postquam citaauerat uerba, Tu es Petrus, Exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur: quis ergo nō uideat, caput illud, & originē, de qua dixerat, nunē fateri Ecclesiam Romanam esse? Itaque propria hæc sic se inuicē exponūt, ut merito apertissimā Cypriani sententiā, et Romanæ Ecclesiæ primatum agnoscamus: atque ex ijs cetera Cypriani uerba nouerimus exponenda esse. Audiamus tantū alia his conuenientia, & quædam manifestissima. Scribit aliam epistolam eidem Cornelio, quæ libro tertio habetur, de schismaticis quibusdam qui ab Ecclesia recesserant, reuersis, & errorem suum agnoscentibus, & detestantibus: quos ille cū uniuerso populo, summo eum gaudio susceperat: & de hoc, atque eorū confessione, & uerbis sic loquitur: Vna uox erat omnium Deo gratias agentium, gaudiū pectoris lachrymis exprimentes, complectentes eos, quasi hodie pœna carceris fuissent liberati: & ut ipsorū propria uerba designem: Nos, inquit, Cornelium Episcopum sanctissimæ catholicæ Ecclesiæ erectū à Deo omnipotente, & Christo Dño nostro scimus: nos errorem nostrum confitemur: circumuenti sumus perfidiæ loquacitate factiosa: Videbamus quasi quandam communicationē cum schismatico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit: nec ignoramus Vnum Deum esse, & vnum Christum esse Dominū, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere. Hæc ibi Cyprianus, Hæc fuit confessio, quæ ita ipsum, suamque Ecclesiam laudauit, ut scribat Cornelio hæc eadem hora eodem momento ad te scripta transiit, ut nulla procrastinatione habita, uelut præsens nobiscum Dño nostro gratias agas. Vide quàm certissima hæc erāt in Aphricana Ecclesia Cypriani tempore, Romanū Episcopū uniuersalis Ecclesiæ esse episcopum, catholicæ, inquit, Ecclesiæ, totius Ecclesiæ, non hic est locus cauillo, quo dicitur, quælibet Ecclesiam catholicam esse: propterea addunt Pauli uerbis, qui dicit, vnus Deus, vna fides, vnū baptisma, vnus episcopus in catholica Ecclesia, quibus uides quàm uerè cōfirmetur, quæ diximus, quod quum tota Christi Ecclesia nō minus sit vna, quàm quælibet alia priuata, non minus illa vnum episcopū habere debeat. Certè hæc confessio hoc habet, ut quicumque

vnum Deum, vnū Patrē, vnum dominum Christum, vnum Spiritum sanctum agnoscerent: agnoscerent etiam vnū Episcopum: Omnes inquit vnus Ecclesiæ mēbra. Hæc igitur nobis sufficiat, ut Cypriani testimoniū non tantū fidei suæ, sed totius Aphricæ, & certè totius orbis Christiani, de Romanæ Ecclesiæ primatu habeamus manifestissimū. possumus & huic adiungere pontificum Romanorū, Cypriano cōtemporaneorum, auctoritatem, certè ipsius Cornelij, qui eodem modo, quo superiores pontifices, omnium Christianorum curam gessit: prima epistola est ad omnes sanctæ Ecclesiæ filios, & recta fide Dño famulantes, secunda Rufo episcopo orientali dirigitur, in qua auctoritatis huius Romanæ Ecclesiæ, quasi iam certè stabilitæ memoriam facit, Exigit tua, inquit, dilectio, frater charissime, ut ex auctoritate sedis Apostolicæ tuis debemus consultis respondere, & postea inquit, hæc sancti uiri præcessores nostri, qui huic sanctæ uniuersali Apostolicæ Ecclesiæ præfuerunt ante nos, &c. In causa uerò Nouati hæretici quid egerit, & quibus scripserit, ex Eusebij historia, & ex eius literis constat: omnia ostendūt hanc auctoritatem. Lucius huius successor, ad quem Cyprianus scribit, eodem modo omnium Ecclesiarum curam gessit, scribit epistolā ad Galliæ, & Hispaniæ episcopos, & ut uideas, qua auctoritate, sic loquitur: Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiā à tramite Apostolicæ traditionis nunquā errasse, pbatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit, sed ut in exordio normam fidei Apostolicæ percepit ab auctoribus ipsius, Apostolis Christi principibus, secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationē, qui discipulorum suorum principū in suis loquitur Euangelij: Petre, inquit, ecce sathanas expetiuit uos, &c. & post quædam sic dicit de Christo, fidē beati Petri non defuturam promisit, & confirmare eū fratres suos admonuit, quod Apostolicos pontifices nostræ exiguitatis præceptores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitū: quorum & pusillitas mea, licet impar, & minima, pro suscepto tamen ministerio diuina dignatione, cupit pedissequa existere: & deinde, quantum ad hoc astricti sint pontifices Romani, ostendit. Hæc igitur de huius temporis fide, qua in principio hoc Ecclesiæ primatus Romani pontificis, & Ecclesiæ suæ agnitus est institutione Christi, & Euangelicis testimonijs debent nobis sufficere, ut in ore Irenei, Cypriani, & quatuor, aut quinque pontificū Romanorum, sanctissimorum martyrum, quos illi agnoscunt, stet firmum hoc Ecclesiæ fundamentum. Verum apponamus his, uelut coromidem, testimoniū Athanasij, Alexandrini episco-

Epist. 11.

Cap. 91.
Cornelij, &
Lucij Romanorum con-
temporaneo-
rum Cypri-
ano auctorita-
te probatur
primatus
Ro. Ecclesiæ.

Cap. 92. Athanasij, et
 omnium sui te-
 poris episco-
 porum Aegy-
 ptii, & Nicae-
 ni concilij au-
 thoritate idē
 probatur.

episcopi, sedis uidelicet illius, quae semper in
 Ecclesia post Romanam iudicata est proximū
 locū tenere, propter Petri Apostoli nomen, &
 Marcū euangelistā discipulū eius, quae eam fun-
 dauit auctoritate: Itaque Athanasius & propter
 tantam sedem, & propter celebratissimā famā,
 singularemque & eruditionē, & constantiā fi-
 de dignissimus testis merito esse debet, sed
 nos etiā in illo, qui praesens fuit Niceno Con-
 cilio summā auctoritatis in Ecclesia, etiā
 ipsius concilij sensum credimus ostendi. Nec
 enim ille alienū sequeretur sensum, sed nec
 illius tantum, uerum uniuersorū Episcoporum
 Aegypti simul cum eo habebimus testi-
 monia, nec unicū tantum. Sit igitur primū
 ex epistola ad Marcū Romanū pontificem,
 quā scribunt petentes exemplaria Niceni con-
 cilij, cuius capita Athanasius fatetur septua-
 ginta fuisse à se ad Ecclesiam Alexandrinam
 deducta: uerum ab haereticis combusta, quae
 ualde considerandum est, cum nos uix ui-
 ginti habeamus. Igitur sic habet illa episto-
 la: Dño sancto, & Apostolici culminis uene-
 rando Marco, sanctae Romanae, & Apostoli-
 cae sedis, atque uniuersalis Ecclesiae papae, Atha-
 nasius, & uniuersa Aegyptiorū Episcopi. Vi-
 de igitur si desiderari potest apertior confes-
 sio Romanae, & Apostolicae sedis: atque uniuersa-
 lis Ecclesiae episcopū uocauit, nec uerbis
 tantum Athanasius, sed operibus etiā hunc
 primatū Romanae Ecclesiae agnouit: imò u-
 niuersi orientales Episcopi, atque Graeci hoc
 tempore agnouerunt tam catholici, quam haereti-
 ci. Vide quod scribat Theodoretus de Eusebio
 Athanasij aduersario, atque à uera fide alieno,
 libro quarto historiae tripartitae: Calūnias,
 inquit, in Athanasium Iulio Romano ponti-
 fici destinauit simul cum confortibus suis:
 Iulius uerò ecclesiasticā legē secutus, ipsos
 Romam uenire precepit, & uenerabilem Atha-
 nasium ad iudiciū regulariter uocauit, ubi
 Athanasium paruissē dicit, & uenisse Romam,
 sed non alios. Vide rursum, quod eodem libro
 Sozomenus scribit, ubi Athanasium Alexan-
 drinum, Paulum Constantinopolitanū, atque
 duos alios Episcopos Romam uenisse, ubi &
 erat Adrianopolitanus episcopus, similiter
 Graecus, refert, quorū omnium causas Roma-
 nus pontifex cognouit, ipsosque suis Ecclesijs
 restituit, intelligens Niceno concilio concor-
 dare, & orientales episcopos literas scripsit,
 increpans eos, quod uiros inculpabiles suis Ec-
 clesijs expulissent: & licet illi maximē schis-
 matici grauitur hoc tulerint, & Iulio rescri-
 pserint quaedam sediciosius, illud etiā ex eo-
 dem constat, & ex epistola Iulij eius sententiam
 praeualuisse. Vide epistolam ipsam ad
 Orientales episcopos pro causis Athanasij, et
 epistolam Orientaliū ad ipsum, & demum
 rescriptum ipsius ad illos, ubi hanc sedis Ro-
 manae auctoritatē manifestissimē asserit, &
 licet schismatici quidam restiterint, auctori-
 tate tamen Niceni concilij, cuius aliquot ca-

pita ibi referens, quae nos non habemus, tan-
 dem suam sententiam confirmat, dure ipsos
 increpans, quod catholicos omnes orientales e-
 piscopos constat secutos fuisse. Itaque legantur
 illa & iam etiam Concilij Niceni testi-
 monium huius primatus, & Graecorū om-
 nium manifestissimum uidebis. Ex illis igitur
 omnibus hoc duntaxat uerbum hinc re-
 feremus. Iulius Orientalibus rescribens sic
 loquitur, Sancti patres in Nicæa congregati
 leges statuerunt, quas nos canones appella-
 mus, ne facile probi ab improbis damnaren-
 tur, ex quibus nonnullas sententias his inse-
 ri iudicauimus: ut tantorū patrū auctorita-
 te nostra roboraretur epistola. Primus igitur
 canon, quem adducit, haec habet uerba:
 Ut omnes Episcopi, in quibuscunque grauiori-
 bus pulsantur, uel criminantur causis, quoties
 necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent se-
 dem: atque ad eam quasi ad matrem confugiant:
 ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, &
 defendantur. Non est opus plurafferre: Ha-
 bemus ex his totius Ecclesiae Latinae, & Grae-
 cae & ipsius concilij Niceni conspirationē,
 & consensum in primatum Romanae Eccle-
 siae uerbis, & operibus manifestum: Suf-
 ficere possint haec, nisi uelimus credere tan-
 tos patres, imò & totam illorum temporum
 Ecclesiam errasse, sed pauca addenda sunt,
 quo sequentis temporis consensus in hanc
 fidē ostendatur in catholica assertione, cap.
 de summo pontifice, Ambrosij, Augustini,
 Chrysostomi, & Theophylacti adduximus
 testimonia, asserentia Petri totius orbis cu-
 ram commissione Christi gessisse: & Ambro-
 sius Damasum toti Ecclesiae, de qua Paulus
 dicit, quod est domus Dei, columna, & firma-
 mentum ueritatis praesidere dicit. Augustinus
 probat epistolas Africarum conciliorum ad
 Innocentiū, & illius responsa, hoc ipsum con-
 fitetur: rescripsit (inquit) ille nobis ad omnia
 modo, quo oportebat, atque decebat Apostoli-
 cae sedis antistitem: tam uerò in epistolis dua-
 bus conciliorum Africarum, & altera fami-
 liari quinque episcoporum, inter quos Augusti-
 nus se fatetur fuisse, quae in responsionibus In-
 nocentij apertissime ostenditur hunc prima-
 tum Ecclesiae Romanae Africanos tunc ag-
 nouisse. Atque haec omnia, non longè post Nicæ-
 num concilium. Non est tamen inter hos o-
 mittendus Hieronymus horum temporum ma-
 ximae auctoritatis, & doctrinae presbyter, in
 Ecclesia. Is non nihil ante Innocentium, atque
 Concilia illa Africana, de quibus Augustinus
 tempore scilicet Damasii, de contentione Ar-
 rianorum in orientis partibus ad ipsum scri-
 bit duas epistolas: ambae plene sunt confes-
 sione huius primatus. Constitutus enim in
 Syria apud Antiochana Ecclesiam, propter di-
 uersa dogmata, suspectos habens episcopos
 quosdam, à Damasio petit responderi: qui-
 bus debeat comunicare. Omnia digna sunt
 lectu: sed pauca hinc apponamus uerba. Ita

Cap. 93.
 Ostenditur
 Patrum se-
 quentium con-
 sensus de pri-
 matu Roma-
 ni Pont.

Epist. 106.

2. tom. epist.

igitur inq̄t, in priori. Ego nullum primū nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri cōmunionē consecror: super illam petrā ædificatam Ecclesiam scio: quicunq̄ extra hæc domū agnū comederit, peribit regnante diluuiō. Quid apertius, rogo, dici potest, q̄ illum perire, quicathedra Petri non cōmunicat: & hoc, inq̄t, longè separatus ab urbe Romæ. Vide q̄d tandē dicat in fine huius epist. Quamobrē obtestor beatitudinem tuā, per crucifixū, mundi salutē, per hominonem trinitatē: ut mihi epistolis tuis siue tacendarū, siue dicendarū hypostase dētur auctoritas. In altera sic etiam inq̄t: hīc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat, monachorum circā manentiū gregis antiqua in me insurgit auctoritas: Ego interim clamito, si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Milesius Vitalis, atq̄ Paulinus tibi hæc re se dicunt: possē credere, si hoc unius assereret: nūc autē aut duo mentiuntur, aut oēs, idcirco testor beatitudinē tuam per crucē Dñi, &c. ubi p̄ multa sacra obtestatur ipsum, ut mihi literis tuis, apud quē in Syria debeā cōmunicare, significes. Noli despiciere animā, pro qua Christus mortuus est. Hæc itaq̄ Hiero. scribit, ut uides q̄ necessariū hoc crediderit: hoc, inq̄t, scribit Damaso, cuius tēpore, ut Theodoretus ait, lata fuit à Gratia nō Christianissimo Imperatore lex, ut episcopis expulsis, qui cōmunionē Damasi sequerentur, suæ redderentur Ecclesiæ, ut intelligas, q̄ ueræ Romanæ Ecclesiæ cōmunionē necessaria semper credita fuerit. Ne igitur diutius tancāmus lectōrē. Non iam unius, aut alterius patris testimonio, sed antiquissimorū conciliorū duntaxat simus auctoritate contenti. Trium itaq̄, quæ post Conciliū Nicænū à tota Ecclesia suscepta sunt, quæ simul cum illo de p̄cipuis dogmatibus fidei rectam doctrinā tradiderunt toti Ecclesiæ, quæ Gregor. sicut quatuor euangeliorum libros suscipit: tria inquam, hæc testimoniū perhibent primatui Romanæ Ecclesiæ, illi sese uniunt, & ab ea pendere confitentur. Primum Constantinopolitanū centū quingenta patrū, sub Theodosio imperatore, & Damaso papa diuinitatē Spiritus sancti contra Macedoniū docet: & s̄mbolum illud patrū, q̄d in Ecclesia solenniter canimus, in cōcilio Nicæno cœptū compleuit, in quo unā sanctam catholicā, & Apostolicā Ecclesiam confitentur. Scribūt patres huius cōcilij Damaso, & reliq̄s sanctis Episcopis in maxima Roma collectis epistolam, cuius meminit Theodoretus, in Ecclesiast. histor. in qua sic aiunt: Quia tamen fraternā circa nos charitatē ministrantes synodum in Romana urbe Dei uoluntate fecistis, & nos illuc tanquā ppria mēbra literis Dei, amabilis principis, euocastis: Et post q̄dam: Oratio q̄dem nostrā fuit, si esset possibile, ut oēs nostras relin-

quentes Ecclesias desiderio utili iungeremur. Hæc q̄dem primō aiunt: ubi uides, q̄ se membra agnoscant Romanæ Ecclesiæ: & ad eius uocationē debere se cōuenire: Dein de uerō causas apertissimas, quare uenire nō possent referētes, tandem legatos mittūt, per quos inquit, & nostrā pacificam uoluntatem, & intentionē habentē unitatis ostendimus. Ephesinum uerō manifestius hunc primatū agnouit, in quo Cyrillus Alexandrinus episcopus uices Romani pontificis agebat: sic enim habet acta quædam eius, prima actione cōcilij Chalcedonensis recentita, sedentibus Deo amantissimis, & religiosissimis episcopis Cyrillo Alexandrinę, & agente uices sanctissimi, & beatissimi archiepiscopi Romanæ Ecclesię Celestini. In Chalcedonensi autē, horum quatuor ultimo, legati Leonis papæ primū semper locum tenent. Sic habet prima actio cōueniente sancto, & uniuersali concilio, id est, Paschasino, & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio religiosissimo presbytero, tenentibus locum sanctissimi, & reuerendissimi archiepiscopi almæ urbis Romæ Leonis. Vnde & actione decima habes, quia missi Apostolici semper in Synodis prius loqui, & confirmare soliti sunt: & deniq̄ fatetur uniuersum Concilium Leonem pontificē caput esse, & p̄sidere, ut habes epistolā, quā ad ipsum scribit, in fine tertie actionis: tu quidē, inquit, sicut membris caput præeras in his, qui tuū tenebant ordinē. Quid igitur opus est, pluribus hæc cōfirmare? certē Leo primus, & Gregorius sanctissimi fuere Romani p̄tiffices, & tales semper ab Ecclesia agniti. Quantā uerō totius Ecclesiæ curam gesserint, & q̄ uerē eorū auctoritas agnita fuerit ab omnibus: & deniq̄ quā utilis, epistolæ eorū ostendunt: quæ oēs plenæ sunt hac sollicitudine. Posteriorū temporū non est opus doctores citare, quū manifestissimum sit magno consensu omnes hoc affirmasse, & operibus in magnis causis ostendisse. Tria enim sunt, in quibus & ratio ipsa, & tota Ecclesiastica historię series docet, necessariā esse hanc auctoritatē unius super oēs in Ecclesia. Primum ad synodum uniuersalem congregandam. Quomodo enim uocari possunt oēs episcopi, nisi à superiori: quomodo contineri? Si enim cuilibet liberū fuerit uenire, aut non: nullum poterit Concilium fieri. In concilio Chalcedonensi ab omnibus episcopis clamatum est, Ephesinum secundum non esse dicendum conciliū, quia nec Apostolica auctoritate coactum est, nec ritē peractum. Socrates in Ecclesiastica historia Conciliū ab Eusebio Antiochiæ Syriæ celebratū, pessimū & schismaticū refert, & inter cætera, quia nec Iulius inquit maximæ Romæ præsul interfuit: nec in locum suum aliquē destinauit: cum utiq̄ regula Ecclesiastica iubeat, nō oportere præter sententiam Romani pontificis

Lib. 9. hist.
tripar. ca. 2.

Cap. 93.
Trium Conciliorū uniuersaliū Nicænū sequentium auctoritate primatus Romanæ Ecclesiæ ostenditur.

Lib. 9. trip.
hist. cap. 13.

Cap. 94.
Trium ad quæ primatus Romanæ Ecclesiæ necessarius est.

Actione 10.
prope finē.

Lib. 4. trip.
part. hist.
cap. 9.

his concilia celebrari. Secundum uero, ad quod
 hanc unius auctoritas necessaria agnoscitur,
 causa fidei sunt, cum scilicet contraria ad re-
 tam fidem pertinere à diuersis asserantur:
 quum enim una debeat esse fides totius Ecclē-
 siæ, necesse est, ut ultimū sit aliquod iudiciū,
 quod certè esse non potest, nisi sit unus supre-
 mus, ad quod etiā concilia uniuersalia con-
 gregata sunt: ut ipsa, quæ habemus, manife-
 stissimè ostendunt: in quibus Dei prouiden-
 tissima ordinatio ostenditur: dum ita unus
 præsidet omnibus, ut tamen omnium consi-
 lijs utatur: quæ nisi uno colligente, & ordi-
 nante, quid essent, quàm tumultus, & mur-
 mur? sed de hoc postea pluribus est agen-
 dum. Denique & tertium, ad quod ea requiritur,
 maiores causæ sunt: dum scilicet agitur de
 mutatione status Ecclesiæ, aut controuersia
 sunt inter ipsos episcopos primates ma-
 ximè. Hæc enim in Ecclesia frequenter eue-
 niunt, nec enim tranquillitas perpetua hu-
 ius uitæ, & tēporis est, atque ita nec huius Ec-
 clesiæ. Nec certè quod aduersarij uolunt pati
 tur status Ecclesiæ peregrinantis, ut hæc oīa
 à Christo fiant: aiunt enim, difficile non esse
 illi, cōcordare oīa, de quo scriptum est: Qui
 habitare facit unanimes in domo. Quid er-
 go opus est alio iudice, maximè cum non-
 nunquā uiderimus, aiunt isti, hos, quos no-
 bis loco Christi imponitis, errasse, & cecidisse
 in multis: idque non raro: quibus etiam ad-
 dunt schismata, & contentiones, quibus inter
 eos ipsos sepe laboratū est: plures enim non
 nunquam se gesserūt, ut Romani pōtiffices:
 & inquit inter hos Brent. suis his prolegome-
 nis, quod Damasus ipse, cuius superius mentio-
 nem fecimus, & ostendimus eius tēpore, &
 legibus imperialibus hanc auctoritatē Ro-
 manæ sedis cognitā, per seditionem, & mul-
 tas cædes est electus in pontificē: & iam eius
 tempore Roma, Babylon, & purpurata me-
 retrix dicebatur. His multa addunt, quibus
 paruulos scandalizant, & omnino excludūt
 ab hac saluberrima unione. Quid igitur re-
 spondendum eis? certè non aliud, quàm quod
 si Diuinæ prouidentia in gubernandis re-
 bus omnibus, & sua maximè uera Ecclesia ra-
 tionē attentè cogitare: uel ea sola confide-
 ratio sufficeret ad hæc, de quibus agimus,
 maximè illis persuadenda: uidemus enim
 in ipsius uniuersis, omniumque hominū mo-
 deratione, in principijs scilicet, & finib. atque
 medijs & priuatorū hominum, & ciuitatū,
 atque regnorum, & monarchiarū, Deum ita
 cuncta attempasse, ut nec testimonia defint
 prouidentia suæ, nec tanta, ut non sit neces-
 saria fides plurima: permittit cursui cuidā
 rerum, & humanæ prouidentia, quibus fit,
 ut malis contingant prospera, bonis aduer-
 sa, præualeant mali contra bonos: ut scili-
 cet fide, & spiritu boni uiuant, & cœlestia
 quærant. Inter hæc uero quedam etiā specia-
 lia signa curæ, quæ habet bonorū, ostendit,

quod prosperitate illa Abraham, & Israëlitiçi po-
 puli agebat: & sunt utriusque horū in regnis
 omnibus, & quotidie in uita hominū mani-
 festa exēpla. Nec enim tā manifestè se Deus
 ostendit gubernatorē omnium, ut non multa
 inordinate fiant, & ad tempus permaneant:
 nec ita obscure, ut qui attendere uelint, non
 habeant, quæ sufficere possint testimonia.
 Et hæc quidē Deus in administratione tem-
 poraliū harū rerū agit: nec in his tantūm,
 sed & in ipso salutis nostræ mysterio, atque di-
 spensatione assumptæ pro nobis carnis. Sic
 enim oīa attemperata fuerunt in illo opere,
 ut quàm plurima humana ratione faceret
 Christus: ita ut nihil in eis, quod humana infir-
 mitas, appareret. Sic expectauit moras illas
 nascendi, crescendi, & ad pfectum ueniendi
 nobis cōsuetas: sic fuga declinauit hostes: sic
 denique & passus est. Inter hæc uero adhibuit
 diuina quædam miracula, ne omnino fides di-
 uinitatis periret: angelorū testimonia: cura-
 tionū remedia: & naturæ, retumque mutatio-
 nes: ut obscuratio solis, & terræ motus ipso
 patiente. Hæc est itaque ppetua ratio admini-
 strationis rerū, qua Deus utitur, quæ merito
 etiā in sua Ecclesia per hæc peregrinationē de-
 ducenda, exercenda & cōseruanda, quousque
 tandē ad ultimā illam beatitudinē pducat,
 eam seruare si cogitemus: non solum nullū
 patiemur scandalum in cōseruatione infir-
 mitatū, & imperfectionū Ecclesiæ, sed potius
 omnibus ædificabimur ad fidem. Subtraxit
 se Christus Ecclesiæ suæ, quare? nisi ut fide
 uiuamus: subtraxit gratia suæ manifesta si-
 gna, dum sic nos regenerat per baptismum,
 & à reatu præuaricationis Adæ liberat, ut ta-
 men eidē morti, eisdē molestijs, & casibus,
 quibus & alij, qui non regenerati sunt, laborāt,
 obnoxios relinquat: cur etiā, nisi ut fide ui-
 uamus? Eadē igitur ratione suæ Ecclesiæ uni-
 tatē, & pacē cum uideamus cum gubernare,
 unde scandalizamus? si oīa ppetua sancti-
 tate, & puritate in sua Ecclesia semper serua-
 set, ut certè posset, ubi fides? ubi patientia san-
 ctorum? ubi denique cōditio humanæ nature?
 illa pfecta sanctitas reseruata est futuro secul-
 lo: ubi non iam merita, sed præmia meritorū
 sunt. Alia uero debet esse huius seculi ratio,
 cui cōuenit, ut per speculū, & in ænigmate
 Dei gratia, & prouidentiam agnoscamus in Ec-
 clesia per fidē scilicet, quæ probanda est. Certè
 non minus miraculum foret, nullum malū,
 nullum scandalū, in Ecclesia, in Christi mi-
 nistris, denique in uicario eius ppetuū inueni-
 ri: quod si ipse Christus præsens quotidie nobis
 appareret. Atque ea ratione Deus Ecclesiā in
 hac peregrinatione sic gubernaret, ac si iam
 in cœlesti esset patria. Hæc uero non expedi-
 re, satis pbat, quod id non consonat ceteris Di-
 uinæ gubernationis legibus. Dum itaque lapsus
 pontificū, abusus Romanæ ciuitatis, uel Ec-
 clesiæ, & schismata mihi narras, uideo cur-
 sum humanarū rerū, uideo hoies, & illorū

Cap. 95.
 Quod con-
 tentiones &
 schismata Ro-
 mane Ecclē-
 siæ nihil de-
 trahant cer-
 tissimæ fidei
 primatus Ec-
 clesiæ.

mores. Putaueras nō esse hoīes, qui Christia-
ni sunt, aut nihil humanū in eis futurū, qđ
maius miraculū posset quærere infidelitas?
certè ut Paulus inqt, euacuatum esset scanda-
lum crucis: & ego dixerim, & meritū fidei.
His enim modis illa exercetur: sed nē om-
nino deficeret, miris argumētis Diuinæ, pui-
dentia ratio in hac ipsa hominū infirmita-
te illā confirmat: dū uidelicet inter hos oēs
humanos lapsos p̄ hominū infirmorū, mo-
rientiū, & sibi inuicē succedentiū, discordan-
tiū, & contendentiū ministeria suā fidē,
suā Ecclesiā, sicut, p̄misit, usq; hodie per
M. D. & eo amplius annos seruauit: ut nō du-
bitem uel hac experientia, etiā usq; ad fi-
nem seculi seruaturū. Liberius, inqt Bren-
tius, consensit Arrianis, diuersa est etiā in hi-
storijis huius rei sentētia: sed qđ ad nos? nun-
quid, p̄pter eā aut tota Ecclesia consensit Ar-
rianis? aut ipsa saltē Ecclesia Romana succu-
buit? & nō potiūs, si Theodoro credimus,
magna fuit ostensa constantia Romanorū:
cū Felici Diacono Liberij à Constantio
suffecto nunquam Ecclesia cōmunicauerit,
quousq; demū redditū obtinuerūt Libe-
rium. In q̄ iuxta hunc historicū nihil Arria-
næ hæresis, aut cōmunionis cū illis reperi-
mus, quāuis alij aliter scribāt: & diuersa sit
historiarū sententia. Verūm & tūc, nec Ro-
manæ Ecclesiæ fides defecit, nec successio ista
pontificū Romanorū periit, ita testantibus
catholicis, q̄ proximi fuerūt, ut Aug. Hiero.
& Ambrosius. Sufficiāt nobis hi testes: agno-
scunt successores Petri Damasum, post Libe-
rium, & cum eis tota Ecclesia. Thurificauit
Marcellinus idolis, aiūt, qđ nocuit hoc Eccle-
siæ, qđ nec illi qđem obfuit: redijt mox ad se,
publicè confessus est in Ecclesia, & pontifex
agnitus ab ea, & gloriosum martyriū pere-
git. Hęc sunt multē maiora miracula, quā
si nihil horū malorum esset: dum agnosci-
mus homines infirmos fuisse omnes, nec ta-
men hanc infirmitatē Ecclesiæ nocuisse: cer-
tè si hæc attentè cogitemus, & totius Eccle-
siæ progressum usq; ad nostra tēpora, multa
Diuinæ prouidentia argumenta, quibus ad
fideni confirmamur, habemūs. Sed hoc
linū Romanæ sedis p̄petuē seruata in sana
fide, & legitima successione non immeritō
admirabimur: de quo uel paucis nūc nobis
agendum est. Augustinus enim ante mille,
& eo amplius, annos, hoc tanti fecit: ut refe-
rens, quē cum in Ecclesia catholica tenebāt,
dixerit: tenet me in Ecclesia catholica, ab
ipsa sedē Petri Apostoli, cui pascendas oues
suas post resurrectionē Dñs commisit, usq;
ad præsentē episcopatū, successio sacerdotū:
quod Augustinus post miracula, quibus fi-
des cōfirmata est, post consensum in ea gen-
tium, & populorū proximum refert: satis
ostendens hoc nō minimum fuisse miracu-
lum: quantō uerō maius reputasset Augu-
miraculum, successione hanc millequin-

gentorum iam annorum? Ille triginta octo
(ni fallor) pontifices refert in Ecclesia Ro-
mana usq; ad Anastasium, scribens Genero
so: inter quos, ut eius testimonium, qđ pro-
ximè diximus, nō omittamus, post Liberij,
nō Fœlucem, ut quædam historia, sed Da-
masum pōnit. Sed de Augustini sententia in
hac epistola plura inferius adferemus: nūc
interim meritō annotandum est nobis, qđ si
ille triginta octo pontificū successiones, &
quadringentorū plus minus annorū tanti
fecit: quanti nos nūc facturi sumus succes-
sionem continuā ducentorū, & amplius, qđ
triginta pontificū usq; ad Paulum huius no-
minis quartū: mille quingentorum, & am-
plius annorū, de quibus & dicere possumus,
qđ August. eo loco inquit, in hunc ordinem
episcoporū, qui ducitur ab ipso Petro, usque
ad Paulum quartū, qui nūc eadem cathe-
dra sedet, etiam si qs traditor per illa tempo-
ra surrepisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ,
& innocentib. Christianis, quibus Dñs pro-
uidens, ait, de malis præpōitis: Quæ dicunt
facite, quæ aut faciunt, facere nolite: dicunt
enim, & nō faciunt. Vbi duo, rogo, attentè in
August. uide. Alterum qđ ueram successione
agnoscit ex publico testimonio Ecclesiæ: un-
de nō dubitem Anastasium cathedram Pe-
tri tenere: imò hoc ipsum dixit prius sibi
psuadere in ecclesia esse manendū. Non du-
bitauit itaq; ille, qđ consensu populorū fide-
lium successores Petri agnouisset, confiteri,
nec schismatib. & dissensionib. territus fuit,
quæ nouerat contigisse, & hereticis illa obij-
cientibus respondet alibi, sed continuā sue
cessione agnoscit. Reliquū est, qđ peccata illo-
rum etiā traditionē, siue, p̄ditionē fidei in
libris sacris (de hac enim agebat) nihil nocere
Ecclesiæ docet, ut certa, inqt, sit spes fide-
lium, qđ non in homine: sed in Dño colloca-
ta nunquā tēpestate sacrilegi schismatis dis-
sipetur. Itaq; successione hominum agnosci-
mus in sede Petri: sed nō in homine spes no-
stra collocata est. Deū agnoscimus cōserua-
re hanc Ecclesiā: (sicut, p̄misit:) schismata,
& peccata hominū nō curamus: qđ si aliquan-
do ad tēpus p̄manerint: tamen sicut usq; ad
sua tempora Augustinus agnouit, nō p̄pte-
reā defecisse legitimā successione: ita & nos
agnoscimus, nec usq; ad nos defecisse. sed
iam, prouidentia Dei uestigia in hoc uno ope-
re cōsideremus. Nonne Diuinæ uirtutis, &
p̄sentia agnoscendū est fuisse opus, qđ prio-
ribus illis temporib. cū ubiq; & Romę ma-
ximè, lux Euangelica oriri cœpisset, & repu-
gnanti Diabolo, qđ tum regnabat, regnate sa-
pientia, & potentia huius mundi: atq; ideo
grauissimis p̄secutionib. p̄enis, mortibusq;
& tormentorū generibus, & acerbissimis, &
diuturnis & imperatores ipsi fidem Christi
p̄sequerentur: ita ut etsi usq; ad Constantinū
decē uel duodecim p̄secutiones ab impe-
ratoribus suscitatas qđam referant, si tamen
rectè

Epist. 165

Cap. 96.
Proidentia
Dei in seruā-
da successio-
ne Ecclesiæ
Romanæ ad-
miranda.
Lib. cōt. epi-
stol. Funda.
cap. 4.

recte historia consideretur, perpetua quædã persecutio à Nerone usq; ad Constantinum, non multò minus quàm trecentis annis, licet nonnunquã paulò remissior, uel ad breue tempus intermissa uideri possit: nonne igitur miranda diuinæ providentiæ efficaciam fuit, q; in sede Romana Sathanas, & imperatores obtinere non potuerunt, ut deesset certa, & legitima successio? Certè qui hæc per singula (ut ita dicamus) membra considerauerit, intuebitur miranda Dei opera. Occidebantur uno die Petrus, & Paulus, & tam atrociter sequebatur Nero in Christianos, ut ex cadaueribus interfectoꝝ lumina continuata per aliquot noctes fuisse dicantur: & tamen intrepidè audet Linus locũ Petri tenere, nec officio deesse bohi pastoris: afficitur ille supplicio ultimo, & mox succedit Clemens, aut accedit potiùs ad periculum, & uictimam: atq; sic demùm omnibus illis temporibus neq; defuit populi, & clerici cura, & constantia in eligendo pontificè, nec in electis uirtus, & charitas animas suas ponendi pro ouibus, quæ maiora miracula spectare debemus quibus hæc cõfirmetur fides? succedunt post hæc mutationes circa imperiũ, diuersaq; irruptiones in Italiam, & Romã, & hinc circa electiones ipsas pontificũ diffcultates plurimæ ortæ sunt, & cõtentiones, & inter hæc omnia nec defuit hæc successio, & inter legitimi pontifices defuerit officio suo: ita ut etũ nonnulla aliquando fuerit turbatio, unde & in historijs inuenitur diuersitas, tandem semper illuxit diuina gratia Ecclesiæ suæ, qua & agnosceretur uerus pastor, & ipse uel præstaret, quod sui erat muneris, uel certè non læderet Ecclesiam. Multa sunt horũ omnium exempla, sed illa sanctissimi Agapeti, & Siluerij successores eius, atq; Vigiliij maxima sunt. Instat Iustinianus Imperator potentissimus, cum Agapeto Constanti nopoli apud se agente, ad quẽ auertendę irę eius causa ab Italia uenerat, ut Anthemium confirmet hæresiarchã in Constantinopoli tana sede: minatur etiã multa, sed demũ superatus constantia pontificis, eius sententię cedit, & catholicũ pontificem ab eo ordinari petit, quod & fecit, atq; tunc Agapetus sub tanto imperatore Constantinopoli, ut Petri successor agnitus est, & ut superior toto Christiano populo hæreticũ pontificẽ damnat, catholicum constituit: idq; agit constantia liberrima, & increpatione seuera, humiliato, & ad obedientiã inclinato potentissimo monarcha. hoc nõ agnoscemus diuinæ providentiæ opus, infirma mundi in pontifice eligente ut confunderet fortia, & in imperatore ostendente se eum esse, de quo scriptũ est: Cor regis in manu Dei est, & quocunq; uoluerit, uertet illud Sed pstat malitia Diaboli, & quo hæc Dei cura magis ostendatur, agit Theodora imperatoris uxor, ut Siluerius, qui Agapeto successit Anthemium he-

reticũ restituar, additis etiã grauissimis minis: restitit ille sanctissimè: excitatur scemnis furor, & demum falso impositis criminibus, cogitur Siluerius se pontificatu abdicare, & in exilium mittitur: quia non uult iniquæ uoluntati consentire, succedit Vigilius eius Diaconus, & quidem non satis, ut uideatur, ritè ingressus. At etiã Theodora imperatrix ab eo postea exigeret, ut promissis staret, & restitueret hæreticũ, q; uideatur ipsum, qui tunc Constantinopoli erat, ambitione iniquum aliquid promississe. sed utrunq; sit, mortuo Siluerio eius constantiam non imitatus solũ, sed superans nolle se malis promissis stare respondet: & sustinet potiùs, ut captus Constantinopolim duceretur, q; uel iniquitati consentiret: & ibidem multis iniurijs affectus, diuturnoq; carcere uexatus perstat in officio, usq; ad mortem. Vbi uideretur certè sedis ipsius sanctitate purgatus fuisse, qui merito suo indignus uideri poterat. Vexatus enim longa carceris inedia, & afflictione tandem liber dimittitur Romam. Nec uerò permisit Deus illum eò peruenire: sed in uia mortuus, ut uerus Petri successor, sepulchrum Romæ obtinuit. Qua in re ostendit Deus aperte, quantã curam habuerit Ecclesiæ suæ: atq; illud implese quod scriptũ est: Si aut dereliquerint filij eius legem meã, uisitabo in uirga iniquitates eorũ: misericordiam aut meam non dispergam ab eo, nec prophanabo testamentũ meum. Hoc enim uero nostro Dauid Christo promissum merito accipere possumus, ut peccatibus filijs, & iram Dei prouocantibus nobis, non auferat misericordiã suam, sed implet promissa: Porta inferi non praualebunt aduersus eam. & in hac præcipuè sede uicarij Christi illud, quod in domo Dauid, ex cuius successione Christus nasciturus erat, factum legitimus, uidemus impleri, ut remaneat, ait, lucerna seruo meo Dauid cunctis diebus coram me in Hierusalem ciuitate, quã elegi, ut esset nomen meum ibi. Multò enim iustius dicere possumus, elegisse Christum Romam, in qua sedem suã collocaret, dum eã principũ Apostolorũ sanguine fundauit, & multoꝝ milium nobilissimorũ martyꝝ constantia, & meritis ædificauit: ut simul hoc uno opere duo digna sapietia, & uirtute sua iudicia nobis ostenderet, quæ & antea satis pronũciata erant: alterum in punitione Iudæorum, eorũq; directione, & subleuatione gentium: Alterum in huius mundi potentia superanda, Iudæos quidẽ, ciuitatemq; Hierusalem propter grauissimum illud in se commissum peccatum, propter Messiam suum non cognitum, sed crucifixum, & in eo prophetias omnes, deniq; Deum ipsum contemptum, & abiectum, propter Apostolorum prædicationẽ repulsam, sicut prædixerat illis, & figuris ostēderat, ex populo primogenito, ex capite, & primo uoluit ulti-

3. Reg. iii.

Cap. 97.

Admirandã

Dei iudicia

in primatu

Ecclesiæ Rõ

mæ collocat

de.

mum esse, & sibi gentes prælatas in regno hoc Dei, in Ecclesia Christi humiliter agnoscere: dum Aethiopia præuenit manus eius
Psal. 67. Deo, & populus, quæ non cognouerat prius,
Psal. 17. seruiuit ei: & in auditu auris obediuit ei: filij uerò alieni facti mentiti sunt ei, & claudicauerunt à semitis suis: & cum, ut Paulus inquit, gentes quæ non sectabantur iusticiam, inuenerunt iusticiam. Israël autem sectando iusticiam, in legem iusticiæ non peruenit: quæ non ex fide, sed quasi ex operibus, & denique cum inueniretur à non quærentibus, & palam appareret his, qui eum non interrogabant. Hoc itaque iudicio factum est, ut fieret populus Iudæorum, & magna illa ciuitas Hierusalem sicut umbraculum in uinea, & tugurium in cucumerario, & sicut prædixerat illi Deus:
Esa. 1. Aduena, qui tecum uersatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior: ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Sic factum est, quum gentes, quæ, sicut Paulus inquit, erant sine Christo, alienatæ à conuersatione Israël, & hospites testamentorum, facti sunt propè, & denique ciuitas illa gentium ferè omnium domina facta est caput, & Hierusalem mansit desolata, ubi etiam & alterum impletum est iudicium, ut potentia illa, quæ domarat orbem sapientia, & prudentia: Denique malitia Sathanæ, & superbia, quæ omnia sedem suam collocauerant Romæ, infirmorum hominum sola prædicatione, & uirtutibus ad terram prosterneretur, & crucifixi pedibus, imò & seruorum suorum subiaceret: merito cantemus cum
Esa. 25. Esaia: Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas, fideles, amen, quia posuisti ciuitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, super hoc te laudabit populus fortis, ciuitas robustorum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno. Hæc quidem de totius mundi conuersione, prostrataque idololatria, cum quam uerissime dicta sint, merito etiam ea referemus ad ciuitatem, de qua merito Augustinus inquit, quod ut omnibus gentibus imperaret, omnium gentium seruiuit Dæmonijs, facta caput superstitionis totius: quod solius diuinæ potestatis opus merito fuit perpetuo ante oculos habendum in hac Romana urbe. De qua rursum idem Esaia, cum de ædificatione Ecclesiæ loquitur, uide an non aperte mentionem faciat. In die, inquit, illa cantabitur canticum istud in terra Iuda, urbs fortitudinis nostræ Sion saluator: ponetur in ea murus, & antemurale: aperite portas, & ingredietur gæus iustus, custodiens ueritatem, quæ omnia ad ædificationem Ecclesiæ, doctrinam, atque baptismum, merito referenda sunt: portæque quibus ingressæ sunt gentes omnes, ut custodientes ueritatem confessionis peccatorum iusti fierent, & propterea statim clamat: uetus error abiit, seruabis pacem, pacem, quia in te

sperauimus. Nonne hoc est illud Pauli, Iusti
 ficati ergo ex fide, pacem habeamus, siue habemus, ad Deum per dñm nostrum Iesum Christum? Pacè inquit propheta seruabis, quia in te sperauimus, non in nobis. & sequitur, sperastis in Domino, in seculis æternis, in domino Deo forti in perpetuum. Hoc iam spem illam fidelium omnium prædicat, quæ per omnes usque ad finem seculi generationes, quousque tandem ad æternitatem perueniamus, speramus, innixi his diuinis promissionibus: uobiscum sum: portæ inferi, &c. Hanc uerò spem uoluit Deus certissimis argumentis omnipotentis suæ, quæ semper ante oculos nostros esset, confirmare: inter quæ maximè est totius orbis subiugatio in obsequium fidei contrariè penitus omni sensui carnis. Huius uerò operis in ipsa urbe Romana, piscatori subdita, uoluit nos perpetuum habere exemplum: ut nouerimus Deo nihil impossibile esse: atque ideo speremus constantissimè in illo. Et uide, an non hoc propheta explicauerit: cum enim dixisset: Sperastis in Dño in seculis æternis, in domino Deo forti in perpetuum: statim subdit, quæ incuruabit habitates in excelsis, ciuitates sublimem humiliabit: humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad puluerem, conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum. Quid manifestius dici potest de Roma illa olim triumphante, quæ iam usque ad terram, & puluerem coram Christo humiliata est: & agnouit in multis nobilissimis suis senatoribus, & consulibus, & imperatoribus maximis, se puluerem esse, & cinerem, & à solo Christo ueram stabilitatem habere posse. Nonne ad terram humiliabatur Roma, dum Constantinus crucem, auro, & margaritis formatam, uexillis suis imponebat: cum sacerdotibus Christi se subderet: cum Philippus Imperator, & Theodosius publicam penitentiam non respuerent? Prostrati enim inter peccatores pauimentum Ecclesiæ lachrymis irrigaret, & purpura imperia tergerent. Verè ciuitas sublimis humiliata erat, & conculcatur eam pedes pauperis Christi, & gressus egenorum piscatoris Petri, & Pauli scenofactoris artis. Hoc igitur
 Cap. 98.
 iudicia Dei
 in inimicos,
 & impugnatores
 huius primatus,
 & præcipue in
 Constantino
 polim.

ante multos annos aduersus Romanam Ecclesiam se erigebat ab oriente asserens aduenisse in occidentem predicatores, & lucem fidei: & fidebat eruditioni suae in sacris literis, multitudinibus reuera sanctissimorum, & doctissimorum patrum, qui primi in tractandis sacris literis, & confutandis gentium erroribus claruerunt. In hac igitur contentione, quam apertum iudicium Dei ostensum fuit Gregorij sanctissimi tempore. Nam quanto ille, & quod humiliter, & patienter passus fuerit, a Mauritio Imperatore Ioanne Constantino metropolitanum patriarcham superiorem Gregorio conante efficere, & uniuersalis Episcopi nomen, & auctoritate ei conferre: satis ostendit registram Gregorij, eiusque epistolae omni sanctitate, & modestia reserata manifestant abunde. Sed iudicium illud Dei in Mauritium Imperatorem, quod prius etiam miraculo apparentis in uestitu monachi publice uoluit Deus reuelatum esse, ut Imperator ipse, & oes agnoscerent eum Romanae Ecclesiae fundatorem, & defensorum, & propugnatorum, seruicij sui Gregorij defensorum, satis edocuit, quem exitum huius diuinae ordinationis contemptores habeant. Interfectus est igitur Mauritius, & prius ante illum uxor, & filij ab infimo milite Phoca. Suscepit uero ille hoc Dei iudicium, & poenam humiliter, sed interim ostendit Deus dignum fuisse illum, qui uicarij sui successione auferre conatus est, qui priuaretur successione omni, & spe posteritatis in imperio, & mundo. Possint dicere, qui uolent, hoc ob alias causas Mauritio contigisse, caeterum nobis satis sit, quod conatus ille Romanae sedis primatum subuertendi, cum Mauritio tunc extinctus est, & conauerunt successores eius, hanc auctoritatem: & Phocas illud lege confirmauit, ut produnt historiae, quos exitus habuerunt imitatores Mauritij, & res ipsa iam prodidit, quem exitum imperium illud Constantinopolitanum habuerit. Ab eo enim tempore, quo huic schismati locum dedit, coepit paulatim deficere, & demum gladio infidelium traditum in miserimos errores, & seruitute lapsus, & tandem non ante multos annos ipsa Constantinopolis subacta in miseram seruitute Mahometi: in poenam proculdubio rebellionis suae, qua suae Christi iugum ob superbiam refugiens incurrit miserimam hanc seruitutem: quod prius Brigittae sanctissimae prophetijs comminatus fuerat illi Deus, quarum beatus martyr Rossensis meminit, & inter haec audet Brentius hunc sedis Apostolicae primatum ita suorum scriptis deiectum asserere, ut in loco de auctoritate scripturae, haec uerba ausus sit proferre: Non possum mirari, quod in tanto splendore Euangelij Christi, & tot eruditissimis scriptis aduersus primatum pontificis in lucem editis, audeant adhuc de suo primatu gloriari. Vbi lectorem rogo uideat, quanta sit haec arrogantia: certe maior

quam prudentes & modestae aures pati possint. Miratur quod in tanto splendore Euangelij, & tot eruditissimis scriptis, quid, rogo Brentij, per Lutherum, & nescio quos eius sequaces splenduit nunc Euangelium? Lutheri scripta aduersus primatum pontificis, quae nihil habent nisi meras calumnias, & conuicia, in posturasque manifestissimas, sunt eruditissima scripta? ut enim omittam interim uiuentium memoriae, talia sunt Lutheri, & suorum scripta, ut conferri possint cum tot sanctissimorum, & eruditissimorum patrum scriptis, quae superius citauimus, Irenaei scilicet, Cypriani, Athanasij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, & Basilij, & denique Concilij ipsius, quae uos cum multa reuerentia nominatis, Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, & Chalcedonenis, quae ut quatuor Euangelij libros Gregorius recipit? Digna sunt scripta uestra, si Dis placet, eruditissima, ut cum his conferatur: quod solius beati Ioannis Rossensis episcopi, & martyris ueritate, grauitate, & auctoritate longo intervallo superatur? apud uos certe sola uerba sunt: qualia hic a te audio, & audes post tantam iactantiam, & arrogantiam, contumeliam etiam addere, quam uisus es tibi facere dixisse, mihi uero uidetur in magnam tui ipsius infamiam: Huic enim, ais, asino λεωνταιτα detracta est, ut merito eum pudere debeat in publicum prodire: ego uero si de me loqueris (sic enim dicis, ut ad oes possit referri, quod hanc tenent fidem) liberè, certè, & citra ullum pudorem prodeò in publicum, & hoc tantum tibi respondeo, haec inania uerba esse, quae si attendisses, nusquam dixisses, uidisses enim in qua haec contumeliam iactabas. Nunquid enim Hieronymus ille, tanquam asinus, leonide operiebatur, quem diceret Damasus: Ego Christum sequens beatitudini tuae, id est cathedrae Petri, communionem consecror: super illam petram aedificatam Ecclesiam scio. Asinus erat Ambrosius, qui eundem Damasum dicit, Ecclesiae illi Christi praesesse, de qua Paulus dixit, quod est domus Dei, columna, & firmamentum ueritatis? Denique patres reliqui quos citauimus Latini, & Graeci, Cyprianus, Irenaeus, Athanasius, Basilus, & Chrysostomus, & Concilia illa sanctissima Leonide inducuntur tanquam asini, quam uos nunc demum Lutherò duce detraxistis? pudeat te tam uenerandae patrum canonicæ contumeliosum esse, pudeat te sola uerba iactare in rebus tantis grauibus: qualia sunt, & illa, quae postea dicis eodem loco de auctoritate Scripturae sacrae, cum enim ad loca haec Scripturae, quae nos citauimus: Tibi dabo clauem regni caelorum, &c. Quicquid solueris in terra, &c. respondet, sic inquit: sed haec loca non solum sacrae Scripturae, uerum etiam Ecclesiasticorum scriptorum testimonijs a uanis, & impijs sophistarum commentis uindicta sunt. Haec ille, ut scilicet sophista sit Hilarius, Chryso-

Cap. 99.
Contumelia
Brentij contra
primatum
Romanae Ecclesiae
detestatur
&
resoluitur.

stomus, & impia commenta sint eorum expositiones, quibus hæc de Petro exponunt, sed sequitur, inquit: hæc ita uindicata esse à nostro errore, ut existimet me in alio orbe hæcenus commoratum, quod nescio, quod in hoc orbe aduersus Romanensium adulatorum deprauationes dictum, scriptum, atque etiam depictum sit: miranda certe fiducia, & miseranda hominum sibi solis placentium cæcitas. Non putat Brentius uixisse inter homines illum, qui ineptissima commenta suorum clausis auribus, & oculis præterire uolet. omnes sunt illi Romanenses adulatores, & deprauatores, qui non probant Lutherum, & suos. Non fuit adulator, nec deprauator Hilarius, non Chrysostomus, non Augustinus, Bernardus, qui loca illa sic interpretantur, ut nos? & uide tandem, quod prorumpit arrogantia sibi placentium, ad picturas nos mittit, ad ea quibus plebi simplici imponunt, eamque à ueritate miserrimè auertunt: quas putabam certe nec ipsis, qui inter eos communi aliquo sensu uigēt, placere. Sed nunc uideo probari Brentio seni, & tanto illorum doctori: ut de nullo catholicorum uelit, nisi cum dedignatione loqui: si quod depictum est, attendendum esse putamus, quantum iustius antiquissimis picturis, & illorum temporum, quo in tranquillitate, & unitate confessionis fidei Christiani omnes uiuebant, adhibenda est fides. sed ad suas nos mittit picturas, quas, rogo? Nunquid ad ineptissimum illud figmentum Lutheri, quod Papæ elum uocat? Nam, quam poterit maioris auctoritatis picturam ex suis proferre, quam primi præceptoris, & magistri sui: qua tamen pictura, nullum maius testimonium desiderari à me potest, ad auertendos omnes à Lutero, quam quod tale adinuerit monstrum: aut adinuentum à Sathana suo commento curauerit lustrari, & in lucem emitti: & quod opus est de alijs Diaboli, & membrorum eius blasphemijs, & adinventionibus figurarum, & imaginum, quas passim uidimus in Germania, mentionem facere, nunquid persuadere possunt quicquam prudenti homini tam indigna figmenta? sed post tanta conuitia audiamus, si iam aliquid rationis adfert. Sic igitur, inquit, in hoc loco post illa, quæ proximè citauimus, Clauis Ecclesiæ datæ sunt Petro, & Confessoribus Petræ, quæ est Christus: & non sunt datæ Liberio Arriano, & Marcellino idololatræ: datæ sunt ministro Ecclesiæ, non hosti Ecclesiæ: datæ sunt seruo Christi, non seruo Antichristi. Hæc est, qua tandem utitur, ratio: & quid rogo illa aliud continet, quam ueterem suam cantilenam: nempe ut ex moribus prauis auctoritatem neget prælatorum: contra quod aperte ipse Brentius testatus est: & nos superius illi concessimus: quod si à uera fide decesserit episcopus, aut pastor, meritò sit reijciendus. Itaque si de fide loquitur, nihil

contra nos adfert, qui manifestè alienum à fide, ab Ecclesia etiam alienum dicimus: si de moribus uerò, Antichristi serui possunt non minus, quam Iudas, gradum in Ecclesia Christi tenere: sed quorsum rogo necesse erat Liberij, & Marcellini hæc mentione fecisse? nunquid ut paruulos scandalizet? nos non in homine aliquo spem ponimus: neque ad fidem nostram pertinere putamus disputare, an unquam à Deo permissum fuerit, aut permittendum, ut erret tanquam homo Romanus pontifex: satis est nobis, quod non dubitamus, non permissurum Deum, ut hic error in Ecclesia præualeat, quod exempla quæ ipse adfert, confirmant. Thurificauit metu Diocletiani Imperatoris Marcellinus: quod nocuit Ecclesiæ, qui, ut diximus, mox penitentiam egit, & humilimè in concilio multorum Episcoporum peccatum defleuit, & ab eis agnitus est, ut uerus pontifex? & tandem à Diocletiano martyrio coronatus, fidem, quam negauerat, usque ad mortem confessus est: & hunc sanctissimum martyrem idololatram audet appellare Brentius. Liberius an Arriani consenserit, an non, dubitant antiquissimæ historiæ: & ipse Eusebius Cæsariensis, & Theodoretus non satis consonant, sed esto, consenserit Arriani: certè, ut proximè dictum est, mox ut à catholicis hoc agnitus fuit, ab eius communione se separarunt. Augustinus certè illis temporibus satis uicinus Liberium inter ueros pontifices refert, sicut & Marcellinum: & tandem, inquit, in hoc ordine episcoporum, qui à Petro computatur, etià si traditor quispiam surrepisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis, quibus Dominus ait, de præpositis malis: Quæ dicunt, facite: quæ faciunt, facere nolite: ut certa spes fidelis, quæ non in homine, sed in Domino collocata est, nunquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur. Quantum igitur satis Brentius stylium temperasset, & abstinisset à blasphemando sanctissimo martyre Marcellino: nec asseruisset, ut certum, quod de Liberio antiquitas incertum habuit: quum etiam si utrumque uerum esset, nihil fidei nostre detrahit. Duo sunt in prolegomenis his reliqua contra hoc, quod agimus, non omitenda. In fine enim primi loci de potestate principum, sic loquitur. Quod alligat nos ad Romanam Ecclesiam, tanquam primam, & matrem aliarum Ecclesiarum, atque prælatos eius: uetus est Romanensium adulatorum cantilena: ubi iam nosti, quos patres Romanenses adulatores uocat: ut igitur hoc reijciat, ad mores cofugit. Quid, inquit, hoc tempore Roma sit, alij disserat, temporibus Damasi, qui per multas cædes, & seditiones electus est in pontificem, iam tum dicebatur purpurata meretrix, & Babylon, sed an interea temporis melior facta sit, res ipsa declarat, & talem, inquit, pro matre Ecclesiarum agno-

Epist. ad Ge
nerosum
165.

agnosceremus, unde doctrinam æternæ nostræ salutis peteremus? Hęc ad eadē pertinent, quæ supra diximus, & quidē Hieronymus, & Damaso ipso, & à Romana Ecclesia petunt doctrinā salutis, ut supra ostendimus: nec deterritus est cædibus, & seditione, quibus electus fuerat: nec prauis moribus, quos Brentius acculat tunc fuisse. Igitur respondebo ego uicissim Brentio: non agnosces tu matrem quam Hieronymus? Non petes doctrinam salutis ab ea, à qua Hieronymus? sed addit eodem loco: non adinimus ei omni ex parte matris nomen, si quando misit ad alias regiones, aut urbes pios uiros, quos Euangelium Christi annuntiarent: & filio Dei Ecclesiam suam congregarent: & fatetur prius, quod in initio Roma miserit aliquoties ministros Ecclesiæ ad alias partes occidentis. Vbi aduerte, quod hic blandiri Græcis se uelle ostendit, & hoc argumento ad orientalem Ecclesiam auctoritatem, & primum matrem trāsferre uult. Sit, inquit, Roma mater illarum Ecclesiarum, quibus misit prædicatores, ad occidentales nempe aliquas. Cæterum manent iam primò exēptæ orientales omnes: imò ad eas transferamus hanc auctoritatem, in quibus, priusquam Rome, docuerūt Apostoli, sed huic commento nos respondemus cum Irenæo, & Cypriano, cum Ambrosio, & Augustino, & cæteris omnibus patribus: Romam esse, ad quam omnē Ecclesiam oportet conuenire, matricē, & fontē unde unitas sacerdotalis emanat: in qua sola est cathedra Petri, & successor eius: cui Dominus post resurrectionem pascendas oues commisit. Hęc sunt certissima patrum testimonia: nō humana auctoritate, aut industria primatus Ecclesiæ Romanæ celsi: sed institutione Christi, qui unū esse caput uoluit in Ecclesia. Sed quod ultimo in hoc loco inquit Brentius non est omittendum. Hierosolymitanam Ecclesiam matrem uult esse, quoniam non extat, ut ita nullam habeamus matrem. Dauid, inquit, magnus auus Christi proponit nobis pro Ecclesiarum matre Sionem, uirgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Et Esaias, atque Micheas: de Sion exibit lex. Et ipse Christus inquit, prædicandam in nomine eius remissionē peccatorum, in initio factō à Hierosolymis. Hanc igitur, inquit, nobis dant propheta, & Christus pro matre, cur ad Romam confugeremus: sed ad montem, inquit, illum domus Domini, & ad eam doctrinam, quā Apostoli, accepto Hierosolymis Spiritu sancto, uulgauerunt in totum orbem, & literis Apostolicis noui Testamenti nobis tradita est. In quibus uerbis uidetur mihi Brentius Iulianū Imper. imitatus, qui ut auerteret à Christo populos Hierosolymis ædificari uoluit: uerū qui dixerat, Relinquetur filia Sion sicut umbraculum in uinea, & tugurium in eucumerario, non permisit: sed iu-

dicio manifestissimo ostendit, collectū esse fructum, quem ex illo templo colligi uoluerat Deus. Ita nunc Brentius in odium Romanæ Ecclesiæ conatur nobis erigere Hierosolymitanam, quam re ipsa constat iam diu à sinceritate fidei defecisse, uestigijs tantum quibusdam relictis, ob fidem resurrectionis Christi, quam, nunquam in Ecclesia desunt, qui profiteantur, atque adorent, longa & periculosa suscepta peregrinatione. Cæterum nouit iam uniuersus Christianus orbis, quod in quamplurimas sectas, & schismata diuisi sint Christiani Hierosolymis habitantes. Igitur sicut non passus est Deus tyrannidem Iuliani, qui contra uerbum suum conabatur templum uetus ædificare, præualere: ita nec Brentij calumniam persuadere permittet fidelibus, Hierosolymitanam Ecclesiam, etiā quum itaret, & floreret, Romanæ præferri: dixerat enim Deus Iudæorum populo, & in eo maximè regali illi ciuitati, & capiti: faciā te in caudam, non in caput: & aduena, qui est apud te, erit superior, & tu eris inferior: & uide Brentium, Scripturæ sacræ dignitatis, auctoritatisque magnū propugnatorem, qualiter exponat prophetarum promissa: uerba hæc: Virgam uirtutis emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum: Dicit significare Ecclesiarum matrem esse Hierusalem: & idem Esaias & Micheas uerbis: de Sion exibit lex, &c. Vbi, rogo, quis hic sensus est scripturæ? Cur enim ad Hierusalem terrestrem illud referemus, quod magis ad eam, cuius ipsa figura est, referri oportet. Nam ciuitas Hierusalem, sedes Dauid, & domus Iacob, satis nobis ostensum est in Euangelio ad Ecclesiam referenda esse, cuius figura erant. Dabit, inquit angelus, illi Dominus (de Christo loquens) sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Ecce spirituale regnum, & æternum regnum, non terrenum, & temporale: sed cuius non erit finis. Non ergo in terrestri Hierusalem: sed in ea, de qua loquebatur propheta Esaias: Venite, inquit, ascendamus ad montē Domini, & ad domū Dei Iacob: & docebit nos uias suas: & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex: & uerbum Dñi de Hierusalem. Hęc est uera Sion, & Hierusalē, sedes Dauid, in qua perpetuò regnat Christus. Hęc datur nobis pro matre à prophetis, non terrena illa. Sentit quidem hoc Brentius, cum tandem inquit, ad doctrinam illam, quam Apostoli accepto Hierosolymis Spiritu sancto uulgarunt, recurrendum nobis esse: quanquam nec hoc sit satis. Nec enim tantum doctrinam, sed & Ecclesiam etiam quærimus: certā illius sedem, & hanc per uerba illa intelligimus: De Sion exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Hoc itaque de Apostolorum prædicatione libenter suscipimus. Sed quid est, quod primò dicere uoluit? Dauid nobis Hierusalem

Cap. 100.
Quod calli-
de, & falsè
Brentius Hierosolymitanam matrem omnium Ecclesiarum faciat.

Lucæ 1.

Esai. 2.

rusalem, & Sionem pro matre Ecclesiarū dare. Esto de illa terrena ciuitate accipiamus uerba illa: Emittet Dominus ex Sion: & de Sion exibit lex: ortum quendam, & initium (ut ille inquit) prædicationis Euangelij nobis significant: inde incepit, inde egressa est à Christo, ab Apostolis: deniq; à Iudæorum populo, cuius filij erant: salus enim ex Iudæis est, ita dicente Christo Samaritanæ. Inde igitur cœpit, sed non ibi quæuit: non ibi sedem constituit: hoc nos nomine matris intelligimus, Ecclesiam, in qua prima residet auctoritas: ubi sedet successor eius, quæ Christus loco sui præfecit omnibus: ut perpetuo usq; ad finem seculi locum eius uisibiliter teneret. In hac sede, quæ propter unitatem seruandam inter oēs Ecclesias, & Episcopos, propter eandem fidem, & pacem prima est, & suprema auctoritas, nō in Hierusalem: ubi iam nouimus uerā Ecclesiam defecisse: sed Romæ, cuius successio tenebat Augustinū in fide: & ab omnibus catholicis patribus agnita fuit: hoc est matrem Ecclesiarū esse.

Ioan. 4.

Cap. 101.
Dei prouidentia seruata
tam successio
nem, in sede
Petri ostendit defectus
aliarum primarum Ecclesiarum.

Et ut huius Diuinæ prouidentia, miraculis etiā confirmatæ, mentionē faciamus: quantum hoc fidem nostram confirmare debet, quod cum constat, Deum uoluisse, & in firmitati nostræ cōueniens esse, ut unus agnoscat uisibilis, & manifestus, atq; præsens corpore pastor totius Ecclesiæ: & hunc esse successorem Petri, Romanūmq; pontificem: uidemus defecisse iam, aut omnes aut ferè omnes primas illas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanā, & cæteras: & præualuisse in eas portas inferi, atq; ab uisione se subtraxisse: stat tamen usq; in hodiernum diem Romana sedes, Romana Ecclesia, & habet successorem Petri in uniuerso orbe Christiano agnitum: quod nec imperatorum infidelium tyrannis, nec nimia prosperitas, & luxus, qui illam sequitur, & reliqua omnia mala, quæ non negamus Romæ fuisse, & esse, impedire potuerunt: nec certè innumerae clades, & uastationes, & Italia, & ipsius urbis, semper enim mansit in Ecclesia illa integra fides, & certa successio. Quanquam uitio hominum ad tempus nō nunquam obscurata, Deo id ad manifestationem potentia suæ permittente. Quare nec dubitamus usq; ad finem hanc ipsam permanuram. Nec enim fortiores machinæ Sathanæ, & acriores expugnationes excogitari possunt contra hanc, quam quas iam præcessisse nouimus: etsi fortiores poterūt excogitari, fortior est in inmensum, qui illam defendit. Non hic quicquam agimus de loco, de dominio temporali, & splendore illius Ecclesiæ, sed de fide uera, de successore Petri: hæc à Christo promissa sunt Petro, & usq; hodie seruata, nec dubitamus seruanda usq; in finem. Sed ultimo iam audiamus acerbiore Brentij criminationes in Rom. pontificem. Ita igitur loco de traditionibus

Cap. 102.
Criminatio

inquit. In Concilio Aphricano petunt legati Romani pontificis, ut liceat Episcopis Romanam prouocare, & proferunt canonem Nicæni Concilij, cuius auctoritate exigunt, ut Aphricanæ Ecclesiæ subijciantur Romani: sed patres Aphricani Concilij petunt ab Ecclesia Alexandrina, & Constantinopolitana uera exemplaria Canonum Nicæni Concilij: & deprehendunt Romanū pontificem ambitione excitatū designasse in proferendis canonibus Nicænis crimen falsi: quare inuehuntur in eum grauissimè, & arguunt eum apertè mendacij. Hæc Brentius eo loco: & citat uerba ipsa ex epistola quadam Concilij Aphricani ad Bonifacium de causa hac, quæ cœperat in sexto Concilio Carthaginensi agi, & ita denum hoc exaggerat Brentius, ut rursus hinc dicat: si Romani pontifices, & Legati eorum non sunt ueriti coram uenerando Concilio Aphricano, cui etiam Augustinus interfuit, crimen falsi committere: & quamuis manifestè in eo crimine deprehensi erant, perstiterunt tamen, ut acta testantur, postulata sua urgere: suspecta nobis esse debent omnia alia, quæ de Apostolicis traditionibus, & primatu Romanæ Ecclesiæ suo ipsorum testimonio confirmant. Et rursus ibidem: cum in Romanis pontificibus deprehensum sit, manifestum crimen falsi, summa est temeritas, traditiones, & dogmata de æterna nostra salute sine testimonio scripturæ agnoscere. Hæc sunt nimium certè amarulenta criminationes Brentij in Romanū Pontificem, quas usque adeo extulit, ut nec rhetorices figuram omiserit, qua quod de uno Romano pontifice dixerat, pluraliter postea protulerit: nec semel in Romanis, inquit, pontificibus crimen falsi manifestum deprehensum esse, & præter colorem omnem rhetoricum suspecta, ait, nobis esse debet omnia alia, quæ suo testimonio affirmat de Apostolicis traditionibus, & primatu Romanæ Ecclesiæ: atq; ita omnes pontifices, & omnia eorū testimonia suspecta uult esse. Quia igitur res gratis est, & merito mouere potest legentes: cum maximè uix credibile sit Brentium crimen falsi committere uoluisse, quod reprehendit in Romano pontifice Bonifacio: & cuius facile conuinci poterat, si ita fecisset: quia itaq; res gratis est, & summa amarulenta exagitata à Brentio: respondendum est attentè, & excipiendum, q. dicimus in omni sinceritate, & charitate Christiana, nec sine magno cordis dolore, quod hæc audiamus, & quod hæc liceat edere in lucem, & uendicare pro rebus ad æternā nostram salutem pertinentibus, Deo propter peccata nostra permittente, ut impune liceat summam iniuriam summis Ecclesiæ membris inferre: & quod leges omnes humanæ, atq; Diuinæ non ferunt in rebus minimis, in re maxima fieri: & priuari iure suo, quod pacificè possidet

Brentij grauisissima in Romanum Pontificem, et auctoritatem eius, cui respondetur.

det uicarius Christi, à quouis, & cuiusuis conditionis homine: & quod maximè dolendum est, cum tot milium animarum iactura. Sed iam ad rem quàm breuissimè fieri poterit. Aguntur enim duo: Primum, quòd Aphricani episcopi, & inter eos Augustinus Romanæ Ecclesiæ primatum nolint agnoscere: atq; ideo nec à nobis agnoscendus sit uel tantorum, tam grauium episcoporum auctoritate. Alterù uerò, quòd Bonifacius, & legati eius de crimine falsi conuicti fuerint, in grauem certè, & perpetuam infamiã, non solùm eius, sed suæ sedis: ita, ut auctore Brentio, oĩa testimonia eius suspecta sint habenda. De primatu igitur Romanæ Ecclesiæ superiùs satis ostendimus, quid Augustinus sentiat, quem, Brentius dicit, Concilio illi Aphricano adfuisse: fatetur pontifices illius, successores esse Petri, cui post resurrectionem Dominus pascendas oues commisit: & Ecclesiam illam alijs superiorem. Sed quod ad hanc causam attinet, audiamus quid ad ipsum Bonifacium, què dicit Brentius conuictum apertè crimine falsi, scribat Augustinus. Ita igitur inquit libro primo contra duas epistolas Pelagianorum ad ipsum Bonifacium: Noueram te quidem fama celeberrima predicante, atq; ueracissimis nuncijs, quanta esses Dei gratia plenus: acceptam beatissime, atq; uenerande Papa Bonifacii, sed posteaquam te etiam præsentia corporali frater meus uidit Alexius, &c. tantò maior in me tuæ sanctitatis est facta notitia: quantò certior amicitia: nec enim dedignaris, qui non alta sapis, quamuis altiùs præideas, esse amicus humilium, & amorem respendere impensum. Vides itaq; quis Bonifacius fuerit teste Augustino: & quod ad causam attinet, uides, quia fatetur illum altiùs præsidere: & ne hoc in diuersum sensum trahatur, ita post pauca eodem loco inquit: cum non desinant hæretici fremere ad Dominici gregis caulas: atq; ad diripiendas tanto precio redemptas oues aditus undecunq; rimari: communisq; sit omnibus nobis cura, qui fungimur episcopatus officio, quamuis ipse in eo præmineas, celsiori fastigio speculæ pastoralis. Hæc Aug. ad Bonifaciũ, quod licet in nostra catholica assertionè adduximus: ideo hoc loco censuimus repetendum, ut eorundem temporum apertius Augustini testimonium haberemus: similiter epistolæ Concilij Aphricani, ad Innocentium, & familiares quinque episcoporum, inter quos Augustinus fuit, ad eundem, de quibus eodem loco mentionem fecimus, quòd Aphricani senserint de hoc primatu, satis ostendunt. Inquit Concilium Aphricanum: Hoc itaq; gestum, domine frater, sanctitati charitatis tuæ duximus intimandum, ut statuti nostræ mediocritatis, etiam Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum: & in familiari epistola eidem

Innocentio dicunt de Pelagio, quem fama erat purgatum fuisse in Oriente, aut ergo à tua ueneratione accersendus est Romã, aut per literas cum eo agendum, &c. Hoc quidè dicebant, quòd iudiciũ illud cum eo priùs factum, aut, pbaretur à Romano pontifice, aut reijceretur: ut uideas quam auctoritatè illi tribuant. Et respondet illis pontifex: Nobis persuaderi non potest, eum esse purgatum, neq; aliquas de hac re literas accepimus. Reliqua ibi lege. In quibus Innocentius ab Aphricanis sibi delatũ hoc iudiciũ agnoscit, nec detrectat, quamuis non illum uocandũ ad se putet: qui, inquit, si confidit non se dignum esse damnatione, ipse potius debet festinare, ut possit absolui: quòd si accersendus esset, ab his meliùs fieret, qui magis proximi sunt: sed non deerit, inquit, cura, si medicina ille præbeat materiam. Hæc adduximus, ut exemplo constet, quantum detulerint sedi Apostolicæ Aphricani episcopi tempore Augustini, & pontifices ipsi Romani nulla ambitione, nulla celsioris gradus fastu elati sint, quærentes tantũ Ecclesiæ, & animarum salutem, minus etiam potestatis, & iurisdictionis, quàm sibi deferretur suscipiētes. Innocentius hoc loco non recipit, ut ad se accersitum Pelagiũ examinet: sed per uiciniores, inquit, meliùs fieri posse. Iam ad causam illam Brentij. Petunt, inquit, in Concilio Aphricano legati Romani pontificis, ut liceat episcopis Romam prouocare, & proferunt canonem Nicæni Concilij. Verum est, nõ tantũ à Bonifacio, sed primũ à Zozimo eius pcessore missi sunt legati in Aphricam de ea causa acturi, ut sexto Concilio Carthaginensi patet: sed, cum ille unum annũ tantũ, & paucos dies sedisset, successit Bonifacius, ad què ex eo Concilio scriptũ est ab Aphricanis: se quidem in canonibus quos habere poterant, Nicæni concilij nõ reperisse statutũ: ut ad Apostolicam sedem appellari liceret, ut à suis legatis proferebatur: uelle tamen se id seruare, quod petebatur: quoadusq; authentica, & ueriora exemplaria Nicæni concilij habere possent: quandoquidè diuersitas erat inter ea exemplaria, quæ ab Apostolica sede proferebantur, & quæ in Aphrica inueniri poterãt, quæ ut haberentur authentica, & ipsi ad Ecclesiarum Græcarũ antistites, Constantinopolitanũ, Antiochenum & Alexandrinum se nuncios mittere profitentur: & petunt, ut & à Bonifacio mittantur hæc omnia: constant ex sexto illo concilio Carthaginensi, & epistola, quæ post Concilium Aphricanum, quod sequitur septimum Carthaginense, posita est: idq; factum esse in eodem sexto Carthaginensi concilio constat, consentientibus Apostolicæ sedis legatis: ut scilicet authentica exemplaria quærentur: Sic habes quinto capite eius concilij: Faustinus Episcopus legatus Ecclesiæ Romanæ dixit: Nec sanctitas uestra præiu-

Cap. 103

Auctoritas

Romani pontificis

offensio

cognoscitur

ab Aphricanis

Ecclesiæ

in sexto

Concilio Carthaginensi,

ante, & post.

dicat Ecclesia Romana, siue de hoc capitulo, siue de alijs, quia dicere dignatus est, frater noster, & coepiscopus Alypius, dubios esse canones: sed hæc ipsa ad sanctum, & beatissimum papam nostrum scribere dignemini: ut ipse integros canones inquirens, cum sanctitate uestra de omnibus constitutis tractare possit, &c. ne contentio in Ecclesijs nasci uideatur: sed magis charitate fraterna deliberare possitis. Vide igitur in his omnibus, quæ longè erant legati Ecclesie Romanæ, à tanto crimine, corrumpendi scilicet Nicæni concilij canones: imò uide quanta modestia omnia agebant. Cum enim suspecti sui canones, quos proferebant, ingentè ab episcopis dicerentur: Non, inquiunt illi, præiudicat sanctitas uestra Ecclesie Romanæ: & petiuit ut id tantum scribatur potestati, & præcipuè cauent, ne contentio oriatur inter Ecclesias: sed de omnibus charitate fraterna deliberetur. Quam longè hæc oia à crimine falsi intentando. Vbi iam hoc est attentè cogitandum, non in eo Concilio de auctoritate capitis actum fuisse inter Romanam, & Aphricanas Ecclesias, quam iam inde à Cypriani tempore, ut supra ostendimus, & antea agnoscebant Romanæ Ecclesie conuenire: & tunc manifestè tempore Augustini ad Innocentium scribentes confessæ sunt: sed de usu, atque exercitio potestatis huius, qua in re magna integritas Episcoporum omnium, & magna modestia Romanorum pontificum merito nobis est consideranda: cum apud omnes equalitas quadam, & libertas ueræ Christianæ charitatis ita uigeret, ut superiores per humilitatem inferioribus se subderent: & inferiores conscientie securitate, & solius Dei uero timore, libertate quadam sincerissima cum superioribus agerent. Itaque illud Euangelij ab omnibus audiebatur: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici uocantur: uos autem non sic, sed qui maior est in uobis, fiet sicut minor, & qui p̄cessor sicut ministrator. Et rursum: Quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit uelut minister, & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uelut seruus: atque ita in humilitate spiritus superiores se inuicem arbitantes, & cogitantes Romani pontifices potestatem sibi traditam in ædificationem, non in destructionem esse, non ea à principio passim utebantur: sed cum id saluti Ecclesie expedit. Nec tam solliciti erant, ut sua auctoritate res fieri uideretur, quæ ut fieret quod Ecclesie expediebat. Multa possemus huius rei adducere exempla: cum & in conuocandis concilijs imperatoribus omnè deferebant auctoritatem, inferiores se illis, & tanquam seruos exhibentes, ut scilicet ita eos lucrarentur Christo, & interim cum opus erat, & Ecclesiastica seueritas posceret, & Ambrosius Theodosium ad publicam penitentiam cogit, cum prius interdixisset illum ingres-

su Ecclesie: & quod admirandum magis est, inter ipsas ferè persecutiones, & summas Ecclesie angustias Fabianus Philippum, unum inter omnes illorum temporum imperatores Christianum, non permittit in solennitate paschali sacrificijs communicare fidelium, nisi prius confiteretur peccata, & inter penitentes staret in Ecclesia: ut uideas quanta humilitas tantæ auctoritati coniuncta fuerit in illis. Ad eam etiam humilitatem pertinet, quod & ipsis imperatoribus parebant: & de ordinatione sua decretum eorum suscipiebant. Bonifacius ipse, cuius Brentius meminit, electus in schismate cum Eulalio Auguratorum iussu egreditur Romam: & confirmatus iam Bonifacius concilio ducentorum, & eo amplius, Episcoporum eorundem Imperatorum auctoritate obtinet: ut, si duo Romæ electi fuerint, nullus admittatur. Itaque quærebant, quod utile erat Ecclesijs de sua auctoritate parum solliciti: quæ certè sola est uerissima ratio eam stabilied: cum scilicet propter gloriam, & salutem animarum uideatur negligi. Lege epistolas plurimas Gregorij ad Imperatores, & Leonis papæ: uide quæ obliuisci auctoritatis loquuntur, & si illius antiquitatis alia uidere placet, lege epistolam Agatonis papæ Constantino, Heraclio, & Tribenio Augustis Concilio Romano directam, quæ est actio quarta sextæ synodi. Nos, inquit, exigui Ecclesiarum præfules, uestri Christiani imperij famuli. Non est opus plura prosequi. Hoc sit satis. Illorum temporum simplicitas à prima illa Apostolorum Ecclesia deriuata ea erat, ut quous possent inferior apud superiorè prosequi, loqui, & agere: sed in uera, & Christiana subiectione: & nihil humilitatis superior detrectaret apud inferiorè: modò in fraterna charitate, & sancta pace coleretur Deus, & salus animarum promoueretur. Igitur iuxta hanc modestissimam rationem fatemur Romanos pontifices in usu, atque exercitio tantæ potestatis sibi à Deo concessæ passos fuisse præscribi sibi à patribus modum, quæ paci Ecclesie, & salutati iudicarent conuenire: ut scilicet præceptum illud primi sui prædecessoris, primique uicarij Christi seruarent: non quasi dominantes in cleris, sed forma facta gregis ex animo, hoc agnouerunt Christum ab eis exegisse, & uerbis, & exemplis. Ego, inquit, non ueni ministrari sed ministrare. Propter quod etiam Paulus saluberrimè admonuit: debemus nos, inquit, firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Etenim Christus, non sibi placuit. Sic in concilio Nicæno aliqd statutum est, & habemus in paucis illis capitulis, quæ nobis sunt reliqua sextum caput, in quo de consuetudine, qua Romanus episcopus curam habebat uicinarum Ecclesiarum, ut minimum fit mentio, & ibi, atque sequenti capite de Hierosolymitana, atque Antiochena auctoritate agitur: & ut euilibet

Cap. 10. 4.
Discrimine auctoritatis, et potestatis pontificis Romani, et usus eius.

Lucæ 22.

Matth. 20.

Lib. 9. histo. trip. cap. 30.

Lib. 6. histo. Euseb. ca. 35.

Cap. 10. 4. In usu potestatis præscriptum esse ab alijs patribus et consuetudine Romano pontifici.

1. Pet. 5. Rom. 15.

bet Ecclesie sua seruentur priuilegia, statui-
tur. Vbi uides iam tunc uix trecentis annis
à Christo, & consuetudines, & iura, atq; pri-
uilegia introducta fuisse circa usum iurisdic-
tionis, & potestatis inter Ecclesias. Ibidem etiã
cap. 7. cauetur, ne excòmmunicati in una pro-
uincia in alijs recipiantur. Et Zozimus ipse,
quem diximus primùm legatos misisse in
Aphricam de hac causa appellationis episco-
porum ad Romanã Ecclesiam, sic inquit, In
decreto apud Gratianũ contra statuta patrũ
condere aliquid, uel mutare, ne huius qui-
dem sedis potest auctoritas: apud nos enim
inconuulsis radicibus uiuit antiquitas: cui
decreta patrum sanxere reuerentiam. Nihil
ergo contra primatũ Romanæ Ecclesie est,
quod hoc, aut illud quandoq; illi non fuerit
permissum. Certè Cyprianus ipse, cuius tam
aperta testimonia huius primatus uidimus,
in ea ipsa epistola ad Cornelium, postquam
Romanam Ecclesiam cathedram Petri, atq;
principalem Ecclesiam, unde unitas sacer-
dotalis exorta est dixit: quod citauimus su-
prã, & ostendimus quid significet mox post
illa uerba sic loquitur Cornelio: Cũ statu-
tum sit omnibus nobis, & æquum sit pari-
ter, ac iustum: ut uniuscuiusq; causa illic au-
diatur, ubi est crimen admissum: & singulis
pastoribus portio gregis sit ascripta, quã re-
gat unusquisq; & gubernet, ratione sui actus
domino redditurus: oportet utiq; eos, qui-
bus præsumus, non circuncursare: nec epi-
scoporũ concordiam coherentẽ sua subdo-
la, & fallaci temeritate collidere. Loquitur
ibi multa Cornelio etiã non nihil subiratus,
sed modestissimè, atq; sanctissimè: nolens
permittere, ut à se excommunicatos audiret
Romanus pontifex. quæ omnia satis ostendunt,
& ista, & multa alia, quæ ab aduersarijs
adferuntur, nõ esse contra auctoritatẽ illam
primatus, quam Christus concessit Petro, &
successoribus: quæ magis pertinent ad mo-
dum rationemq; illa utendi, in qua uiribus,
consuetudinibus, patrumq; decretis iustissi-
mè Romani pontifices parent, seruata sibi
in omnibus auctoritate dispensandi, ut Pau-
lus inquit, propter uos in persona Christi,
hoc est in Ecclesie utilitatẽ, & gloriam Chri-
sti. In qua re id maximè in prima illa Eccle-
siae integritate cautum uidemus: ne ulla uel
species secularis fastus, aut terroris tyrãnici
in Ecclesia locum haberet. Extant huius rei
Cypriani uerba dignissima, quæ Augustinus
meritò in exemplum concordie, & mode-
stie in Ecclesia proponit. Nec enim, inqt Cy-
prianus in Concilio, quisquã nostrũ episco-
pũ se esse episcoporũ constituit: aut tyran-
nico terrore ad obsequendi necessitatẽ col-
legas suos adigit: quando habent oēs epi-
scopi pro licentia libertatis, & potestatis sue
propriũ arbitrium, tanquã iudicari ab alio
non possent, quomodo nec quis potest alte-
rum iudicare: sed expectemus uniuersi iudi-

cium dñi Iesu Christi, qui unus est, solus ha-
bens potestatem præponendi nos in Ecclesia
sua gubernatione, & de actu nostro iudican-
di. Hæc cum summa modestia loquebatur
Cyprianus in concilio, superior ipse cæteris
omnibus, libertatem omnibus non tam tri-
buens, q̄ excitans ad loquendum liberè, qd
sentirent de baptizatis ab hæreticis. quæ sa-
nè uerba modestè, sicut dicta sunt, accepta
ostendunt in dubijs fidei, & Sacramentorũ,
rebus nondũ exploratis, nullum quantum-
uis gradum superiorẽ suam propriam sen-
tentiam alijs debere obtrudere: quousq; ut
Augustinus eo libro loquitur, uniuersa Ec-
clesiæ concordie auctoritate, rebus bene di-
scussis firmata sit ueritas: de quo etiam me-
morabile illud Cypriani uerbum in episto-
la ad Quintum August. meritò eodem loco
commendat. Nam nec Petrus, inquit, quem
primũ Dñs elegit, & super quem adifica-
uit Ecclesiam suam: cũ secum Paulus de
circuncisione disceptaret, postmodum uen-
dicauit sibi aliquid insolenter, aut arrogan-
ter assumpsit: ut diceret se primatum tene-
re, & obtemperari à nouellis, & posteris sibi
deberi. Hæc Cyprianus. In quibus uide iam,
rogo, attentè id, quod hic agimus, à Cypria-
no apertissimè ostendi: primatum habet Pe-
trus, habent eius successores, de Petro hoc lo-
co manifestè id dicit, ut suprã ostendimus,
& de successoribus ostensum est, qd ille sen-
tiat. Non igitur inquit hoc loco, q̄ Petrus nõ
uerè diceret, se primatũ tenere: quin potius
fateretur, id uerum esse: sed laudat illum mo-
destiã, q̄ nihil arroganter dixerit, nec despe-
xit (inquit statim) Paulum, quod Ecclesiæ
persecutor fuisset: sed consilium ueritatis
admisit, & rationi legitime, quam Paulus at-
tulerat, facile consensit: Documentum scili-
cet nobis & concordie, & patientie tribuẽs,
ut non pertinaciter nostra anemus: sed quæ
aliquando à fratribus, & collegis nostris uti-
liter, & salubriter suggeruntur, si sint uera,
& legitima ipsa potius nostra ducamus. Hæc
omnia Cyprianus illo loco: ex quibus con-
stat primatum quidem esse in Ecclesia, & in
Petro: non tamen infallibilem circa guber-
nandi rationem, & qui nunquã errare pos-
sit, sensum. Quare modestissimè is cui Deus
primatum dedit, & audire alios, & sequi me-
ritò debet. Quod Cyprianus docet ex ipso
Petro: & agit ipse in suo Concilio: & à Cor-
nelio petit, ut pariter & ipse agat. Hoc igitur
constituto, ea scilicet, quæ cunq; sunt à Bren-
tio ex illo Aphricano concilio adducta, nul-
lo modo esse contra primatum Romanæ
Ecclesie. Intueamur iam an crimen falli,
aut quoduis aliud, unde Romanæ Ecclesie
testimonia suspecta esse debeant, quod Bren-
tius agit, ex eis probetur. Ait igitur ille: Pa-
tres Aphricani concilij petunt ab Ecclesia
Alexandrina, & Constantinopolitana uera
exemplaria canonum Niceni concilij. Verũ

cap. 1.

Cap 106.

Ex testimo-
nio Aphrica-
uorum conci-
liorum pro-
batur nullius
criminis fal-
si conuictũ
esse Romanũ
pontificem.

2. Cor. 2.

In Concilio
Carthagin.
2. lib. de Bap.
cont. Dona.
cap. 2.

est. petunt ea, id etiam uolentibus legatis Ro-
 mani pontificis, sequitur Brentius: & depre-
 hendunt Romanum pontificem ambitione
 excitatum designasse in proferendis cano-
 nibus Nicænis crimen falsi. quare inuehun-
 tur in eum grauissimè & arguunt eum apertè
 mendacij. Hæc ille, ubi illū in primis rogo,
 patienter ferat, si ipsum falsitatis apertè re-
 darguā: non enim dico mendacij, neq; cri-
 minis falsi: quod ille Romano pontifici tri-
 buit: sed falsitatis duntaxat illū arguo, quan-
 tæ autem culpæ, quanti q; peccati id sit, Deo
 relinquo, & omnibus, qui uolunt sine affe-
 ctu iudicare. Certè huius rei non habemus
 certiora testimonia, quàm ipsas epistolas A-
 phricani Concilij. inde scribunt alij, q; pro
 suo affectu fortè colligunt, sicut nunc Bren-
 tius: sed nos inquiramus ex illis ueritatem.
 Quis pontifex Romanus ambitione excita-
 tus admisit crimen falsi in canonibus Nicæ-
 ni Concilij? quem pontificem Aphricani pa-
 tres arguunt apertè mendacij? Prima episto-
 la Aphricani Concilij ad Bonifacium scribi-
 tur, & sic aiunt: Quoniam Dño placuit, ut
 de his quæ egerūt nobiscum fratres nostri,
 coepiscopus Faustinus, & conpresbyteri Phi-
 lippus, & Asellus, ut non beatæ memoriæ ep-
 iscopo Zozimo (à quo ad nos mandata, &
 literas tulerunt) sed tuæ uenerationi, qui in
 eius locum es diuinitus constitutus humili-
 tas nostra subscriberet, ea breuiter insinua-
 re debemus, quæ utrorumq; concordia de-
 terminata sunt: & deinde: quatuor, aiunt,
 nobiscum agenda mandata sunt eis, quorū
 unum de appellationibus episcoporum ad
 Romanæ Ecclesiæ sacerdotem fuisse referūt:
 omittamus reliqua. Et tandem de hoc respō-
 dent ut superius diximus: se id seruatu-
 ros, nisi aliter habeāt canones Nicæni Concilij.
 Quamuis enim, inquiunt, plurimos codices
 legeramus: sed nusquam in Nicæno Conci-
 lio in Latinis codicibus legimus, quemad-
 modum in suprascripto cōmentario inde di-
 recta sunt: unde tandem mittunt ad Eccle-
 sias orientales, & hæc est sexti Carthaginen-
 sis Concilij conclusio. Vbi primò uide Zozi-
 mum legatos misisse, & per eos in suo, ut uo-
 cant monitorio, illos canones Nicæni Con-
 cilij: & mortuus est Zozimus antequā quic-
 quam rescripsissent patres Aphricani, ante-
 quā in orientales Ecclesias misissent: atq; ita
 re adhuc illa de canonibus Nicæni Concilij
 dubia, unde de ea non ad illum, sed ad suc-
 cessorem Bonifaciū scribunt. Zozimus igitur
 uuius non est conuictus criminis falsi,
 neq; q; ambitione excitatus fuerit, ut Bren-
 tius dicit, nec arguunt eum apertè mendacij,
 ut ipse manifestius falsè dicit, quippe q; iam
 mortuus erat, priusquam ullas literas tcribe-
 rent Aphricani: nec ipsæ literæ ullum uer-
 bum continent, quo id significetur, nec po-
 terant quidem, quandoquidem adhuc res,
 ut his literis fatentur, dubia apud eos erat:

Non arguunt igitur Zozimū ullius criminis,
 non Bonifaciū, qui nihil egerat. Subindicat
 qdem modestissimè Bonifacio, ne aliquid
 imponatur Ecclesijs Aphricanis, quod nō in
 concilio Nicæno sit constitutum. Itaq; dicunt:
 credimus, adiuuante misericordia Dei tuæ
 sanctitate Ecclesiæ Romanæ præsidente, nō
 sumus iam istum typhum passuri: sed serua-
 buntur erga nos ea, quæ custodiri debeant
 cum fraterna caritate, quæ secundum sa-
 pientiam, atq; iusticiā, quam tibi donauit al-
 tissimus etiam ipse prospicis esse seruanda,
 si fortè aliter se habeāt canones Concilij Ni-
 cæni. Vides itaq; liberā quandam, sed plenā
 modestiæ querelam, & petitionē humilem.
 Fatetur enim se aliqua coactos tolerasse: uel
 intolerabilia passos, quæ cōmemorare, aiūt,
 nolumus: Hæc pertinent ad libertatē, quā
 diximus: sed nihil in eis criminis falsi. Au-
 diamus iam quæ sequuntur, recipiunt ab or-
 rientalibus Ecclesijs exēplaria Concilij Ni-
 cæni, quantum uidetur illa duntaxat capi-
 ta, quæ nos habemus continentia: & uiuen-
 te adhuc Bonifacio aduertunt, non ea conti-
 neri, quæ à Romana Ecclesia missa fuerant:
 idq; significat Bonifacio, cuius rei testimo-
 nium habemus in altera epistola nō ad Bo-
 nifacium, sed ad Cœlestinū successorē eius
 scripta: & ingenuè fatentur, quia illud, qd
 pridem per eundem coepiscopū nostrū Fau-
 stinum, tanquā ex parte Nicæni Concilij ex-
 inde transmiseris, in exemplaribus ueriori-
 bus, Concilij Nicæni à sancto Cyrillo Alexan-
 drinæ Ecclesiæ episcopo, & à uenerabili Atti-
 co Constantinopolitano antistite transmis-
 sis, ex authentico: quæ etiā ante hoc uenera-
 bilis memoriæ Bonifacio episcopo p̄decesso-
 re uestro à nobis transmissa sunt: in qui-
 bus tale aliqd non potuimus reperire. Hæc
 ad Cœlestinū scribunt. Ex qua etiā epistola
 patet, per eosdem legatos, eadē capitula Nicæ-
 ni Concilij Cœlestinū rursum misisse: sed nec
 ullū uerbū est in his omnib. de crimine fal-
 si, nec ulla coniectura, unde id colligi possit.
 Nunqd tres p̄ticipes Zozimus, Bonifacius,
 & Cœlestinus cōtinuè sibi succedentes, cum
 qbus hæc causa acta est, ambitione excitati
 falsarūt exēplaria Nicæni Concilij: aut hoc
 credi potest? certè nihil de hoc loquuntur A-
 phricani, nec uerbū in eis est de mendacio,
 uel crimine falsi: nec ex monumentis illius
 temporis aliud colligi potest: meritò igitur
 dicā ego, falsum dixisse Brentiū: cum dicit,
 q; Aphricani arguunt pontificē apertè menda-
 cij, ignorātia, an affectu, an utroq; potius, ip-
 se uiderit: ego, quod dicit, uideo esse falsum.
 Habet hæc secunda epistola Aphricani con-
 cilij, quæ est ad Cœlestinum, nonnihil quere-
 læ de Faustino legato Apostolicæ sedis præ-
 cipuè. Nam primū, inquiunt, quantū obsti-
 terit omni congregationi diuersas iniurias
 ingerendo, quasi Ecclesiæ Romanæ asserens
 priuilegia. Hæc de legato suo dicunt pontifi-
 ei: &c

ei: & q̄ in causa Apiarij magis suscepit patrocinium q̄ iudicium, & defensionem q̄ disceptatione: sed de ipso etiam pontifice conueruntur, & satis aperte, quamuis modeste: & humiliter illum arguunt in causa illa Apiarij, q̄ scilicet nimium festinauerit in restituendo eum cōmunioni: q̄ facile creditur illum ad se appellasse, quod probare, inueniunt, non potuit. sed hæc q̄ longè sunt à crimine falli, uel pontifici, uel legatis inuendo? Habet etiam hæc epistola plurima syncretissimæ certè libertatis: præfatio itaq̄ (inquunt) debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad uestras aures hinc uenientes non facilius admittatis: neq̄ à nobis excommunicatos in cōmunionem ultra uelitis accipere: quia hoc etiã Nicæno Concilio definitū facile aduertit uenerabilitas uestra. Nam si de inferioribus clericis, uel laicis uideretur ibi præcaueri: quanto magis de Episcopis hoc uoluit obseruari? Deinde aiunt presbyterorū quoq̄, & sequentium clericorū improba refugia, sicut te dignum est repellat, sanctitas tua: quia nulla patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatū est Africana. Et post multa de ea re. Nam ut aliqui aiunt, tanquã à tuæ sanctitatis late re mittantur, nulla inuenimus patrum synodo constitutum. Executores etiam clericos uestros, quibuscunq̄ petentibus, nolite mittere: nolite concedere ne fumosum typhum seculi in Ecclesia Christi, quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem uidere cupientibus præfert, uideamur inducere. Quæ ex illa epistola ideo hoc loco adduximus, ut quãta tunc fuerit libertas in Ecclesia ostendatur, & quanta modestia in pontificibus, quod an tempore Augustini scriptum sit, nō satis nobis constat. id dumtaxat hinc habemus, quod in tanta libertate, nihil quod sapiat crimen falsi audimus. cum tamen Brentius dicat, q̄ pontificem aperte arguunt huius criminis. Sed inquiet Brentius, Africani dicunt, nō inueniri in authenticis exemplaribus, quod pontifex scriperat: reijciunt illud, & amplectuntur Græca exemplaria: hoc non est arguere criminis falsi: imò inde quàm maxime ego te arguo Brenti, quod hoc tu in peiorem partem tam sinistrè interpreteris: tu inquam, aut quisquis ille est, unde id desumpsi, cogitare debuistis, potuisse pontificem bona fide, quos putabat Nicænos canones protulisse: quoniam sic ad manus eius uenerant, quod non est difficile contigisse, etiã nullo ex intentione hoc agente, ut corrumpere scripturam. Quot huiusmodi diuersitates inuenimus ex incitia, aut incuria scriptorum in ipsis sacris literis? in numero annorum primæ illius ætatis mundi, in ipsis prophetarum uerbis, inter Hebraicam originem, & translationem septuaginta. Quid ergo mirum, si quod alterius Concilij proximum erat, Concilio Nicæno inter scriben-

dum affixum fuerit: ita ut ratione aliqua eiusdem creditum fuerit: quod multis modis fieri potuit: & postea ab alio eodem modo transcriptum, & sic demum lectum, & creditum. Quis unquam eum, qui falsum etiam instrumentum in iudicio profert, dicet conuictum esse criminis falsi, eo quod instrumentū conuictum sit falsitatis? potest enim bona fide protulisse, quod hic Brentius agit, tam certò, tam constanter, ut tertiam id repetat: ut lectores bene aduertant rem tam indignam: sed, si de re ipsa agitur, quanquã non magnopere ad nos pertineat, qui tantum primatum asserimus, cui non solum nihil repugnat limitatio quædam, & moderatio usus illius, ad quã hoc pertinet, sed conducit potius: Tamen ut de hoc etiã dicamus: multo nobis probabilius est, ueriora fuisse exemplaria Romanæ sedis: quod ita patet. Primò ex his, quæ superius attulimus ex Athanasij epistolis: atq̄ Aegyptiorū ad Marcum, Iulium, & Fœlicem, & duabus epistolis Iulij, ad Orientales, & altera Fœlicis, atq̄ ex Cassiodoro, & Theodoro, & historia tripartita satis constat: & quod agnita fuerit, & quantum fidei etiam paci Ecclesiæ tunc contulerit superioritas ista Romanæ sedis, & facultas ad illã appellandi, qua tunc usus est Athanasius sanctissimus, & constantissimus ueritatis assertor: imò constat iam tum hoc habuisse Ecclesiasticam regulam. Ita inquit Cassiodorus: Iulius sequens Ecclesiasticam legem, & ipsos (de calumniatoribus Athanasij loquens) Romam uenire præcepit: & uenerabilem Athanasium ad iudiciū regulariter euocauit. Non est opus de hac re plura referre. Constat Romani pontificis auctoritate restitutum Athanasium sedi Alexandrinæ, à qua fuerat ab hæreticis eiectus, idq̄ Imperatore etiam consentiente, fuisse à catholicis omnibus Episcopis agnitum, ut legitimum: scribit Iulius in epistola sua hoc etiam cautum esse in Nicæno Concilio, & aliquot canones citat triginta scilicet, & sex eiusdem concilij: inter quos illi ipsi sunt, quos in Africano Concilio legati pontificis proferebant: & hoc scribit Iulius, uiuente Athanasio, & nō dubium quin multis alijs, qui Concilio Nicæno interfuerant, cum recens esset eius memoria: quomodo ergo tunc posset corrumpere, & crimen falsi admittere in canonibus Nicænis, quum multi superessent testes, quibus conuinci possit falsitas? Accedit quod ad ipsos orientales hæc scribit, apud quos concilium celebratum fuerat, quiq̄ quantum poterat, resistebant Iulio, & Athanasio. Præterea Athanasius 70. capitula fuisse Nicæni Concilij asserit, quæ (inquit) decreto omnium Episcoporum attuli, & coram omnibus recitauit, atq̄ transcripsi: quæ conqueritur ab hæreticis combusta esse, ut supra diximus: atq̄ ideo ab Ecclesia Romana eisdem canonibus sibi mis-

Cap. 107:
Exemplaria
Nicæni Concilij à Romana Sede promota ueriora fuisse probabiliter ostenditur.

ti petit. Ex quibus omniibus satis ostenditur nullo crimine falsi, imò nulla falsitate, sed integerrimè canones illos Romæ seruatos, & post centum fermè annos prolatos in Concilio Carthagenensi: quibus cum illi non adhibuissent fidem, recipiunt ab Ecclesia Constantinopolitana, & Alexandrina quantum uidetur, non plures Canones quàm nos habemus, uiginti & unum duntaxat. Itaque merito credere possumus integra omnia fraude hæreticorum in Ecclesijs orientalibus perijisse, etiam si per Marcum pontificem fuissent transmissa. Vbi ego magis uideo modestiam magnam Bonifacij, & Romanæ Ecclesiæ, quòd Aphricanis negantibus ueritatem exemplarium Romanæ Ecclesiæ, non durius, & obstinatius restiterint: nec turbaerint propterea pacem Ecclesiæ, propter rem uidelicet non tam fidei, quàm cuiusdam consuetudinis, quæ pro diuersitate temporum solet diuersa esse, & reuera de hac crediderim ego ab initio Ecclesiæ magis consuetum fuisse, ut omnia agerentur ab Episcopis, atque metropolitanis: quod Cyprianus in epistola ad Cornelium dicit aperte, & in Aphrica id fortè seruatum fuit usque ad Concilium istud sextum Carthagenense: quia fortè non occurrerat necessitas ulla, ob quam fuisset confugiendum à catholicis episcopis ad Romanam Ecclesiam post priora illa tempora Cypriano uicina. Certè ualde consonum ueritati uidetur, quòd in Concilio Nicæno, quando, pace data Ecclesijs, licitum fuit maturius, & quietius de statu Ecclesiarum cogitare, & fontem ipsum institutionis Christi expendere, statutum fuerit, ut ad Romanam Ecclesiam licitum esset confugere Episcopis: sicut de non conuocandis Concilijs sine eius auctoritate: nec causis maioribus fidei finendis: quòd ita uidemus seruatum ab Athanasio, & alijs catholicis orientalibus Episcopis eiusdem temporis: de quo superius diximus. Illud constat ex historia tripartita, Socrate auctore, Sardicense Concilium, grauissimum quidem auctoritate Iulij pontificis Romani undecimo anno à Constantini morte fuisse celebratum: cui trecenti Latini Episcopi interfuerunt: quanquam pauciores Græci in Concilio tantæ auctoritatis, cui etiam plures interfuerunt ex his, qui Concilio Nicæno presentes fuerat, manifestissimè statutum fuit de appellando ad Romanam Ecclesiam licitè: ut patet septimo capite illius: in quo omnia illa, quæ Aphricani negant in illo Concilio sexto constituantur, & tamen post annos centum plus minus uidentur nondum hæc agnita fuisse in Ecclesijs Aphricanis: quia, ut diximus, fortè non fuerat ulla necessitas: & cum cœpisset Romana Ecclesia hoc exigere ab illis occurrente tunc causa resistebant sancti etiam Episcopi Aphricani: & inde illa, quæ citantur à Brenio sunt:

quæ omnia si bene pensentur, magis ex illis unde ædificari possumus, quàm contrarium uidebimus. Romana sedes non importunè, neque intèpestiue sua auctoritate uti uoluit: aut illam obtrudere præter necessitatem. Hinc factum est, ut apud quosdam non satis cognitum esset, quid in exercendo uti eius statutum in antiquioribus Concilijs fuerat, & demùm, quem exitum res hæc habuerit apud Bonifacium secundum huius nominis, est uidere, eius tempore hoc pacificè agnouerunt Aphricani, damnaruntque contraria omnia, quæ quantum ego credo aliquanto post August. & sextum illud Concilium immoderatiùs acta sunt: etià cum schismate, atque diuisione ab Ecclesia tempore scilicet Bonifacij primi, & Cælestini successoris eius. Vide epistolam huius Bonifacij secundi, ad Eulaliū Alexandrinū episcopum de reconciliatione Carthagenensis Ecclesiæ: in illa est exemplar literarum ipsius Carthagenensis episcopi de re hac. Satis igitur hæc esse debent, ut & primatus ipse Romanæ Ecclesiæ certissimè cõster institutus à Christo, & agnitus in Ecclesia: & ut denique Romanorum pontificum inculcata fides ab iniurijs, & maledicentijs Brentij ostendatur immunis.

Superest ultimam manum huic loco imponere, de uera scilicet agnoscenda Ecclesia. Ostensum est enim manifestissima esse, que diximus signa, & perspicacissima lumina: ut nullum laterc possint: consensus in doctrina fidei, & cultu cum Apostolica prædicatione, & fide suscepta iam inde ab ipsis Apostolis in Ecclesia consensu patrum, & populorum: successio certa, & cõtinua ministrorum ab Apostolis, & Apostolicis Ecclesijs: Denique unio cum Romana Ecclesia, & pontifice eius uero successore Petri, & uicario Christi, quod libet horum tam perspicuum est, ut nulla fraude hæreticorum possit abscondi. Varia ergo hæc nostre Ecclesiæ catholicæ signa dicemus, quibus ab oibus etià inimicis agnosci possit, sicut reuera certa sunt signa, quæ Brentius profert suæ Ecclesiæ, quæ ille catholicam dicit, quibus & ipsi, & nos illa agnoscamus. Nec Brentius nec ego erubescimus Ecclesiæ nostre, ut ita dicam, telleræ, & characterè. Quare libet nunc in fine utriusque signa simul cõferre. Quod Brentius loco illo de Ecclesia fecit: ubi & nostre, & suæ omnia collegit: nisi quòd in quibusdam imponit nobis: & in alijs, ut illi solent, minus aperte loquitur. Ita igitur ait, Ecclesiam suam constare ex gratuita, & clementi electione Dei per filium eius in Spiritu sancto: nostram uero, ex meis uerbis colligens, non constare ex electione Dei, sed sufficere quæ cõfiteatur Christum ore, etià si corde sit Epicureo: suam renasci non ex carne, & sanguine: non ex humana electione, sed ex Deo per sermonem suum: nostram uero fieri ex electione hominum, quia nos dicimus ueros episcopos ex legitima electione pendere:

Cap. 108.
Signorum Ecclesie uera, que allata sunt, & que à Brentio ponuntur, collatio.

pendere: suā agnoscere sincerā prædicatio-
nem uerbi Dei, & uerū, & rectū usum sacra-
mentorū: nostrā utrunq; corrūpere, uerbū,
quia nō tantū recipit scripturā, sed tradi-
tiones: sacramenta, q̄a sordidat, inq̄t, bap-
tismū fictitijs appendicibus ab humanis tra-
ditionib; & poculū cœnæ Dominicæ dicit,
non bibendū omnib; suā, inq̄t, interpretari
patres, traditiones, & Concilia per scripturā,
eandem scripturā, per seipsam: nostrā inter-
pretari scripturā per patres, per traditiones,
& concilia: suā fundari super doctrinā pro-
phetiā, & Apostolicā, nec ulla dogmata ex-
tra scripturas sacras suscipere: nostrā funda-
ri super traditionib; & dogmatib; extra scri-
pturam: Et deniq; breuiter, inq̄t, suam unū
solum caput agnoscere, tā in cœlo, q̄ in terra,
Christū: illi soli esse alligatā, ministris eius
utitur, ut seruiat ipsi, iuxta regulā præscriptā
in scriptura: nostrā uerò in terris pro suo ca-
pite agnoscere Romanū pontificē, & alliga-
tam esse prælati illi subiectis, nec pendere à
solo Christo, sed quærere etiam salutem in
contritione, in ieiunio, in horis canonicis,
& omnib; suis operibus, quibus confidit se
gratiā Dei mereri. Sic igitur Brentius ista re-
rū, & signorū, antithesi, & cōtrapositiōe u-
trūq; Ecclesiā, quā ille scilicet describit, &
quam ego, imò uerius quā oēs sui, & oēs
nostrī, apertē satis ostendit. Ex quibus si au-
feramus quæ manifestē imponit, & q̄ detor-
quet sinistrē, facilē erit ante oculos utranq;
habere Ecclesiā: nec id difficilē erit ex iam
dictis colligere. Satis enim ostensum est fal-
sum nobis imponi, quodd scilicet dicamus,
Ecclesiā uerā nō pendere ex electione Dei,
uel non renasci spiritu eius. Hæc enim aper-
tē asseruimus Ecclesiæ conuenire: sed falsi-
sumus ad eam pertinere peccatores, nō quidē,
uel uiua membra, q̄ diu sunt peccatores: sed
uel subditi, uel prælati, ut ministri, & quibus
ministranda sunt uerbum, & Sacramenta.
Similiter qd aliud præter Christum agno-
scamus ad nostrā salutē aternā necessariū,
satis superius ostensum est, falsō imponi no-
bis: nihil spectamus nisi Christum, & quod
ab illo nobis donatur, aut constituitur: sic
spectamus Episcopos, & pastores: ieiunia,
uera, & pia opera: ideo dicimus nos gratiā
mereri, quia sunt effectus gratiæ, quod Bren-
tius ipse disertē refert nos dixisse. Hic er-
go reiectis iam ad illa signa accedamus. Hæc
igitur sunt contraria nostræ, & suæ Ecclesiæ
signa. Nostra Ecclesia, quam consistemur, &
credimus, uisibilis est, omnes complectitur,
quī fidem publicē confitentur, & uisibilia
suscipiunt Sacramenta. Inter hos non du-
bitat esse electos à Deo, & prædestinatos: &
admonet quemlibet de se dubitare, an præ-
destinatus sit, sed in sancto timore, & bonis
operibus id sperare: nec ullos extra se ma-
nentes saluari credit: Brentij uerò Ecclesia
quam ille credit ueram, & firmam, solos

prædestinatos, & electos à Deo habet: & iu-
bet quemlibet de se credere, quod à Deo
prædestinatus sit, & electus, omnes alios, pec-
catores scilicet, contemnit, & reijcit à se: &
omnino alienos ducit. Confer rogo hæc. Cer-
tè illud primum negari non potest, nostrā,
quæ peccatores continet, & quemlibet do-
cet, de se timere, & de Deo sperare caracte-
rem habere Christi, & Apostolorum: nouit
non esse opus ualentibus medico, sed malè
habentibus: Christum uenisse propter pec-
catores, quorum primus (inquit Paulus)
ego sum. Altera uerò characterem Iudai-
cæ superstitionis, quæ murmurabat de
Christo, quod peccatores reciperet, & man-
ducaret cum eis: & qui dicunt, ut Esaias ait,
Recedas à me, & non appropinques mihi,
quia immundus es. Nōne hoc apertē di-
cit, qui ait Roma iam pridem purpurata me-
retrix dicebatur, nec interea temporis me-
lior facta est, & nos talem agnoscemus pro
matre Ecclesiarum? Nōne hoc dicit, qui
clamat, indignum esse asserere, quod ad Ec-
clesiam pertineat, qui Epicureo corde, &
uita Sybaritica sit? In hac itaque causa nos
eas partes Christi tenemus, quas ille aduer-
sus Phariseos egit: Illi quas econtrariò Pha-
risæi aduersum Christum. Alterum porrò
circa hoc non omittam, quod qui ex præde-
stinatis tantū Ecclesiā consistare dicit,
nullo modo potest, quod aliqui ad eam per-
tineant certò asserere, quandoquidem de
nullo sciri potest, an prædestinatus sit. Qua-
re igitur Brentius se, & suos, ad hanc Eccle-
siam pertinere dicit? Nam etiam si fide hoc
de se credere uelit, quod prædestinatus sit,
certum est de nullo alio se id credere posse,
quousque ueniat Dominus (ut Paulus in-
quit) qui manifestabit abscondita tenebra-
rum. Nullam ergo habet Ecclesiam Bren-
tius, cur ergo dicit iure optimo illis adimi-
mus catholice Ecclesiæ nomen, & nobis uen-
dicamus. Qui, inquam, uos estis? uos præde-
stinati, ut Catholice Ecclesiæ nomen uobis
uendicetis, quod si de Ecclesia externa dice-
re hoc referatis, intelligant oēs uos catholi-
cam ueram Ecclesiam nullam agnoscere: &
mirabor si etiam uestri non à uobis disce-
dant, utpote qui nullam ueram Ecclesiam
cui certò à Christo promissa sit gratiæ suæ,
& protectionis præsentia credant. Ecclesia
enim catholica, quā definit Brentius, cuius
tanta priuilegia refert, nulli agnita esse po-
test, de quibus satis iam superius diximus.
Sed hæc dicta sunt nobis de duobus illis prio-
ribus sibi oppositis signis Brentij, & nostræ
Ecclesiæ, reliqua breuiter perstringamus. Ec-
clesiam catholicā nasci ex Deo, inquit, Bren-
tius, nostrā ex electione humana, & succes-
sione, hoc uerum est: Hanc nos dicimus ue-
ram Ecclesiā, quæ succedit Apostolis: sed hæc
etiam renascitur ex Deo. Hæc duo non sunt
contraria, sed si contraria signa quærenda

sunt, sic dicamus: Ecclesia, quam Brentius agnoscit, contemnit om̄m humanam electionem, & successionem ab Apostolis: Ecclesia nostra hæc duo, tanquam à Deo ordinata agnoscit, nec ullos ministros recipit, nisi legitime electos, & primis, quos Christus instituit succedentes. Nonne etiam hæc sunt manifestissima signa? Nonne nos uerbum Christi habemus, qui non intrat per ostium sur est? Nonne Apostolos electione, & impositione manu constituisse ministros scimus? sequimur ergo institutionem Christi, qui uerò e contra electionem & successionem contemnit, characterem illum præferunt, de quo Christus inquit, Qui uos spernit, me spernit: factis ergo hæc duo signa cuius sit Ecclesia Brethij, nempe Antichristi: cuius nostra, hoc est Christi, ostendunt. Quæ ergo tertio loco ponit audiamus. Ecclesiam catholicam agnoscere sinceram prædicationem uerbi, & rectum usum sacramentorum: nostram uerò utrumque peruertere, sed hoc falsum dicit. Fatemur eam, quæ uerum Dei uerbum, & uera Sacramenta non agnoscit non esse ueram Ecclesiam: sed esse uerum uerbum Dei, quod Brentius & sui credunt, & uerum usum Sacramentorum, quem obseruant, negamus: Verum utrumque ex consensu patrum, & consuetudine ab Apostolis deriuata iudicandum esse cum dubium aliquod est, dicimus. Itaque hæc non sunt satis aperta signa. Illa ponamus, quæ nullus nostrum negare possit. Ecclesia, quam Brentius describit, nullas traditiones suscipit, circa fidem, & Sacramentorum usum: nec ea quidem, quæ per totum orbem seruat Ecclesia, sed solum scripturam: nostram, quæ agnoscimus Ecclesia, traditiones Apostolorum, quæ scilicet ab eis traditæ sunt illis, quos præfecerunt Ecclesijs, & ab illis successoribus suis, & sic ad nos usque peruenire, & semper per totum orbem in Ecclesia seruatae sunt, uenerantur, & suscipit. Iam intueamur, quid magis consonet ueritati. Certè nos Paulo obedimus: tenete, inquit, traditiones, quas accepistis siue per epistolam, siue per sermonem: & scimus plura illum ordinasse in Ecclesia quam scripserit: cætera inquit, Corinthijs cum uero disponam. Illi ipsam scripturam negant, negantes tenendum esse, quod sine epistola, sermone traditum est. Huc etiam pertinent duo sequentia signa, de sensu scripturæ. Catholicam, inquit Brentius, Ecclesiam, quia non agnoscit nisi scripturam, interpretari traditiones, patres, & concilia, & scripturam per ipsam scripturam: nostram, scripturam per patres, & concilia. uerissimum est hoc. ita fatemur, cum scriptura est dubia, ut frequenter est, consensu patrum, conciliorum iudicio, & consuetudine totius per orbem Ecclesiæ dicimus explicandam, & in his tribus non aliud querimus, quam Ecclesiæ sensum, quæ est columna, & firmamentum ueritatis. Nos ergo hunc characterem præferimus: Christum

dedit in Ecclesia sua pastores, & doctores: ut non simus paruuli, & circumferamur omnino uento doctrinæ. Illi uerò e contra habeant suum characterem, qui non acquiescunt sanis sermonibus, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, &c. Sed & duo sequentia huc pertinent: catholicam enim Ecclesiam, ait, fundatam esse, super doctrinam Apostolorum, & prophetarum, & nulla dogmata extra scripturam agnoscere: nostram uerò fundari super traditionibus: ad idem hæc pertinent. Dicat igitur sic, quæ nostram Ecclesiam doctrinam Christi, & Apostolorum & consensu totius Ecclesiæ cogitamus & non scripturam tantum suscipit: Illi solum scripturam. Ex quo conuincimus, quæ nec scripturam recipiant, quæ præcepit: tenete traditiones siue per epistolam, siue per sermonem. sed de traditionibus postea agemus. Ultima duo audiamus, reiectis, quæ de operibus, & contritione loquitur. nam ostendimus falsò imposta esse nobis. Ait igitur, Ecclesiam catholicam unum solum caput agnoscere in cælis, & in terris, scilicet Christum, uti uerò ministris, ut ipsi seruiant, iuxta regulam præscriptam in scriptura: Nostram uerò Romanum pontificem agnoscere pro capite suo, & alligatam esse prælatis. Hoc fatemur in signo nostrum est, Obedite præpositis uestris, & subiaccete eis. illorum sit: sunt enim multi inobedientes, uaniloqui, & seductores. non possumus certè his lignis non manifestè cognosci. Illi nullum caput, nullum superiorem nisi iuxta sensum, quæ illi concipiunt ex scripturis, agnoscunt: ideo nullam unitatē colunt, nos unum Deum, unum Christum, unum in Ecclesia catholica Episcopum, & sub eo reliquos specialium Ecclesiarum, & ab his ordinatos ministros suscipimus: & in dubijs illorum expectamus iudicium: atque ita non unitatē, quam nos nobis somniamus, sed quam instituit Deus, custodimus: habemus ministros homines, & ex hominibus atque humana electione, & successione cognitos: sed quos Deum suo spiritu non dubitamus gubernare, ut Ecclesiæ suæ præsent. Quare claudamus iam uniuersam hæc exhortatione illa uerissima Abiæ regis Iuda, quam habuit ad Ieroboam, & decem tribus, quæ se à regno Dauid separauerant: quæ huic loco optimè conueniunt. optimè regnum Dauid temporale quidē, & terrenum, regni spiritualis Christi figura est. Legimus autem, quod cum decem tribus à domo Dauid, & hoc eius regno se separassent, Deo hoc propter peccata Salomonis permittente, & Ieroboam stultē, & superbē agente, quamquam hæc separatio primò non ad spiritualia spectaret, & religionem: sed ad temporale dominium solum, mox tamen secuta est religionis, & fidei diuisio constituente Ieroboam impijssimo rege nouum & falsum idolorum cultum, atque ad eum trahente populū: ut à Hierosolymitano templo separaret: atque hac ratio-

ad Tit. 1.

Cap. 109.
Defectio Isp
raclitici populi sub Ieroboam à cultu Dei, de præsentibus heresibus, exponitur, et uerbis Abiæ regis Ieroboam de Ieroboam rō de terrenatur.

2. Para. 13.

ne &

no & falsi sacerdotes, atq; leuita, falsi pphete, falsa & sacrilega sacrificia, & peruerio totius cultus ueri Dei sequuta sunt. Nonne hæc oia manifestissima sunt figura hereseon omniu & schismatum. Quid enim aliud hæresis est, quam idolum quoddam, & figmentu, opus manuum hominum: cum scilicet quisque, quod sibi placet, quod sibi gratum est, elegit in religione, & fide? Separatio igitur illa à regno David scindentes se ab Ecclesia nobis significat, idolorum erectio nouaru opionum, & hæreson figura est: & hæc in omnibus hereticis semper fuit, semper illi humana adinuenta, coluerunt. Manichæi, Marcionista, Valentiniani, & relique illos sequentes pestes, nescio que nouum Deum alienu ab eo, quem fides prædicat, sicut Arriani, Sabelliani, & Macedoniani, aut patrem sine filio, quare non ueru patrem: aut utrumq; sine Spiritu sancto, quare nullum ueru Deum coluerunt? Sic relique oes hæreses, quamuis de Deo non falsum aliquid assererent: atq; ideo nec nouum fingerent Deum, semper tamen alienu aliquid uera fidei adiungentes, Deo imposuerunt, & ratione quadam fabricarunt sibi idola, atq; ita merito ad regnum Hieroboam, & idola eius pertinent. Verum plures horu quamquam falsum aliquid fidei admiscentes, participes facti sunt huius idololatriæ, tamen dum in cæteris omnibus eosdem ritus sequuti sunt, quos tota Ecclesia: idem offerentes sacrificium, eisdem orationibus, & cæremonijs, quibus reliqua Ecclesia, eisdemq; initiati sunt sacramentis, & deniq; omnia eisdem ritibus fecerunt: minus impietati Ieroboam uidentur similes. At uero nostri hodierni hæretici, qui ultimis his temporibus exorti sunt, à centum proximis annis, Antichristo iam efficacius mysterium operante, in Ioanne Vuiclef, quem Lutherus, & omnes posteriores hæretici magna ex parte sequuti sunt, quamquam mitius atq; suauius poculum falsitatis uideri uolunt attemperasse. Hi igitur omnes hæretici, dum omnes Ecclesiæ ritus, omnes cæremonias, Sacramenta omnia, opera deniq; ordinem, & gubernationem imitant, & conuellant: quid aliud agunt, quam ut cum Ieroboam nihil aliud, quam idola sua, colant. Merito igitur illis aliam Ecclesiam ostendantibus, alia Sacramenta, alios ritus, &c. & contra nos dimicantibus, etiam magna eloquentia, magnis clamoribus, conuitijs, & maledicentijs nos obruerent conantibus, dicat quodam Abias ille fortissimus rex, qui cum quadraginta milibus ueniebat contra Ieroboam, qui in octoginta milibus, duplici scilicet numero, gloriabatur, concionabatur ad illos: Audi, inquit, Ieroboam, & omnis Israël. Num ignoratis, quod dominus Deus Israël dederit regnum David super Israël, in sempiternum ipsi, & filijs eius in patrum salis? Et surrexit Ieroboam seruus Salo-

monis filij David & rebellauit contra dñm suum, congregatiq; sunt ad eum uiri Belial, & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis. Hæc uobis iam dico, o Brenti, & Lutherani oes, nunquid nõ certum est, non agnitũ, & prædicatũ in uniuersis Ecclesijs per uniuersum orbem, Christum cõstituisse uicarium, & regno suo præposuisse Petru, & filios eius, legitimos scilicet successores, usq; in sempiternũ, fœdere stabili, & indissolubili. Rogauit, inquit, pro te, ut non deficiat fides tua? Nonne res ipsa indicat, exurrexissẽ Ioannem Vuiclef prius pontifici Romano subditum, in eius obedientia ordinatum in Ecclesia, & doctoris officio fungentẽ, aduersus illum, cui adhæserunt filij Belial ueluti primi antesignani, Ioannes Hus, & Hieronymus de Praga, qui præualere non potuerunt aduersus eum, quẽ constituerat in Ecclesia? Nec enim hic ut Roboam à Deo permissus est rudis, & pauidi cordi esse, ne resistere posset. Damnati sunt igitur hi oes publico iudicio Ecclesiæ, & ut dignũ erat, ultimo supplicio affecti, imperatore ipso, & principibus imperij cogenibus? quanto ergo iustius iam uobis dicam, qd Abias: Nunc ergo uos dicitis, qd resistere possitis regno Dñi, qd possidet per successores Petri. Improperandũ merito fuerat Ieroboam, qd præualere se putaret contra constitutum regnum à Deo: etiam iam cum iam principia ei prospera successissent: quia non tantum humanũ regnum, sed Dei ipsius impugnat, à cultu uero auocans suos: quanto iustius improperandum est uobis, qd putetis præualere uos posse damnatis, & exterminatis communi consensu Ecclesiæ primis auctoribus huius tragediæ, & prophetiam dicatis esse, quam Hussitarũ moneta habet, ex persona Ioannis Hus, centum reuolutis annis Deo respondebitis, & mihi: quasi hoc ipso tempore surrexerit nouus ppheta pro illis Lutherus, non duplici spiritu blasphemix, & obstinationis illorũ, sed multiplici præditus: habetisq; grandem populi multitudinẽ, atq; uitulos aureos, qd fecit uobis Ieroboam in Deos. Gloriamini in multitudine popularũ, quos ex Germania uestra seduxistis, & uitulos aureos gestatis, noua, & aliena dogmata aduersus orationes Ecclesiæ in sanctorũ inuocatione, & commendatione defunctorum, aduersus sacrificium altaris, aduersus Ecclesiasticæ hierarchiæ ordinẽ, quibus inuitatis populos, & dicitis: nolite ultra ascendere in Hierusalem, in ciuitatem in qua collocauit Dominus originem, & caput Ecclesiæ unitatis, & insuper clamatis: Ecce Dñs tuus Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti, quod est: Hæc sunt salutaria dogmata, in his fides catholica & animarum salus sita est, & sicut, inquit, Abias, eiecitis sacerdotes Domini, filios Aaron, atq; Leuitas, & fecistis uobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum, quicunq; inuitauerit

manum suam in turo, de bobus, & arietibus septem sit sacerdos eorum, qui non sunt, Dij: quæ omnia quam uerissimè in uos quædrant, qui reiecta unctiōe sacerdotali, reiecto sacramento Ordinis, fecistis uobis è media plebe, & uulgo, ex sutoribus, & cōfarijs, sacerdotes, nullo legitimo ordine, sed eos, q manus suas, & opera, atq; linguas maiorib' contumelijs, & ardentiore contentione, & iniurijs, atq; blasphemijs in sanctissimam, & antiquitus fundatam religionem, & cultum Dei inter uos, quibus hoc sacrosanctum est, consecrarunt. Nos uerò etsi peccatores, etsi qd uerissimo animo dicimus, tam sancta fide indigni: sed summo Diuinæ gratiæ dono seruati meritò dicere audemus: cum eodem rege, Noster autem dominus Deus est, quem non reliquimus: sacerdotesq; ministrant Domino de filijs Aaron, & Leuitæ sunt in ordine suo: Holocausta quoq; offeruntur Domino per singulos mane, & uespere, & thymiana iuxta legis præcepta confectum: & proponuntur panes in mensa mundissima, estq; apud nos candelabrum aureum & lucernæ eius: ut accendantur semper uespere, nos quippe custodimus præcepta Domini, quem uos reliquistis. Hæc omnia gratiæ Dei accepta referentes, audemus in unione sanctæ Ecclesiæ participes effecti omnium timentium Deum, etsi in nobis ipsis peccatores, asserere, quòd dominus noster Deus sit, cuius inuiolatam fidem seruamus, quòd sacerdotes, & Leuitæ ministrent apud nos in ordine suo, quem Apostoli tradiderunt Ecclesiæ: quem testimonio sanctissimorum patrum scimus semper seruatum in Ecclesia, qui meritò audiunt Pauli exhortatione omnia honestè, & secundum ordinem fiat in uobis. Seruatur itaq; ordo consonus & uniformis: cum apud uos, quod negare non potestis, tot sint Ecclesiasticæ ordinationes, quot capita: alia Nurenbergensium missa, alia Vuirtenbergen. holocausta quoq; apud nos offeruntur per singulos dies, &c. in sacrificio altaris, in pijs precationibus, & orationibus, in horarum canonicarum quotidiano pensu, quæ etsi ipsi, qui ea agimus, peccatores sumus, Christi nomine, & præcepto, & sanctorum omnium, atq; totius Ecclesiæ peracta non dubitamus Deo accepta esse, & multò magis, quam thymiana illud legis gratum Deo, ex quibus uidelicet ascendit fumus de manu Angeli, hæc offerentis in conspectum Domini. Sed & candelabrum, atq;

1. Cor. 14.

lucernæ, Euangelium scilicet, & certissimæ patrum expositiones apud nos sunt: quæ omnia uos corrupistis: Nos quippe seruamus præcepta Dei, dum illius adiuti gratia, uel ea implemus, uel transgressionem per humilem confessionem in unione Ecclesiæ orantes, & confitentes peccata, ueniam consequimur: quæ est teste August. uera legis impletio: quæ cum reliqueritis, meritò dicimus, quòd in eis reliqueritis etiam Deum. Ergo ut cum illo rege orationem claudam: In exercitu nostro Deus est, & sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra uos. Habemus orationem concordiæ, & unitatis, quibus contra uos, quamdiu rebelles, & obstinati estis, sed reuera pro uobis fundimus: ut consentientes, & humiles uos recipiamus. Ergo filij Israël, baptismo Christi geniti, in unica sponsæ eius gremio memores huius: nolite pugnare contra dominum Deum patrum uestrorum: nolite illum Deum abijcere, & eius cultum, quem patres uestri, sanctissimi sacerdotes, & doctores agnouerunt, nolite inquam pugnare, contra Dominum, quia hoc non expedit uobis. Quòd si uerba hæc uos non deterrent, deterreat saltem illius loci exemplum: Cum enim Ieroboam minus hæc curans totus humanis intentus Iudam, quem quadringentorum milium numero superabat, clam & dolò suo ambiret exercitu, clamante tamen Iuda ad Dominum, & uociferantibus sacerdotibus, ita deterriti sunt à Deo, ut quingenta milia perierint. Hoc uos deterreat. Quòd etsi ad horam dissimulare uideatur Deus, tandem faciet uindictam electorum suorum clamantium die, ac nocte, & exiget, à uobis tot milia animarum, quæ falsa doctrina perditis: exiget angustias, & lachrymas desolatorum fidelium, quos ad defectionem cogitis, aut miserimè afflictos facitis in gemitu uitam ducere: exiget ista Deus, si non in hoc seculo, certè in futuro, quod nos, & uos expectat ad iudicium: ubi nullus locus uerbis, & clamoribus, nullus tergiuersationibus, & calumnijs, cunctæ hæreses destruentur, illustratio ne aduentus Christi: quòd ne tunc uobis contingat Deum oramus, ut sanio rem mentem uobis det, & salubriter pterreat: ut deficiente omni cecitate, & pertinacia, corruat, quod in uobis malum est, & uiuant, quas ille redemit, animæ, & ad hoc ipsum uos quantum possumus hortamur.

Luce 28.

DE

DE VNO PRÆSENTE, & certo iudicio Ecclesie

stico, in dubijs fidei necessario, & ratione eius.

Cap. 1.
Quod iudicium de rebus controuersis oēs fatentur necessariū, sed nō oēs eodem modo.



Ecessarium esse in Ecclesia iudicium unum, & certū, atq; manifestum, in quo dubia, & controuersie de fide, cultu, atq; institutis Christiane uitae definiantur, tam manifestum est, tam certum, & persuasum: ut ad id probandum uix aliquid adferri possit manifestius: nec apud aliquem de hoc agi potest, qui non id sine ulla difficultate concedat. Itaq; nunquam mihi, aut uerbo conferre cum homine alicuius iudicij, aut legere cuiusuis scripta, de rebus hoc seculo nostro controuersis, contigit: qui non hoc in primis non concederet tantū, sed primò etiam proponeret, efflagitaret, & ardentè desideraret: ad eò animis omnium hoc infitum est, ut à primo ipso tempore, quo Lutherus noua hæc, uel antiqua potius, & damnata in Ecclesia dogmata exuscitare cœpit: omnium principum, omnium populorum consensu generale concilium, ad terminandam hanc controuersiam efflagitatum fuerit: & in omnibus imperij comitijs, publicisq; conuentibus conclusum, petendam esse sententiam generalis concilij. Cū itaq; omnes agnoscamus, necessarium esse, ut in controuersijs fidei certum sit tribunal, cui omnes parere debent: idq; Brentius, cui nūc respondemus, non solū affirmet, sed magno opere contendat sine illo nō posse fidem consistare: frustra uideri possem laborem ad hoc probandum assumere. Verū quoniā, etsi hoc ab omnibus concedatur facile, non tamen ab omnibus satis intelligitur, quantum uim habeat, ab aduersarijs quidem certè peruertitur, & præcipuè à Brentio in suis Prolegomenis in diuersa trahitur, & obscuratur. Deniq; & multis hoc factum est in occasione, & excusationem aut ignauia, & negligentia infidelis, dum putant sibi prætereà nihil curandū aliud circa fidem, quàm ut expectent hanc definitionem, etiam post mille annos: aut, quod in altero extremo est, temeritatis, & superbae præsumptionis, dum hoc iudicium facile persuadent ad se pertinere hi, quibus nulla res minus pertinet. In quo negotio conficiendo uires omnes suas in primo loco de potestate principum Brentius exerit, Quia igitur tam diuer-

simodè hoc accipitur, & basis esse debet eorum, quæ hoc loco, & sequentibus etiam dicturi sumus, dignum est, ut id, breuiter quidem, sed, quantum pro captu nostro possumus, apertè confirmemus, & proprijs suis medijs, & rationibus explicemus, quasi à propria id origine deducentes. Quæ certè non alia est, quam ea ipsa, de qua à principio præcedentis loci egimus. Si enim constitit, Deum ab hominibus non priuatim, & singulariter, nec per domos, & familias diuisim, sed in Ecclesia, & cœtu omnium uoluisse coli, nōne manifestum sit, nec priuata uel la sacrificia, aut obsequia singularia, sed totius Ecclesie communia illi placere? Cū itaq; primum Christianæ religionis sacrificium, primum obsequium fides sit, dicente Paulo, Accedentem ad Deum oportet credere: Nam sine fide impossibile est placere Deo, certissimū est, non illi gratam esse singularem alicuius fidem, non priuatam, & propriam, sed Ecclesie totius: res certè digna consideratione: ad eò enim placuit Deo nos inuicem coniungere, atq; unire, tot uinculis unitatem nostram constrinxit, ut nec fidem nostram, quæ in corde ipso abscondita, ei soli nota est, uoluerit à nobis suscipere, nisi prius in ipsa nos conueniamus, & concordemus: concordemus (inquam) oēs, quotquot uolumus nostram fidem illi probare, cum Ecclesia sua, cum ijs, quos primos dedit nobis eius fidei doctores, & deinde nobiscum: ita ut, quod omnes baptizati incertū uidemus cordibus nostris, nulli Christiano liceat non curare, quod alij credant, quod alij sentiant de Deo religioneq;: quali satis esset cuiq; fidem suam priuatim offerre, & cum illis eodem templo, & in iisdem sacrificijs, & institutis participare quamcunq; alij fidem habeant, quod (ut Augustinus inquit) philosophorum iactantia, & paganorum confusio habuit: & meritò ille efficacissimū ostendit, ut agnoscat apud illos non fuisse ueram religionem, nec apud alios aliquos, quàm apud solam uniuersalem, & catholicam Ecclesiam. Suscipiebant philosophi eadem sacra, cum populis conueniebant in eodem templo, de natura uerò Deorum suorum, deq; summo bono, contrarias sententias coram eodem populo asserebant: ut certum esset, illos non ab uno illo generis hu-

Heb. 11.

Lib. de uera religione cap. 5.

mani primo auctore gubernari: non illi placere, qui humanum genus ad eam unitatem coherere uoluit, ut ab uno tantum homine, non uel à duob. masculino, & femina scilicet, sed à solo, & uno uiro uniuersum propagari decreuerit. Itaque philosophi ab hac unitate curanda ad eam longè erant constituti, ut potius singularitate, & discordia gauderent, atque gloriarentur: non aliud curantes, quam ut alij alios multitudine discipulorum superaret. Itaque merito ad Babylonicam illam turrim, ad confusionem linguarum, & dispersionem pertinere se ostendebant, atque ideo ad auctorem totius diuisionis Diabolum: at uerò Christiana disciplina quam longissimè ab hoc uitio diuina institutione abest, nullum admittit ad eadem participanda sacramenta, iisdemque, & communibus orationibus, & templo fruendum, qui de Deo aliter quam ipsa sentit, nec enim apud nos alia est religio, aliud studium sapientiae: sed mox ut aliquis de Deo, de fide, reuelationibusque eius, non communiter cum Ecclesia sentit, sed priuatim unius, aut plurium sensum sequitur, à communione omnino seceratur, etiam si eadem sacramenta habeat, cuius rei testes sunt iam innumerabiles haereses, quae à communione catholica exclusae, propria uocabula, propriosque conuentus meruerunt, Arianiani, Macedoniani, Photiniani, & huiusmodi innumera monstra haereticorum, quibus manifestum sit quam sit necessaria una fides communis totius Ecclesiae, ut in principio prioris loci diximus: ita ut merito illud

Matt. 5.

Euangelij huic loco conueniat: Si offeres munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ad altare, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum, ita certe ea ipsa ratione, imò multò maiori, qua haec dicta sunt: quia non amat Deus sacrificia dissensionis, & discordiae, non separata, & singularia: primo omnium in fide, quae prima est omnium bonorum, quae illi placet, id obseruari uoluit, ut quodcumque illud sacrificium sit, quodcumque obsequium, quod illi cupimus gratum esse, offerentes Deo, prius curemus cum fratribus in fide conuenire: certumque firmum si nos ab illis, aut illi à nobis in fide dissentimus, iam alteros alienos esse ab illo, & eius Ecclesia, cum alteros necesse sit alienam fidem tenere, atque propterea neque nobis, qui cum Ecclesia certa, de qua dictum est, conuenimus, quicquid non ab illis, sed illi à nobis discesserunt, licet sacrificium fidei nostrae, aut quoduis aliud offerre, sine sollicitudine fidei aliorum fratrum, & nisi, quod nostrarum est partium, omnes egerimus, unusquisque pro uirili sua, ut separati ad unitatem redeant.

Cap. 3.
Quod fides
les sibi inui-
cem debent

Quae omnia eò dicta sunt, ut apertissimè constet, quod non solum nobis una debet esse fides, unum baptisma, sicut unus Dominus, unus Deus, & pater omnium qui est super omnes,

& per omnia, & in omnibus nobis, ut Paulus inquit (haec est enim unitas illa spiritus, quam in uinculo pacis sollicitè colendam praecipit, qua sumus unum corpus, & unus spiritus, & habemus eandem spem uocationis nostrae) Non itaque solum unam hanc fidem nos Deo debere constat, sed etiam nobis inuicem, ut non solum, quod Petrus Apostolus iubet, parati simus rationem reddere omni poscenti à nobis de fide, sed specialius hoc debent Christiani sibi inuicem, ut quando in una Ecclesia baptizati sunt, in una inquam catholica matre, cogitet quilibet, quod mox ut ab alijs circa fidem, & instituta Christiana dissentit, totam offendit fraternitatem, & omnes ad unum fratres inquietat, & turbat: & quantum in sese est, hoc agit, ut in his, quae ad aeternam salutem pertinent, suum iudicium probans, omnium aliorum damnet, atque hoc opere eos alienos à salute & in aeternum perire dicat. Nonne igitur merito, sicut martyres, qui uerae fidei testimonium perhibuerunt proprio sanguine, bene meriti sunt de fidelibus omnibus, omnes confirmant, & laetificant: ita etiam qui contradicunt fidei, quam prius ipsi cum alijs in Ecclesia tenuerunt, malè merentur de omnibus, & ab omnibus malè audiunt, meritoque tenentur singulis confratribus hoc exigentibus rationem reddere? nec ulla est causa, ob quam iustius exostulari possit contra aliquem, quam quod à communi discedat fide, quo solo nomine iustissimam causam dat omni Ecclesiae uindicandi etiam in illum, & ulciscendi omni genere poenarum crimen hoc admissum in fidem communem, summisque testimonijs, & tot millium martyrum sanguine confirmatam: in quos certum est grauissimè peccare, qui hoc faciunt, & in primis in ipsum Christum, cuius sanguini, & reliquorum omnium martyrum contradicunt. Vnde merito seueritas illa legis Moysi omnes armat aduersus nouatores fidei, & cultus: si audieris, inquit Moyses, in una urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuae, atque dixerunt, Eamus, & seruiamus Dijs alienis, quos ignoratis: quaere sollicitè, & diligenter, rei ueritate perspecta, si inueneris certum esse, quod dicitur, & abominationem opere perpetrata: statim percuties habitatores illius urbis in ore gladij: & delebis eam, omniaque, quae in illa sunt usque ad pecora, quicquid etiam suppellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes: ita ut uniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus, non aedificabitur amplius: & non adharebit de illo anathemate quicquam in manu tua: ut auertatur Dominus ab ira furoris sui. Vides itaque quanta diligentia, celeritate, atque seueritate uindicari

communem
fidem seruare
re.
Eph. 4.

Deuter. 17.

uult

ault Deus in peccata fidei contraria: imò q̄
 digna sint ira eius, qua in totam Ecclesiam
 vindicet paucorū peccata: ut auertatur in-
 quam Dñs ab ira furoris sui. Ibidem rursus
 loquitur: si tibi uoluerit persuadere frater
 tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, uel fi-
 lia, aut uxor, aut amicus, quem diligis, ut ani-
 mam tuam, dicens, eamus, & seruiamus Dijs
 alienis, &c. nō acquiescas ei: nec audias, nec
 parcat ei oculus tuus, ut occultes eū, sed sta-
 tim interficias. Citat hūc locū Brentius, sed
 q̄ cōsonē sensui scripturę breui ostendem⁹.
 Nunc id ex omnibus his sit constitutū, nihil
 esse propter qđ iustius Christiani omnes Ec-
 clesię q̄ filij exoptulare cū aliquo possint, q̄
 propter nouam fidem: imò non fieri posse,
 ut noua fide exurgente non statim in Ecclē-
 sia dissensio sit, nō alij de alijs, & meritō qui-
 dem, conquerantur, atq; alij aduersus alios
 clamant: quod nunc res ipsa ostendit: quan-
 tum qui permanemus in ea, quā ante qua-
 draginta annos omnes fatebar iur ab Apo-
 stolis deriuatā fidem, clamemus, & conque-
 ramur de his, quos constat ab ea recessisse:
 ostendunt & scripta catholicorum, & opera
 plus quā uerba: & e contrario quantum
 illi contra nos conuictorum, & maledicen-
 tia proferant, uel sola hæc, plegomena Bren-
 tij ostendunt. Rogo igitur nunc, quo pa-
 tēto seruari potest unitas hæc fidei, quā Deus
 à nobis exigit, & ut à nobis inuicem eam exi-
 gamus p̄cipit, nisi certum habeamus tribu-
 nal, ad quod in dubijs confugiendum sit: &
 illud quidem unum, cui scilicet oēs parere
 debeamus: unū inquam iudicium uisibile,
 & manifestum, in quo & audiri accusatores,
 & rei possint, & hac ratione disceptari causa,
 atq; proferri sententia? Nam fides hæc uisi-
 bilis est, cūm exterioris manifestetur, & tene-
 tur eam quilibet alteri in Ecclesia ostende-
 re, & de illa uisibiliter (ut ita dicam) mani-
 festē scilicet, inter Christianos necesse sit cō-
 tendi. Quod ergo ad Spiritus sancti persua-
 sionem confugitur, ut Brentius facit, de quo
 postea, quā sit dolosum, res ipsa ostendit.
 Nōne quilibet contententium dicit, & cre-
 dit, se à Spiritu sancto illustrari, quanquam
 alij tantū uerē? sed cūm exterioris eandem
 fidem tenere debeamus, nec Ecclesiam suā
 Deus miraculis, aut nouis oraculis, & respō-
 sis, ut Israēliticū populum, regat: nulla ratio-
 ne unitas fidei seruari possit, nisi unum iudi-
 cium oēs agnosceremus: & quid plura de
 hac re dici opus est, aut quasi latens, & absco-
 ditum iudicium hoc inquiremus ulterius,
 dicente Christo: Si peccauerit in te frater
 tuus, corripe ipsum, &c. Quod si te nō audie-
 rit, dic Ecclesię: ut cūm constet, nulla ratio-
 ne magis unum fratrem in alterū peccare, q̄
 nouitate fidei, nullumq; peccatū magis con-
 tra fraternitatē esse, quā in Ecclesia professi-
 sumus, utpote qđ primo ipsi principio, & ori-
 gini unitatis opponatur: cumq; nullum

peccatū magis contra salutem æternam oīm
 fratrum sit, quā hoc: quis dubitare potest,
 Ecclesię meritō denunciandum esse: & illā
 iudiciū de hac re meritō sibi sumere, & sen-
 tentiam ferre debere: ita ut, si quis eam non
 audierit, habeatur ut ethnicus, & publica-
 nus? Hac ratione etiam superius confirma-
 uimus Ecclesiam certā, & uisibilem esse de-
 bere, & eadem rursus nunc iudicium unū,
 perspicuū, & manifestum, & hoc Ecclesię in
 controuersijs fidei probamus: nec est, qui,
 hoc negandum esse, uel credat, uel affirma-
 re audeat. Quod etiam res ipsa, & consuetu-
 do perpetuō ab ipsis Apostolis usq; hodie ser-
 uata, maximē confirmat. Apostoli ipsi, mox
 ut de fide dissensio orta fuit, & cultu: quum
 quidam descendentes de Iudęa docerēt: Fra-
 tres, quia nisi circuncidamini secundū mo-
 rem Moysi, non poteritis saluari: & de ea re
 facta esset disceptatio non minima, Paulo &
 Barnaba contradicentibus: statim congre-
 gantur, ueniente Paulo, & alijs in Hierusalē
 ad eos: fitq; in concilio Apostolorū, & senio-
 rum magna cōquisitio, & audiebantur oēs:
 & tandem constituitur certa sententiā, dicen-
 tibus Apostolis, & seniorib. cum omni Ecclē-
 sia, uisum est Spiritui sancto & nobis, &c.
 Nōne hoc exemplar semper in Ecclesia pro
 oculis fuit oīm: ut in surgente dubitatione
 fidei, conciliū cogeretur: & ex prouincijs sin-
 gulis, & ex toto orbe? & proditum est histo-
 rijs, eo tēpore, quo, ppter persecutiones cogi
 concilia nō potuerunt, nec in unū conueni-
 ri à Christianis, hæreses & ortas fuisse, & ui-
 guisse, quousq; tandem reddita pace, maxi-
 mē per Constantinū magnum Imperatorē,
 licitum fuit, conuentus fieri Christianorū:
 & de cōmunibus rebus cōmuniter tractare.
 Ostendit hoc magnū illud, & sanctissimum
 Nicænū conciliū & quæ post illud sequen-
 ta sunt. Quanquā & ante ista non defuerunt
 multa alia, Africana quidem, sub Cypria-
 no, & prædecessoribus suis. Et Romę etiam,
 sub Marcellino, & alijs legimus frequentissi-
 ma concilia ita illis temporibus celebrata:
 ut non solum singulæ prouincię inter se cō-
 uenirent, sed sibi inuicē etiam per literas cō-
 municarent sua consilia, atq; sententias: a-
 gnoscentibus semper omnib. rem fidei cō-
 uenienter nō posse tractari priuatim apud
 aliquē, aut etiam multos, sed oīm, ad quas fi-
 des p̄tinet, Ecclesiarū communi consensu.
 Itaq; quod ratio ipsa unitatis fidei, quā Deus
 ab omnibus exigit, primō nobis ostendit,
 de uno certo iudicio, communiq; omnibus
 necessario: id etiam hæc manifestissima cō-
 suetudo, & sensus Ecclesię perpetuus confir-
 mant. His ergo duabus rationib. in hac sen-
 tentia ita pmaneamus, ut nulla ratione per-
 mittamus nos ab ea diuelli, unū est necessa-
 rium in Ecclesia fidei iudiciū, unum semper
 agnitum fuit in Ecclesia, sicut una fides. Hoc
 tantopere ideo cōmendamus, & repetimus,

Cap. 5.
 Idem probatur ex
 tua consuetudine totius
 Ecclesię.
 Acto. 15.

Cap. 4.
 Esse unum,
 uisibile, &
 certum iudi-
 cium in dubijs
 fidei, cūm
 sint sub uno
 omnes in Ec-
 clesia, probatur
 ex unitate
 et fidei.

Cap. 6. quoniã non satis mirari possumus, quanta
Brentij sententia de auctoritate principum secularium in controuersis fidei detegitur, & impugnatur manifesta experientia.
 calliditate, & uersutia nobis ab aduersarijs aufertur, etiam quũ maximẽ illud uidentur asserere. Certẽ in his Brentij prolegomenis, hoc præcipuẽ agi uideo, ut hoc iudiciũ incertum, & promiscuũ ita credatur: ut quilibet apud se iudex fidei iure esse sibi uideri possit. Attentẽ igitur considerandum est, quorũ hoc iudiciũ fidei sit, ad quos pertineat iudicare, & definire fidei controuersias. Nam Brentius episcopos, pastores scilicet, & doctores Ecclesie, etiam si sancti, & docti sint, reijcit ab hoc iudicio: & principibus secularibus, & his quos ipsi ad hoc accersierunt, illud in totũ permittit. Nouum certẽ, & inauditum hucusq; in Germania, & in Ecclesia usq; ad Henrici octauũ, Anglię regis extinctũ iam Dei misericordia schisma: sed ita manifestẽ nunc exuscitatur à Brentio, ut uix ipse cùm legerem, credere possem. Quare sunt nobis eius uerba referenda: Sic enim in principio primi sui loci, quem de officio principũ secularium in Ecclesia Christi filij Dei nominat, post non pauca in prælatos obiecta crimina: Ostendemus (inquit) Diuina clementia adiuti, q̃ non ad prælatos illos tantũ, imò ne quidem ulla ex parte ad ipsos, quippe qui iam non sunt Ecclesie membra: sed præcipuẽ ad piõs principes, & ad eos, q̃ tam ex ministrorum Ecclesie numero, q̃ ex reliquo hominũ, qui doctrinam Christi agnoscunt, coetu in consiliũ adhibentur, pertineat de doctrina religionis cognoscere, & iudicare. Deinde apertius: perspiciũ, inquit, est, q̃ ut priuatus priuatam, ita princeps publicã habeat de doctrina religionis potestatem, iudicandi, & decidendi. Et deinde, uanissimũ esse, dicit, q̃ ego nunc hęc, nunc illic in scripto meo (ut inquit) balbutio: principes, & populos, nec posse, nec ualere, nec debere diffensionẽ hãc circa fidem definire. Vnde tandem in peroratione huius primi loci, Meminerint (ait) principes esse sui officij, non ut politica tantũ curent, sed in hoc quoq; incumbant, ut & ipsi cognoscãt, quæ sit uera, pia, ac efficax doctrina ad salutẽ, & quã cognouerunt in Ecclesijs suarũ regionũ summa, qua possunt, opera instituant, & conseruent. Hęc sunt noua Brentij adinuenta, quę non opus est impugnare, q̃ seipsa manifestẽ destruant, & perniciosissima & spiritualis, & temporalis boni totius Christiane Reip. perpetuã enim diuisionẽ in regno Christi adferunt. Quare nõ alio hęc opus esset negotio, ut agnosceret homines, qualis sit eorũ, qui se semel errori deuouerunt sensus, & q̃ cæca iudicia, q̃ ut apertẽ hoc illi confiterentur. Certẽ in hac causa fateor, me imparẽ esse, qui possim sanare uulnera & apostemata errorũ presentium: sed hoc nõmine mihi gaudeo, q̃ potuerim detegere uirus latens, & absconditum, quoddãq; eò traxerim Brentiũ, ut in tam aper

tam contradictionẽ, quã nunc uidemus occultẽ latuisse in eorũ cordib. quam uis nonnunquã per iudicia quẽdam se pderet, manifestẽ proruperit. Hucusq; Conciliũ generale præ se ferebant, ad illud semper appellabant, & Tridentinũ in comitijs publicis Auguste susceperunt se adituros, & hæc ipsa confessio, quam impugnauimus ibi oblata est, quorũ ergo hæc omnia, si soli principes, & quos illi uocauerunt, & non episcopi definire possunt controuersiam fidei. Certẽ cùm illa diceretis, & Conciliũ uniuersale haberetis in ore, hæc latebant: uos illi nullam fidem daturus, nisi quę uobis placuissent, definirentur. Deniq; ad uestros principes oĩa uos reseruare: quod cùm iam apertẽ dixeris Brenti, iam nõ est, cur specie illa Concilij generalis amplius fallatis Ecclesiam. dicite apertẽ, uos nullos alios agnoscere, q̃ principes uestros, dicite mendaciter & subdolẽ uos prius dixisse, discrimen esse inter principum officium, & episcoporum munus, cõfundite prophanũ, & sanctũ: & apertẽ dicite Conciliũ Tridentinũ uos nunq; agnouisse, in quo per episcopos solos causa, agebatur fidei: sed simulatẽ illud adisse, uel iam post illa mutasse uos sententiam, & fidem. Dele igitur, non qd̃ illustrissimus Dux (nam non illi tribuo, sed tibi, qui auctore te ostendisti huius Confessionis) dele in quã, qd̃ in præfationẽ eius subdolẽ, & hypocriticẽ dixisti, non ignoramus discrimen esse inter politicam, & ecclesiasticã functionẽ, & deniq; dic, non curandam unitatẽ fidei à Christianis, sed cuilibet principi posse suam constare fidem, neq; posse alium, præcipuẽ qui non est eius superior, rationẽ ab eo exigere, aut cum eo tractare, & cùm constet in Ecclesia plures esse principes, quorũ nullus alteri subditus est, necessariũ fiet, ut cuilibet sua fides pmittatur. Habeat regnum Gallię, quã uolet Rex eius: siquidem ille est, ad quem pertinet de eã definire, quia primũ membrum est illius regni, nec in tota illa superiorẽ agnoscit. Habeat regnum Hispaniã similiter sui Regis fidem, quod nunquam ullus Christianorum Regum præter unum illum, quẽ diximus, ausus est, cuius temeritatem Deus ita puniuit, & manifestam toti orbi fecit, ut uel hoc solũ non minima sit confirmatio ueritatis. Deniq; secundum hanc Brentij sententiã nulla est ratio, aut uia fidem unaniseruandi in Ecclesia, nisi Deus suo spiritu, & oraculo non tantũ interiũs ostendat: sed exteriũs etiam in sonet sententiam & definitionem, in qualibet controuersia fidei habeat, pmittente Brentio, quælibet Respublica superioris sui fidem: quælibet inquam, sed excepta uestra Germania. Nam in ea non permittitis Imperatori uestro, ut quicquã uobis definiat de fide. Scitis enim quid ille sentiat, & quid definiat, sed modestia qua decebat catholicum principem, nostis: nec latet totũ orbem

Cap. 7.
Quod illa
Brentij senten-
tia omnē uni-
tate Eccle-
siae destruat.

orbem Christianum, quid egeritis pro uestra, quam dicitis, religione contra uestrum Imperatorem. Sed quid de his loquor, tanta temeritate, & inconsideratione à Brentio nunc assertis, nisi quod tam sunt absōna, ut satis explicari non possint. Inferius ostendimus contra statū temporalem Reipublicae illa esse, contra omnem principum auctoritatem, intestina, & ciuilia bella, inextinguibilia gignere: Nunc autem ostendimus, spiritualia omnia, fidemq; & unitatē eius omnino auferre. Nam multo apertius est falsum, quod cuilibet permittit eligere sibi proprio iudicio fidem, & quid, permittit, dico? praecepit etiam sub dispendio salutis aeternae. Haec enim sunt eius uerba: Cū iam caecus agitur in stabilienda hac principum suorum auctoritate, simulq; ut probatum est, destruenda: nullo modo licitum est, in causa aeternae salutis alienae sententię ita inhaerere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur: ut uidelicet quot capita, tot iudicia sint, in fide, nullusq; sit Rex in Israël: sed unusquisq; quod sibi uidebitur uerum, id faciet. An non licebit mihi hęc exclamare iustius, quā Brentio, O miseram Ecclesiae conditionem, imò d. miseram confusio- nem Babylonicam, & tenebras Aegyptias? ut nullus uideat, proximum suum, neq; quidem curet. O certē infelicem conditionem hominum, qui nullum sequi possunt, nulli credere, etiam de rebus, quae proprium excedunt caput, & ingenium: sed suum proprium iudicium, quod se habere non possent cognoscunt, quotquot se agnoscunt scripturae sacrae ignaros, sequantur: Hoc enim significat illa uerba, nullo modo licitū alienae inhaerere sententię sine proprio iudicio. Sed de hoc sequenti loco Christo dante pluribus: Nunc autē satis sit ad hoc impossibile duxisse bis etiam Brentium: ut primò in politica gubernatione nulla agnoscatur superiorum auctoritas in causa fidei: in qua tamen tenentur illi omnibus uiribus curare, ut seruetur, quam putant, uera fides: nullus tamen, nisi ita crediderit, obedire tenetur. Deinde ut similiter in negotio salutis aeternae, & Ecclesiastico ordine, nulla sit unitas, nec teneatur quis alteri obedire contra suum iudicium: imò nec possit saluari, nisi proprium habeat iudicium, & illud sequatur: ad hęc duo tam absōna ducentes eos, qui sequuntur illam sententiam. Ostendimus quā sit ipsa absurda, & quā meritò ab omnibus hominibus cum summa indignatione reijcienda. Principes reijciant illam, quae omni suae auctoritati repugnat, & imponit eis, ut summis uiribus conentur efficere cum subditis, quod illi, nisi uoluerint ex propria sententia, curare non debet: reijciant subditi cuiuscunq; ordinis, sed maxime simplices, & plebei illam, q̄ nec saluare eos posse asserit, si non proprium habeat iu-

diciū adhibito studio, & diligentia omni in inquirenda scriptura erga difficillimas quaestiones fidei. Ita ut non possint, humili obedientia, aliorum fidei adherentes in tranquillitate agere: deniq; reijciant omnes illam, quae omnes turbat, & confundit, & contra seipso armat. Quia uerò hęc falsitatem ostendunt tantum, & quasi ad hominē sunt nunc Spiritu sancto adiuuante confirmandum, est nobis ex proprijs principijs, quorum sit in Ecclesia definire dubia, & conuersiones fidei, & religionis: quod eò tendit, ut perspiciatur quis sit ordo Ecclesiae, qui gradus, quae inter eos connexio, & habitudo. Deniq; qua diuina ratione, quasi cathena quadam indissolubili tota connectatur, & gubernetur Ecclesia, hoc enim ad summā rerum pertinet: quod in praefatione nostrae catholicae assertionis breuissimè, sed uerissimè conati sumus dicere: neq; quod ad rem pertinet, nos dixisse poenitet. Sed quia unicam illam praefationem omnibus suis prolegomenis Brentius maxime conatur euertere, ostendenda est catholica ueritas de diuersitate graduum, & functionum, eorumq; ordine, & unitate in Ecclesia. Ut enim ibi diximus, in qualibet multitudine non confusa, non insipienter, aut casu, sed prudenti, uerèq; sapienti iudicio congregata, maximum est ordo: unde unitas manat, & ad quem diuersitas graduum requiritur: quod in uerso hoc creaturarū omnium maxime ostenditur, dicente scriptura: Vidit Deus cuncta, quae fecerat, & erant ualde bona: & experientia nos docet, quantum ordo creaturarum admirabili diuersitate, & consonantia uelut harmonia quadam dulcissima, diuinas laudes praedicet, quo fit, ut si quis hunc ordinem peruertat: aut doctrina sua infamet, & confundat, merito inimicus creaturarum omnium, atq; Dei ipsius iudicetur. Multo igitur iustius Ecclesia, nobilior certè, & pulchrior caelis ipsi corporeis, imò omnibus in suis naturis consideratis creaturis (est enim nouus ille mundus, nouū coelum, & noua terra à Deo aedificata, in quo Paulus inquit, quod facta sunt omnia noua, & uetera transierunt) maxime Deum glorificat ordine suo, & diuersitate graduum, sed distributione certissima, & constantissima. nec solum Deum glorificat: sed confert quam plurimum hominibus, & in admirationē quandam diuinae bonitatis adducit considerantes oēs, atq; aedificat, & oblectat: quae enim anima id attentè cōsiderauerit, superabitur magnitudine tanti splendoris: & agnoscerit in his diuina opera, multò iustius, multò delectabilius & utiliùs quā regina illa Saba, quae à finibus terrae uenit audire sapientiam Salomonis. Nam reuera plus quā Salomon hic, in Ecclesia scilicet nostra Christus, cuius umbra erat quicquid boni in Salomone fuit: in quo nihil mali, qđ in eo fuit,

Cap. 8.

Quod quaestio hęc, cuius sit definitio dubia fidei, ex ordine Ecclesiae pendet, qui inter cetera Dei opera merito est admirandus.

Matth. 12.

deprehendi potest. Si igitur illa uidens domum, quam ædificauerat Salomon, & cibos mensæ eius, & habitacula seruatorum, & ordines ministrantium, & holocausta: non habebat ultra spiritum, & clamabat: uerus est sermo, quæ audiui de sapientia tua, & maior est sapientia tua, & opera tua, quæ rumor, quæ audiui, Beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam: sit dominus Deus tuus benedictus: quædò rectius hoc dicit, quicumque domus huius ueri Salomonis Ecclesiæ scilicet, considerauerit pulchritudinem, & ordines ministrantium, uestesque, & habitacula eorum: prorupit in admirationem, & ædificabitur ad fidem, & dicet merito, uerè plus quam Salomon hic. Qui igitur hunc ordinem confundit sua doctrina, & harmoniam hanc dissoluit, grauius peccat, quam qui in totum hunc mundum idem agit, & diuinæ maiestatis læsæ reus est, cuius meliora, & digniora puertit opera. Et sicut uniuersum nullus satis admirari potest, nec eius admirabilem ordinem uel cogitare, non dicam eloqui, eodem modo imò longè magis Ecclesiæ Christi ordinem: unde pulchritudo ois, & perfectio eius est, ad quæ reliqua omnia ordinantur & in quo continentur, nullius ingenij perspicacia dignè cogitare, nullius eloquentia dicere ualet. Nos igitur in hoc loco non laudandum suscepimus hunc ordinem, sed ostendendum tantum, & monstrandum uindicanamque à confusione nouatorum. Interim uerò satis sit admonuisse oēs ad hoc cogitandum, quod nos præstare non possumus: atque utinam uel id, quod assumimus, pro dignitate, uel ex parte aliqua tractare possimus. sed iam ad rem. Si in omnibus Ecclesiæ functionibus nihil nisi ordinatè à Deo institutum est, nihil ab illa nisi summo ordine fit, si ut exèplo dicamus, baptismus summa ordinis congruentia peragitur, si sacra synaxis ordinatissimè celebratur, si denique diuinarum laudum tempora, & uerba ordinatissima sunt, Deo ita agente, qui Ecclesiam suam gubernat: quantò putandum est ordinatius fieri oportere, quæ ad doctrinam pertinent, quam Paulus, & Christus, atque prophetae inter Ecclesiastica munia supremo loco collocant? Non, ait Paulus, Misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et Esaias ex persona Christi: spiritus ait, domini super me, euangelizare pauperibus misit me: quem locum & Christus ipse dignatus est in synagoga legere, & sua postea sententia confirmare, & explere opere: quia & alij, inquit, ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et mox Euangelista, & erat, inquit, prædicans in Synagogis Galilææ: quæ ostendunt, quantum sit hoc euangelizandi munus, quanti à Deo ipso fiat. Non ergo permittit ulla ratio cogitare, id sine certo ordine relictum à Deo: sed quicquid ad hoc munus pertinet, summo ordine constitutum est.

Cap. 9.
Quod cum
in Ecclesia
nihil sine ordi-
ne fiat, maxi-
metamen cir-
ca doctrinam
fuerit ordo à
Christo insti-
tutus.

1. Cor. 10.
Esaiæ 63.

Luce 4.

se, credendum est: & in primis, quoniam & id primum est, institutio ministrorum ad hoc munus quomodo sine ordine fieri potuit? imò quis non uidet apertissimè Christum, cum ad prædicandum suos mitteret, cum præsens esset in carne, summo id fecisse ordine? Primò enim, Euangelistis narratibus duodecim eligit ex discipulis, quos & Apostolos nominauit: Deinde illos mittit prædicare regnum Dei, & postea alios septuaginta duos designat inferiori, ut manifestè patet, gradu: quos ante faciem suam etiam mittit in omnem ciuitatem, &c. In quibus manifestè ordo ostenditur inter ministros ipsos: ut uidelicet non sit confusio docentium, unde & doctrinæ ipsius necessariò confusio sequeretur, Dum enim inter doctores nullus alium agnosceret superiorem, fieret, ut nullus alij cederet, aut consentiret: atque ita confundetur doctrina. Constituuntur statim duodecim, quia ab ipso principio prædicationis Christi ei adhaerant, & rerum omnium testes fuerant usque ad ascensionem suam, ut Petrus inquit. His summa rerum committitur circa doctrinam: sequuntur hos septuaginta illi, ut intelligant se sub illis esse, & nihil sua temeritate aggredi debere: Denique inter duodecim ipsos, quos Deus uoluit quasi necessarios testes tantarum rerum toti mundo esse, & in primis Iudaico populo, tanta, Spiritu sancto in eis agente, seruata est concordia, tanta unitas in doctrina: ut cum in die Pentecostes astaret Petrus cum undecim ante uniuersum populum, ipse tamen solus loqueretur, & diceret: & nos huius rei testes sumus, de resurrectione Christi loquens, cæteri uerò ipso suo silentio ei attestabantur: & sic deinceps, & in concilio, & ubique, astantibus cæteris unus loquebatur Petrus, quem supra ostendimus constitutum à Christo unitatis caput, & originem: ut unitatè agnoscamus, & concordiam doctrinæ necessariam, quæ sine ordine esse non possunt. Denique & Paulus ipse, seorsum quodammodo ab his duodecim electus à Deo, huic numero addit, cum à Deo edoctus esset, & per reuelationem Iesu Christi Euangelium suscepisset: tamen non omittit, ut ostendimus supra, humanæ rationis ad unitatem seruandam, & ordinem agnoscendum diligentiam. Reuelatione itaque Diuina ascendisse se dicit Hierosolymam, & contuli, ait, euangelium, quod prædico in gentibus, cum illis, & seorsum his qui uidebantur aliquid esse, ne fortè in uanum currerem, aut cucurrissem. Et eodè loco apertius hoc indicans de Petro, & Iacobo, & Ioanne dicit: quæ uidebantur columnæ esse, quo significat agnitos esse ab alijs, ut excellentiores, & inter ipsos Apostolos cum simul agerent summam rei tractasse. Quod ergo tanto ordine à Christo institutum est, & ab ipsis Apostolis obseruatum, quis non intelligit non permissurum Deum, ut sine ordine in Ecclesia sua

Luce 6.
Mat. 10.
Luce 9.
Luce 10.

Acto. 9.

ad Gal. 2.

sua

Cap. 10:
Dubia fidei
definire ad
episcopos,
& generale
Concilium
atq; Roma-
num pontifi-
cem pertine-
re, ex ordine
supradicto,
& consuetu-
dine Eccle-
siae proba-
tur.

fua tractetur? Vnde sicut merito nullum agnoscimus prædicatorem præter hos, quos Christus misit, & eos, qui in hoc ordine ipsis succedunt ab eis descendentes, ut supra ostensum est, ita etiam & inter hos illis succedentes, & inter quoslibet deniq; legitimos prædicatores, & ministros uerbi nullum agnoscimus, nisi secundum ordinem, qui in illis fuit docentē, & unitatem seruantē: nullum, inquam, agnoscimus, qui in doctrina episcopis non pareat, non illos sequatur, qui locū Apostolorū tenet: Nec inter episcopos quemquam, qui non unitatē colat, & in doctrina cum his conferat, ab his dexteras accipiat, qui maiores sunt: ut episcopi ab archiepiscopi, & primatibus, illi à primis, & summis patriarchis: & deniq; oēs cum eo, qui Petro succedit, conspirent, eidemq; fidei attestentur. Atq; hoc ordine fit, ut in Ecclesia præsens semper habeamus iudicium in controuersijs si dei: ut cum de consensu patrum, & primæ Ecclesiæ circa dogma aliquod quæstio uersatur, habeamus iudicium simile illi, ad quod Paulus, & Barnabas retulerunt quæstionem de circumcissione: ut ad illud, si opus fuerit, referamus dubia nostra, & nulla sit in Ecclesia circa doctrinam controuersia, nulla confusio: sed mox ut orta fuerit dubitatio, & sententiarum contrarietas, nouerimus, quo fine terminada sit. Ex his itaq; omnibus colligamus, iam ab ipso fonte institutiones Christi, quod docere fidem ad nullum pertinet nisi ad Christum, quem Pater misit ad Apostolos, quibus ille inquit, Sicut misit me Pater, ego mitto uos: & ad illos deniq; quos Apostoli primò miserunt, & postea ab his missi sunt. Nullum audimus nisi per hoc officium intrantem, nisi missionis suæ manifesta testimonia habentem: nullum inquam, etiam si millies clamet interius se à Spiritu sancto mitti, &urgeri ad prædicandum, nisi id Ecclesiæ manifestis signis, & quidem miraculis Spiritus sancti ostensum fuerit. Quod si nullum admittimus ad prædicandum, & docendum euangeliū, nisi hoc ordine, multò minus nullum admittimus ad definienda dubia circa prædicationem fidei, nullius agnoscimus iudicium, nisi ex illis sit, qui ad prædicandum sunt missi, & ordinem illum inter doctores constitutū à Deo agnoscat, & sequatur. Nec enim dubitari potest maximum, & supremū omnium, quæ circa doctrinam sunt, esse dubia, & controuersias definire, maius est hoc quam docere: uel ut uerius dicamus: hic est summus actus docendi, hoc est, difficiliora docere, dubia scilicet, docere doctores ipsos, docere totam Ecclesiam. Est ergo hic supremus docendia actus, supremus gradus, nulla itaq; ratione ei competere ualeat, cui non commissā est doctrina, imò nec omni, cui illa commissā est, hoc competere potest: sed summis tantum, atq; supremis, hoc est episcopis, sic consentientibus, & eo

ordine à Deo constituto unitis, quo Apostolos uidimus unitos, & ordinatos, quod est Concilium episcoporum, & aliorum ministrorum Christi præcipue doctorum: sunt enim & alij post episcopos, & sub illis, quale illud fuit quod Hierosolymis congregatum erat, de quo proxime diximus: & post diffusam per totum orbem Ecclesiam, coguntur diuersa concilia uel ex singulis, uel ex toto etiam orbe, id quod post illud primum Concilium Apostolorum, ut proxime etiam diximus, semper seruatum fuisse tota antiquitatis historia ostendit. Nouimus congregata Concilia ex toto orbe, ut Nicænum, Ephesinum, & cætera uniuersalia: sed ea, quæ per singulas prouincias cogebantur, aperte uideamus consensum etiam aliarum Ecclesiarum, & totius orbis, auctoritate præcipue Romanæ Ecclesiæ, ad quam scribebant, atq; ut testatur Casiodorus, ejus auctoritas ante mille annos in celebrandis Concilijs necessaria agnoscebatur secundum Ecclesiasticam regulam. Scribunt itaq; frequenter ex prouincialibus Concilijs ad Romanos pontifices, ut auctoritate Apostolica sedis confirmentur, quæ ipsi constituerunt: Pro uentura, inquit Concilium Carthaginense in epistola ad Innocentium, multorum salure, non negamus, ut oia, quæ ad hoc pertinent, explicentur: id duntaxat huic proposito sufficiat, & manifestè constat iudicium circa dubia fidei illorum duntaxat esse, quorum est ipsam docere: constat, inquam, hoc ex ipsa institutione Christi, & ex perpetua Ecclesiæ consuetudine. Quando seculares principes, siue reges legimus dubia fidei definiisse inter tanta Concilia, quæ certissimum est à Constantini tempore celebrata in Ecclesia: non reges, non principes seculares, sed episcopi dixerunt sententias, ab illis suscepterunt ipsi, apertissima sunt ea, quæ Constantinus patribus Nicæni Concilij loquitur, uos Dii estis, non debetis ab hominibus iudicari: & hoc quidem ille etiam de temporalibus, causis dicebat: quanto uerò magis de fide ipsa ad eos referendū putauit, à quibus ut instrueretur postulabat. Et quid plura opus est, ostendat nobis Brentius in quo unquam Concilio seculares principes sederunt ut iudices, & definiunt. Mirandum est certè, quod rem tam manifestam negare sit ausus. Nunquid putabat nullum esse, qui hanc manifestissimam consuetudinem Ecclesiæ agnosceret: cum certè magis dubitare posset, an inueniri ualeret uel unus, cui res tam certa nota non esset? adeò ne putas, Brenti, deliquisse oēs Christianos, ut tu possis eis persuadere, nulla ex parte ad episcopos pertinere in Concilijs, ubi de fide agitur, interesse, & definire, sed omnino ad principes seculares? quasi hoc aliquando in Ecclesia consuetum fuerit: cum nullus sit, qui non certò intelligat Concilia semper ex episcopis coacta esse. Agnoscitis in confes-

Tripax. hist.
lib. 4. cap. 97

Cap. 10:
Ab episcopis, & non à secularibus, principibus definienda dubia fidei, præ primæ auctoritatis Concilij, maximeq; Chalcedonensis.

sione uestra Concilium Nicænum, illud ex trecentis decem & octo episcopis constitit, agnoscitis Constantinopolitanum, illud à 150. episcopis celebratū est: Deniq; Ephesinum, Chalcedonenſe, quę pariter confite mini, ex episcopis fuerunt, nec ulla mentio, qđ attinet ad causas fidei definiendas, principū ſecularium, regum, uel imperatorum ſit, ſed hoc tantū manifestè legimus, aſtitisse imperatores, & ſua auctoritate preſtitisse, ut ritè peragerentur, & peracta obseruaretur, & tenerentur ab omnibus. Et ne quis calumnioſè respondeat, in quibusdam antiq; Concilij interfuisse iudices ab imperatore datos, uel ipſos etiā imperatores, quorū iuſſu, & ſententia oīa fiebant, ut ſynodus ſexta, atq; ſeptima oſtendunt: qualiter id, & qua ratione ſit accipiendum ex uerbis Chalcedonenſis ſynodi oſtendamus, quorū ſuperiori loco mentionem fecimus. Sed quoniā ad hęc, de quibus nunc agimus, confirmanda plurimū ualent, audienda ſunt à principio. Sic igitur in relatione ad papam Leonem, ut habetur actione tertia, ſcribunt congregati episcopi: repletum eſt gaudio os noſtrū, & lingua noſtra exultatione: hanc tanquam propriam nobis prophetiam gratia coaptauit, à quibus pietatis eſt reſtitutio cōfirmata. hoc dicunt propter damnatam hæreſim Eutycheſis, de confuſione naturarū in Chriſto. Audi quod ſequitur: quid enim, inquiunt, fide ſublimius ad lætandum? quid agnitione dominica feſtius ad coronas? oſtendūt in his cauſam ſui gaudij eſſe qđ uera fides, & Chriſti doctrina fuiſſet agnita, & quaſi de tenebris educta in eo Cōcilio. Sed audi iam illos oſtendentes Concilij ſui originem, ordinem, & auctoritatem, & confirmantes omnia, quę diximus: ſic igitur loquuntur de agnitione dominica, oſtendentes qđ agnouerint à Chriſto ſibi præceptū: quam nobis olim Saluator ipſe tradidit ad ſalutē. inquit, Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docētes eos ſeruare oīa, quęcunque mandauit uobis: quam uelut auro textam ſerſe, ex ueſte Chriſti, & præcepto legislatoris uenientem uſq; ad nos, ipſe ſeruasti uocis beati Petri omnibus factus interpres, eius fidei beatificationem ſuper oēs adducens. Vides qualiter ex miſſione Chriſti ſuam auctoritatem intelligunt deriuatam, & ſerie ſucceſſionis, tanquam ueſtem contextā, unius ſucceſſoris Petri cognitione unitam. En itaq; originem, & ordinem, quibus Concilia conſtant. Audi adhuc, quę ſequuntur, unde & nos, inquiunt, ut in coactore bonorū te ad utilitatem utentes Eccleſiæ filijs hæreſitatē, ſortemq; ueritatis oſtendimus: non ſigillatim faciente in occulto unoquoq; doctrinā, ſed uno ſpiritu, una conſpiratione, atq; concordia confeſſionē fidei declarantes: & eramus in cōmuni corona gaudij, quaſi in im-

perialibus cœnis, delitijs ſpiritualibus epulantes, quas per tuas literas Chriſtus præparauerat inuitatis: & ſuper cœleſtem ſponſam inter nos conuerſantem, nos cernere putabamus: ſi enim ubi ſunt duo, aut tres cōgregati in nomine eius, ibi ſe in medio eorum fore perhibuit, quantā circa ſacerdotes ſecularitātē potuit demonſtrare, qui & patrię, & liberis ſuę confeſſionis notitiam protulerunt: quibus tu quidem, ſicut mens eis, caput, præeras in his, qui tuum tenebant ordinem beneuolentiā præferens. Imperatores uerò ad ornandū decentiſſimè præſidebāt, ſicut Zorobabel Ieſu Eccleſiæ Hieruſalem ædificationē renouare circa dogmata adnitentes. Hęc dicit ſynodus Chalcedonenſis, quam in ſua confeſſione uenerantur Vuirtenbergenſes, ibi agnoſcunt, ut caput Romanum pontificē: ab eo ſe congregatos ſaten- tur, literas eius ſuſcipiunt de fide, & agnoſcunt ex auctoritate prædicandi, quā à Chriſto habent, ſed in Concilio conuenire, & dubia definire fidei: Imperatores uerò ornare, & adiuuare, ut ueritas dogmatum reſtauret. Hęc in quā eſt ſynodus Chalcedonenſis ſancta, ut Gelatius inquit, mediante Martiano Auguſto, in qua Neſtoriana, & Euty-chiana hæreſes damnatę ſunt, hęc erant ſexcenti triginta episcopi: Et ne testimoniū hoc episcoporū ſuſpectum ab aliquo haberi poſſit in eodē Concilio habemus Martiani imperatoris manifeſtam confeſſionē, actione enim ſexta Concilium alloquitur: ſanctam (inquiens) ſynodum hoc ſtudjo fieri ſtatui mus, quaten⁹ omni errore, & caligine terſa, religio noſtra, qđ pura, & ſancta eſt, put Deus ſe manifeſtare uoluit, & doctrina patrū oſēdit, uniuerſorum mentibus inſinuata ſuę ueritatis luce fulgeſcat: & poſtea, nos (ait) non ad potentiā aliquā exercendam, ſed ad fidem corroborandam exēplo religioſi principis Constantini ſynodo intereſſe uoluimus. In quinta etiā, & ſexta, atq; ſeptima ſynodis aperta ſunt imperatorū de hac re testimonia. Igitur contra tanta, & tā manifeſſima testimonia, qua temeritate audeat aliq; contrariū aſſerere? & unico uerbo ab ipſis Apoſtoliſ uſq; in hodiernū diē conſuetudinem conſeruata uelle conuellere? qđ nullus unquā auſus eſt uſurpare, quod ſemper delatum eſt ab omnib; ad episcopos tam breui momento Brentius auferet? certè hoc nō eſt neq; modèſtè de oīm hominū iudicijs ſentire nec de ſe quidem. Dicam tibi Brenti quiſis, ergo tu eſ ſolus homo: & tecū morietur ſapientia. Erratum eſt in Eccleſia totis mille quingentis annis: erratum eſt ab omnibus principibus in Germania, quoties Concilium generale ferendum eſſe, & quidem à Romano pontifice iudicant: errauit & imperator, qui hoc in gratiam Germanię curauit. Hęc omnia tam manifeſta ſunt, ut reprehendi poſſim, quòd tam aperta putauerim

rim referenda esse: sed etiam si nihil horum, quæ tam manifesta sunt haberemus: merito sententiam hanc Brentij nihil uel probabile, uel uerisimile habere ex ipsa Christi institutione constat. Ostendat Brentius ubi Christus potestate euangelium prædicandi secularibus principibus dederit, ostendat si aliquando dictum est eis, Docete oēs gentes: quod si hæc affirmas, merito irrideri potest (quid enim maiori irrisione dignum, quam quod seculares principes, eo ipso quod principatum tenent, & membra sunt nobilissima Ecclesie, potestatem habeant illius supremi muneris, ad quod Christus missus est à Patre, & ipse Apostolos misit, asserere) merito multo magis irridendus est, qui ad eos transfert auctoritatem dubia fidei definiendi, quod non aliud est, quam supremam doctrinam actus. Itaque & institutioni Christi certissimè, & consuetudini Ecclesie repugnat, hæc temeritas, & hæc ostendant ad doctores Ecclesie, hoc est: episcopos, & per eos ad id missos, tantummodo pertinere hoc iudicium. Sed quod ueritas hæc magis ostendatur, & confirmetur pijs, attentius est hoc tractandum, & altius exordium: constat sanè docente Paulo sublimiores potestates regum, & principum etiam infidelium, & impiorum à Deo & esse, & ordinari: quare iuxta hanc ordinationem parandum illis esse, eodem loco docet: non solum, inquit, propter iram, sed etiam propter conscientiam: & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Hoc eo tempore Paulus docet, quo oēs principes infideles erant, & hanc Dei ordinationem docet, tantum esse faciendam, ut & pro illis orare precipiat in Ecclesia. huic etiam doctrinæ concordans Petrus Apostolus à Deo illos constitutos esse dicit, Subiecti, inquit, estote omni humane creature propter Deum, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum, quia sic est uoluntas Dei: quibus Apostolicis testimonij, principum secularium potestas, & confirmatur, & proprijs terminis circumscriptur: dum enim à Deo esse potestas hæc secularis dicitur, origo ostenditur, atque principium eius: ordinatio scilicet diuina, ordinatio inquam, non lege aliqua externa, & positua, quæ uocatur promulgata, sed nature ipsi indicta, eo lumine, quod signatum super nos Psalmista dicit, quod merito lege nature uocantur, quia regula quædam sit, quæ obligat, & astringit omnes homines, ut rationabiliter, sapienterque iuxta naturam suam uiuant. Hæc est lex quæ quicquid in decalogo Deus locutus est, & in lapide postea sculpsit, docet oēs, & cordibus indelibiliter inscribit. propter quod Paulus inquit de gentibus bona operantibus, quod legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: ab hac

lege cordibus hominum inditum est multitudo omnem gubernatore egere, nec posse pacificè, & ordinatè in societate coire homines, nisi potestas aliqua sit, quæ in officio omnes contineat, malefactores puniat, & remuneret bonos, itaque in hac parte natura ipsa à Deo eius auctore didicit, non tantum hominibus legem necessariam esse, quæ quid facere, & quid cauere debeant præcipiatur: sed etiam ut lex hæc unum, & præsentem propugnatorem, ac iudicem habeat: ne uide licet impunè liceat ab hominibus, hanc diuinæ proculdubio ordinationis maiestatem præteriri, & contemni: nullique sit liberum, imaginem hanc diuinam, cuius hæc lex maxima pars est: quæ cæteris præcellimus animantibus, in Dei, & hominum omnium iniuriam conspurcare, & uiolare, docuit itaque natura, quod leges omnes posteriores amplectæ sunt, siue coactiua ui, siue præmijs, & pœnis, siue præsentem executore minus efficaces esse leges omnes: & quidem habet hæc lex nature etiam in ipsis cordibus suum defensorem, suum executorem, & ut ita dicam carnicem, punientem transgressiones, quæ est reprehensio ipsa cordis: arguet, inquit propheta, te malitia tua, quam & Paulus uocat conscientiam, & cogitationem accusantem in iudicio Dei, sicut adest etiam in animo præmium bonorum operum, quies, & tranquillitas conscientie. Hæc enim duo tam naturaliter nobis hærent, ut in æternum non separantur à nobis. pœna enim illa, quæ torquet peccantem in æternum, non separatur ab eo, nec ipso igne minor est. Ignis eorum, inquit propheta, non extinguitur, & uermis eorum non moritur. Vermis manifestè hanc accusationem conscientie intelligens, quæ non minima est, ut diximus, damnationis portio: sicut bonæ conscientie testimonium non minima pars æternæ remunerationis credenda est. Dicite, inquit, propheta, iusto quoniam bene: quoniam fructum adinventionum suarum comedet. Hæc etiam uerbis sacræ Scripturæ phabimus, quæ solis fidelibus loquitur, certissimè tamen infidelibus etiam futura non dubitamus, quippe quæ naturalem legem sequuntur: & eidem tanquam satellites quidam assistunt. quæ quanquam ita sint, uoluit eadem natura, ut propter minus sapientes, propter propensionem hominum in malum, & multitudinem corruptorum, qui legis huius diuinitus indite nobilitate, & ut ita dicamus, ingenuitatem atque suauitatem minus considerantes alios etiam in corruptionem facile traherent, insipientiores maximè, adfuerint etiam præsentem, & uiui homines, quorum sit cura, ut inuiolata seruetur hæc lex: ut hæc apud homines seruentur, aut omitterentur, & in eorum iudicio hos aut illos merito futuros, quod sapientia, & uirtute cæteris præstarent. eadem ratione natura omnes docuit, ut scilicet quamprimùm multitudo in unum coire uo-

Hierem. 28

Esa. 66:

Esa. 3

Cap. 12.
De origine
potestatis se-
cularium prin-
cipum, ut im-
de, quod per-
ueniat, agno-
sci possit.

ad Rom. 13.

1. Tim. 2.

1. Pet. 2.

Rom. 2.

Iuerit, eligat ipsa sibi eum, qui inter oēs prudentia, & uirtute cæteris præstantiorem, & quoniã natura nos non tantum in quibusdam doctos, in his scilicet primis principijs, sed multo magis disciplinabiles etiam condidit, ut ex naturali illo lumine, accedente experientia, attentione, atque solertia, plurã uel adinuenire uel doceri possemus, hinc factum est, ut hi, quos sapientiores, & meliores sibi præfecerunt, alij ea, quæ ad quietem, atque tranquillitatem, & uitam in uirtute agendam expedientia iudicarent, constituere possent, & alijs tanquam præcepta quædam artis rectè uiuendi proponere: & ad hæc quæ utilia uel singulis, uel Reipublicæ sunt, peruersos, & malefactores tanquam indisciplinatos pueros seruanda uerberare & correptione cogere. Hæc sunt origines, & radices secularis potestatis, ex his, quanquam diuersimodè attemperatis, ut modò ex electione, uel totius populi, uel paucorum, modò ex successione, potestates seculares constituerentur, manat eorū auctoritas, & potestas, his nititur. Quacunq; itaq; ratione legitimè in aliquè defertur pietas, hæc à prima illa uoluntate, & electione pendet populorum: & quacunq; uia princeps successerit, non aliter se habere debet, nec aliter estimare se, ad hoc peruenisse, quam uoluntate eorū, quibus præest, quæ & præcessit primò in origine, & postea adest cum illi parent. Ex his fontibus, ex his fundamentis agnoscendum est, quanta sit hæc potestas, quousq; perueniat, què gradum, & locum teneat in Ecclesia Christi. Hæc oportebat Brentium cogitare, & ex his, si quid principibus secularibus deferre uolebat, deducere, & deriuare, quod, quia ille omisit, iam nos agamus. Si nihil potest supra uirtutem suæ originis conscendere: si necesse est fines principijs respondere: secularis hæc potestas, à naturali lege, & uoluntate humana orta, nihil potest aliud, quam naturale, & quod hominum subest facultati. Est hæc potestas à Deo, fatemur à Deo create, à Deo creaturas suas ad proprios, & naturales fines gubernante: à Deo, in quã, ornate uniuersum hoc, sicut uarietate, & pulchritudine diuersarum creaturarum, ita etiam humanas & republicas, regna, monarchias disponente secundum fines humanos: hos enim erigit, & exaltat triumphis, dilatatione imperij, & omni humana gloria, ut Romanos, Assyrios, Medos, & Persas: alios uerò, aut eosdem ipsos deijcit, priuatq; omnibus his, prout ostendit uicissitudo tanta horum, de quibus mentionem fecimus regnorum: idq; agit Deus uel permittendo, malas hominum uoluntates in aliorum, quos punire uult ob grauiora peccata, fauere: uel si nondum perfectas, iustas tamen, & in iudicio humano æquas uoluntates aut adiuuando, aut præmiando quibusdam temporalibus bonis: atq; hac ratione, sicut diuersitate temporum: ut nocte, & die,

Cap. 13.
Ostenditur
diuersa origi-
go Ecclesia-
sticæ potesta-
tis à seculari,
& inde
deducitur, se-
culares prin-
cipes in his,
quæ ad do-
ctrinam, &
sacramenta
pertinēt, nõ
habere pote-
statem.

hyeme, & æstate, & rebus, quæ hæc consequitur, quiete & labore: uigilia & somno & cæteris naturalibus uicissitudinibus, quibus releuatur tardium, & consulitur necessitati, & saluti corporum, uisibilem hunc mundum ornatur: ita imperia & regna, morum bonorum, atq; malorum diuersitate, & prosperis, atq; aduersis successibus, quæ bona, uel mala sunt huius seculi, & iudicio hominum, non aliud quam temporalia cogitantium, pulchra diuersitate admiranda efficit: ita ut sicut diuersitas temporum, & successio naturalium rerum Dei sapientiam ostendunt, ita successio regnorum & principatum specialem eius providentiam circa humanam naturam longè aliter, quam cæteras creaturas manifestat. Hęc igitur omnia, regna, & mutationes eorum à Deo sunt: sed nondum redimente, & ad æternam beatitudinem uocante humanum genus: nondum Filium suum illi mittente, & infundente in cordibus Spiritum sanctum suum. Hęc enim sunt diuinæ gratiæ opera: ad hæc dignatus est homines coadiutores, & cooperatores eligere: his ipse, non quã homines dare poterant, sed solus ipse, nõ ad naturalia quædam bona inter homines curanda, sed ad æterna illis comunicanda potestatem dignatus est dare, quæ congregarentur homines in fide rerum omnem humanum captum fugientium, in communicatione cœlestium, & omne desiderium humanum excedentium bonorum, & in æternorum bonorum expectatione certissima, sed humilima, manifestæ scilicet uisionis, & fruitionis Dei, & participationis illius beatitudinis, quæ Deus ipse beatus est, hæc est Ecclesia ex ipsidem quidem hominibus, quibus Respublica humanæ confans: sed aliud longè meditantibus, aliò tendentibus ad hos iuxta hæc gubernandos, ad diuinam, cœlestiaq; impartienda illis constituti sunt à Christo ministri: ut quædam eorum dicit, non ab hominibus, nec per hominem. Et ad Gal. 1.
idem rursus: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, quæ si rectè cogitemus, & expendamus, ostendunt quanta sit diuersitas potestatis secularium principum, & episcoporum, ministrorumq; Christi. Certè quantum natura distat à gratia, quanto generatio ex carne, & sanguine, ab adoptione filiorum Dei: tantum necesse est potestatem temporalem à spirituali potestate distare. Hęc necessaria est Ecclesiæ Christi, sine ministris enim, ut proximo loco diximus, à Christo institutis non potest esse Ecclesia, illa uerò secularis potestas nec necessaria est Ecclesiæ, neq; quædam illi cõtraria. Quando nulli erant reges, aut principes Christiani, nõ minus integra, non minus perfecta erat Ecclesia. Hęc enim illorum potestas, & extra Ecclesiam orta est, & permansit sicut temporalia reliqua: & quod uerissimum est etiam idololatricæ seruiens, suum tamen ius, & gradum inter homines non amisit, Sicut

Sicut enim placuit Deo nec propter peccata alia, nec propter idololatriam homines nobilitate, & pulchritudine eius, quam prius dederat, naturæ priuare: sic nec eorū principes auctoritate, & potestate super eos. Quantum igitur distat inter cælum, & terrā: cœlestem, & terrenū hominem, pacem, & felicitatem terrenā, & cœlestem, quæ exuperat omnem sensum: quantum deniq; inter hominē seruientem huic mundo, & principi eius, & seruientem Deo ipsi uero, est discriminis, tantū inter principes seculares, & ministros Christi. Si ergo quod natum est ex carne caro est, & ad carnalem hominē pertinet, nec potest huius natiuitatis uirtute, ad spiritua- lia, & gratiæ cœlestis dona attingere, tempo- ralis etiam potestas regum, & principū caro est, & fœnum, & omnis gloria eius flos fœni, & omnis potestas eius cum fœno illo, quod efficeatur, & cuius flos decidit, pertranlit qd ex se est, & non potest in ea, quæ diuinæ gra- tiæ sunt, opera: quanta ergo confusio est do- ctrinæ hoc non agnoscere, & distinguere? Temporalis princeps, qua parte hoc princi- patu fungitur, aut extra Ecclesiam est, aut si ad illam pertinet, ideo est, quia se, & suum principatū Christo subdit & ministris eius: quibus ut proximo loco diximus, Christus ait, qui uos audit, me audit: & qui uos sper- nit, me spernit, & illi inquit, ut unus eorū omnium nomine pro Christo legatione fun- gimur, tanquā Deo exhortante per nos, mi- ror si potest tanta esse cæcitas, & confusio in aliquo: ut ei, qui à populo electus est, nullo alio sine, quā ut temporalia curet, nec alia uirtute, quā humana, à Deo quidem illa ordinata, & deriuata ut dictum est, sed in tē- poralem finem: qui deniq; à Christo ad mi- nisterium uerbi nō est uocatus, potestatem tribuat, non solum docendi fidem: sed du- bia, qd maximū est, definiendi: non solum imperandi populis, sed sacerdotibus & mi- nistris Christi: imperandi in quā utriusq; de- rebus ad ministeria Christi, & uerbi doctri- nam pertinentibus: deniq; imperandi epi- scopis, tanquā seruis, & mancipijs. Sic enim ausus est Brentius, nescio qd cogitans de il- lorum iudicio, qui hæc legere poterant, dice- re mancipia esse episcopos, & oēs quotquot hodie sunt Christi ministri, mancipia uilif- sima Ecclesiæ, & imperatorū seruos subdi- tos, à quibus gubernari debeant, ubi hoc ro- go, Brenti inuenisti, ut q Ecclesiæ gubernan- da à Deo dati sunt loco sui: & sine quib. Ec- clesia esse non potest, gubernetur in his, quæ ad ministeria Christi pertinent ab his, quo- rum potestas extra Ecclesiam nota est, sine quibus illa integra manet? sed de his satis, nec enim, crede mihi Brenti, unquā persua- debis hoc uel mediocriter de rebus huma- nis, & Ecclesia Christi sentienti: & ut aperte dicam, nec illustrissimo Duci domino tuo, si hæc audiret credam futura esse grata, sed

ingratissima potius. sunt enim manifestè cō- tra ea, quæ in præfatione confessionis ue- stra ex eius persona digna certè illius mode- stia posuistis, non ignoramus suum esse di- scrimen inter politicā, & ecclesiasticam fun- ctionē: uerissimè quidem dictum, & ppriè explicatum. cum altera politica, altera eccle- siastica uocata est, suum est discrimen ex ori- gine, quæ hæc à gratia, illa à natura est, & sine, quia hæc ad cœlestia, illa ad terrena tendit: deniq; materia, & reb. circa quæ uersantur, illa terrenas, hæc cœlestes, contra hæc uerita- tis, & modestiæ, omniq; ratione consona ter- ba clamat Brentius ad principes: summas causas fidei, & nulla ex parte ad episcopos pertinere. satis itaq; de his. Ne uerò qui- spiam uel calumnietur, uel putet nos princi- pes aut ab Ecclesia excludere, aut contemne- re, quod certè nūquam fecimus, nec in prio- ri assertionē nostra, nec in hoc loco agimus: ne tamen cuiusquā animum hæc suspicio subeat: & deniq; ut hunc locū omnino quan- tum nobis occurrit, explicem, illud est hūc attentè cogitandum, quod pertinet ad mo- dum, rationemq; qua potestas temporalis prior quidem, & extra Ecclesiam orta, in eā ingressa est, unde constabit, quem locum in illa teneat, & quatenus, quæ ad fidem, & pie- tatem pertinent, curanda ab ea sint. & quidē manifestè constat, eadem ianua principes ingressos Ecclesiam fuisse, qua cæteri oēs, fi- de scilicet, pœnitentia malæ prius actæ uitæ, & baptismo. Hæc enim sunt ianua illa, quā princeps Apostolorum aperuit, cum prædi- cato euangelio, credentibus dixit: Pœniten- tiā agite & baptizetur unusquisq; uestrum. Ad hanc porrò fidem non sine magno Dei iudicio, qui infirma mundi, & stulta, & signō- bilia, & contemptibilia elegit: ut confundat sapientes, potentes, & nobiles, actum est uel permissum: ut non solum primi nō uene- rint principes seculi, sicut nec sapientes: sed longo potius tēpore persecuti fuerint eam- dem, totamq; Christi Ecclesiam: de quo su- periori loco pauca attigim. Implebatur tū uerè & quod Christus dixerat: Ante reges, & præsides trahemini, ppter me, in testimo- nium Iudæis, & Gentibus: & quod per pro- phetam dictum fuerat: Astiterunt reges ter- ræ, & principes conuenerunt in unū aduer- sus Dñm, & aduersus Christum eius: & ta- men tanta fuit doctrinæ Christianæ mode- stia, ut non solum Christiani reuererentur principes, & sub illis se esse in humanæ ciui- tatis, & pacis societate & cōmertio agnosce- rent oēs: sed etiā pro eis iuxta Christi præ- cepta, & institutionem Pauli magno affectu orarent: cum tamen à Tiberio, sub quo cœ- pit prædicari euangelium, usq; ad Constanti- num solus Philippus imperator Christum agnouerit, & Christianus fuerit: cæteri om- nes aut persecuti sunt, aut persequi permis- runt hanc fidem: idq; non minus trecentis

Cap. 14.
Qualiter se-
cularis pote-
stas ingressa
fuerit in Ec-
clesiā, & quæ
gradū in eā
tenet.

1. Cor. 1.

Matt. 10.

Lucæ 10.

2. Cor. 5.

annis, ut diuina ostenderetur uirtus in eadē gelio, quod ab idiotis, quod ad omnem humanam sapientiam attinet, & abiectis, atque omni humano præsidio destitutis prædicatum, renitente omni temporali potentia, & sapientia, subiecit sibi mundum & hominū corda: cum hoc primū sperari posset à credentibus, quod usq; ad mortem persecuturi eos essent inimici Christi. Jam enim iuxta parabolam illam Euangelicam, regnum cœlorum, Ecclesia, fidesq; eius, & prædicatio tāquam fermentū absconditum, ui quadam mirabili, & occulta tria sata farina, Asiam, Europam, & Africā penetrabat: tunc demum, ut uictoria non hominibus, sed Deo tribueretur, cum iam mundus plenus esset Ecclesijs Christianis, & martyribus, tandem cœperunt imperatores, & principes respicere, agente quidem Deo, non interna tantum inspiratione, sed manifestis etiam miraculis, & beneficijs cum Constantino imperatore, qui hæreditario quodam iure, ut Ambrosius inquit, fidem Christi Romanis reliquit imperatoribus: tunc quos prius, qui habitabat in cœlis, irridebat: & Dominus subfannabat, ostendens uanos illorum conatus in persequenda sua fide, dignatus est sua misericordia, ut & inciperent iam reges intelligere, & erudirentur, qui iudicabant terram, apprehenderentq; disciplinam, & uerum regem agnoscerēt, & oscularentur Filium, qui de se loquitur, Data est mihi oīs potestas, in cœlo, & in terra: & in Psalmo: ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius, prædicans præceptum eius: significans his uerbis solam prædicationem sufficere ad asserendum hoc regnum Christo: illam ei pro exercitijs, pro armis, & machinis, & diuitijs omnibus esse, cui soli oīa hæc humana crederent. Hoc itaq; cum magno uissent reges, cum à somno illo humanæ sublimitatis, & prosperitatis, adulationisq; hominum, & deliciarum omnium excitati demum essent, cognouerunt, quod ad primam uocem cognouerāt pauperculi, & abiecti homines: ut in hoc iudicio admoneantur reges uel hoc exemplo, quanto impedimento sit fastus, & sublimitas humana ad agnoscenda diuina, de qua Christus dicit, qd altum est apud homines, abominatio est apud Deum: tunc tandem quando hoc cœperunt agnoscere, & cum rege illo, & propheta, qui eos ad hoc exhortabatur dicere: custodiens paruulos dñs humiliatus sum, & liberauit me: cœpit impleri, quod per eundē dictum erat: Adorabunt eum omnes reges.

Luc. 16. Et per Esaiam: Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt uestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi: tunc humiliati principes, potuerunt ianuā illam fidei, imò Christum ipsum, qui inq; Ego sum ostium, ingredi: quod humilimum cum sit nullum capit, nisi humiliatum, nul-

lum admittit superbum, hoc fecit, ut pij illi imperatores Constantinianæ pietatis heredes effecti, non de superiori gradu in Ecclesia cogitarent, non se iudices doctrinæ, & ueritatis fidei constituerent: sed coram Christo incuruati, ut Esaias inquit, & fidem, & baptisimum & institutionē uitæ ab episcopis susciperent: tunc igitur quod manifestissima ratio docet, & fecerāt, tenenturq; facere Christiani oēs q̄quid erāt, q̄quid poterāt, q̄quid habebāt & potestatis humanæ, & honorum, atq; diuitiarum, agnouerunt se habere à Deo creatore, atq; auctore naturæ, & multò minus esse, multò inferius Christiana gratia, & præ illa contemnendum, atq; ea tenus curandum, & amandum, quatenus ei de gratiæ, & fidei utile esse posset. Sicut itaq; recepta fide omnes homines, omnia sua eidem subtrauerunt, ad eius obsequium ordinantes omnia, atq; hac ratione cœperunt sub Deo uerius illa possidere, quàm antea sub Diabolo possederant, & circa illa omnia euangelicam legem & modestiam seruare scientes, illa, quæ à Deo erant per naturæ ordinem concessa, in eius obsequium, & in ministerium gratiæ merito conuertenda esse: gratia enim Christi, & disciplina Christiana temporalia omnia, quibus prius Dæmonijs seruebatur, non tanquam mala reiicienda, sed ut naturæ bona referenda ad gratiam, et cōuertenda in usum eius docet: ita cum imperijs, regnis, & potestatibus omnibus secularibus actum est in Ecclesia, probata sunt illa, & purgata quidem à uitijs, quibus antea quàm Christum agnoscerent, plena erant: ostensum est his, qui hæc possidebāt, in obsequium Christi cōuertenda esse, & pro eius gloria, atq; defensione fidei, prius etiā quàm pro pace Reipublicæ omnē eorum uiam exerendā. Itaq; humiliati principes, qui prius inflati erant, & turgidi sublimitate humana cœperunt seruire, non suis affectibus, sed Christo: cœperūt sua omnia præceptis Christi, & moderatione possidere, & ad eius referre gloriam, atq; hac ratione temporalia omnia, & quod in illis sublimius est, imperia effecta sunt Christiana, & quamuis post fidem ipsam diuersæ mutationes, & uarietates, atq; etiam origines, & ortus principatuum secularium fuerint, nihilominus tamen nō minus illa prima originis distinctio permanet: ut scilicet humana sit hæc potestas naturam sequens: atq; ideo in ministeria Christi, in ea, quæ propria sunt suæ Ecclesiæ, nihil potens uirtute sua: sed ad horum obsequium iuxta regulam euangelicæ doctrinæ iuxta æquam moderationem ministrorum Christi ordināda. Vnde manifestum sit, certissima ratione, temporalem omnem, & politicam potestatem in Ecclesia inferiorē esse Ecclesiastica illa ministrorum Christi: & sicut tempore posterius ingressam in eam, ita dignitate, & gradu, ut uelint, nolint aduersarij, me-

rij, meritò Ecclesiastica potestas luminare maius, temporalis uerò luminare minus dicantur: illa sol est, quo illuminatur hic mundus luce fidei, luce coelesti, qua sub die, qui Christus est, ambulamus omnes, & seculares ipsi principes, & priuati: illa uerò luna est, qua nox huius seculi temporalia cōmercia, & tranquillitas temporalis inter peccata, & scelera hominum illustratur: sed luce illa, quam participat à Christiana fide, à doctrina Ecclesiæ, & ministrorum Christi: si enim iuxta hæc leges cōdat, adiciat pœnas, & exequatur, illustrat quàm uerissimè præfens hoc seculum. Hac igitur tam tera ratione, & pij principes, & sanctissimi episcopi iudicauerunt, dignum esse, ut seruiret potestas hæc temporalis paci Ecclesiæ: unde sæpe ad imperatores, ministrosq; eorum confluxerunt, & non solum probarunt imperatorum leges aduersus hæreticos, & idolorū templa, atq; sacrificia: sed etiam ad hoc eos exhortati sunt, ut seueritate legum hæreticorum insaniam comprimerent. Disputat de hoc Augu. aduersus Donatistas, qui, cum & ipsi frequenter potestate principum usi fuissent contra aduersarios suos, arguebant, qd Catholicis ad iudicia confugerent imperatorum: sed ex occulto, inquit August. imperio Dei, per manifestum hominum imperium multa, quibus & hæretici, & pagani seuerissime cōuertuntur, sunt constituta. Nam & simulacra falsorum Deorum eueriti, atq; confringi iussa sunt: recentioribus legibus, inquit, idq; & exemplis Scripturæ sacræ confirmat: ut Nabuchodonosor, qui, miraculo solo uiso, liberationem puerorum ab igne, deo eretum ponit, ut quicumq; blasphemauerit Deū, qui eos liberauit ab igne interiret, &c. quam lectionem August. obseruat in Ecclesiastica cantari in Paschali festiuitate: quando ipsa, inquit festiuitas feruentiores facit: unde ait: Meritò Christianos reges hæc audientes accendi ad exemplū, ut cum cognoscūt ethnicum regem decreuisse, ne blasphemaretur Deus temperator ignium, & liberator trium puerorum, cogitent qd in regno suo discernere debent aduersus hæreticos: ne in suis fidelibus idem ipse Deus exsuffletur remissor peccatorū, & liberator iam totius orbis terrarū. Non est opus de his pluribus dicere, manifesta sunt leges imperatorum aduersus hæreticos uel proprio titulo de hæreticis Manichæis, & Samaritanis, codice Iustiniani, illas catholici imperatores tulerūt, & in primis Constantinus ipse: agnoscens hoc se debere Christo, & eius sponsæ, ut ad gloriam Dei, & tranquillitatem Ecclesiæ, & animarum salutem ordinarent, & uterentur potestate illa, & gladio. At uerò auctoritatem docendi, aut definiendi dubia fidei, absit, ut unquam uel cogitauerint ad se pertinere, quod suis legibus Imperatores ipsi summi in Ecclesiā catholica principes cōfess-

si sunt, Theodosius in ea, quam citauimus, lege cunctos populos. C. De summa trinitate, & fide catholica (licet magnopere Brentio id displicuerit, cui postea respondebimus) non, quam ipse sequitur fidem, suo iudicio iubet alios sequi: sed iudicio episcoporum, quam pontificem Damasum sequi claret, inquit, & Petrum Alexandrinum episcopum uirum Apostolicæ sanctitatis. Hos adhibet duces, hos sequendos docet. Et quantum sint plura alia testimonia, cæteris omissis, epistolam illam Iustiniani Imperatoris ad Ioannem Romanum pontificem. C. eodem titulo positam audiamus: Reddentes, inquit Imperator, honorem Apostolicæ sedi, & uestre sanctitati, omnia, quæ ad statum Ecclesiarum pertinent, festinamus ad notitiā deferre uestre sanctitatis, &c. Ideoq; omnes sacerdotes uniuersi orientalis tractus & subijcere, & unire sedi uestre sanctitatis properauimus: ergo, inquit, quæ commota sunt, quamuis manifesta, & indubitata sunt, & secundum Apostolicæ uestre sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firmè custodita, & prædicata, necessarium duximus, ut ad notitiā uestre sanctitatis perueniant: nec enim patimur quicquam, quod ad Ecclesiarū statum pertinet, quamuis manifestum, & indubitatum sit quod mouetur, ut non etiam uestre innotescat sanctitati, qd caput est oīm sanctarū Ecclesiarū. Hæc ibi Iustinianus, in quibus præter manifestam confessionem primatus Ecclesiæ Romanæ, de quo supra egimus, aperte confirmat, quæ ad statum Ecclesiarū pertinent, non sine auctoritate episcoporum, & præcipue Romanæ sedis, etiam ab ipsis imperatoribus esse constituenda: quanto magis, quæ ad ipsam fidei substantiam pertinent. Confitetur ibi imperator fidem suam, imò omnium Ecclesiarum orientalium: dicit, quod eam habeant ab ipsa Apostolica sede: & ab omnibus sacerdotibus, inquit, semper firmiter custoditam, & prædicatam fuisse. Hos itaq; sequitur, non iudicium suum: & tandem post omnia petit Romani pontificis responsum: quia hoc ait, pertinebit ad augmentum auctoritatis Romanæ sedis, & amoris, atq; reuerentiæ aliorū uersus eam: quando, inquit, per uos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quæ ad uos relata sunt, sinceram uestre sanctitatis doctrinam. Pertinet igitur ad principes, certam, & indubitatam fidem profiteri, ad eam tenendam omnibus uijs agere, cum omnibus sibi subditis. Sic enim olim & imperatores, & alij reges egerunt aduersus præcipue Arrianos, sic Constantinus Nicæni Concilij fidem, ab omnibus præcipit obseruari: sic cæteri imperatores confirmarunt suorum temporum Concilia. Quanta sunt Hispanorū nostrorum regum de hac re prodita exempla in Concilijs Toletanis? uide Toletanum

Cap. 15.
Quid ad seculares principes circa fidem pertinet, exemplis ostenditur.

Lib. 1. contra epist. Perme. cap. 7.

Dani 3.

Lib. 2. contra literas Petri Iani, ca 92.

Malac. 2.

Cap. 16.
Principes
Christianos
seruos esse
subditorum
suorū, & Ec-
clesiæ: qua
seruitutem
nil obseruan-
tiæ, & hono-
ris amittunt
circa tēpora
lia etiā erga
ipfos Christi
ministros.

Matt. 20.

Luc. 22.

octauum Concilium, in quo manifestam confessionem fidei rex pius, & amator eius, obtulit exhortans, ut quæcunq; in ea scripta erant, attentè, & studiosè inspicientes, quæ exiuerunt, inquit, placita Deo, uestri oris ad nos sacro referantur oraculo: ubi non instruere eos, sed instrui potiùs ab illis conatur, & curat, legemq; Dei iuxta prophetam de ore sacerdotum requirit: quorum labia custodiunt, inquit, scientiam. Vide etiam & in. 3. Toletano Concilio dignam Christiano principe circa catholicam fidem sollicitudinem, & deuotionem, qui non solùm ipse ab Arriana hæresi ad unionem Ecclesiæ reuerfus fidem suam summa cum deuotione obtulit in Concilio, ita propria manu subscribens: ego Richaredus rex fidem hanc sanctam, & ueram confessionem, quam per totum orbem catholica cõfiteatur Ecclesia, corde retinès, ore confirmans mea dextra Deo protegente subscripsi: sed etiam totius Gothicæ gentis, quam ad unionem Ecclesiæ reduxerat, confessionem propriam offerri in Concilio, & subscribi curauit. Confessio regis habet post multa de Nicæna synodo, & tribus illis maximæ auctoritatis sequentibus omnium quoq; orthodoxorum uenerabilium sacerdotum Concilia, quæ ab ipsis quatuor supra scriptis fidei puritate non dissonant, pari uenerationi obseruent: & post hæc omnia quanto fidei seruore rex constituit, ut omnes inquit Hispaniarū, & Galliciæ Ecclesiæ hanc regulam seruent: ut omni sacrificij tempore ante communicationē corporis Christi, & sanguinis, iuxta orientaliū partium morem unanimiter clara uoce sacratissimū fidei recenseant symbolum: ut primūm populi, quam credulitatē teneant, fateantur. Hæc piorum principū exempla sunt & proponenda, & meritò præ oculis habenda à Christianis principibus, quibus ad modestiam, ad seruandum à Christo institutum ordinem admoneantur: ne temerè transgrediantur limites, quos posuerunt patres eorum. Vbi duo nobis consideranda occurrunt digna certè Ecclesiæ Christi, quæ summi regis regnū stabile, ciuitas gloriosa, & domus ordinatissima est. Primum illud sit, quod reges, & principes seculi sua hac ad Christum conuersione, & submissio ne, nihil amiserunt auctoritatis, & dominij, quod habebant: sed duntaxat illud, quod uanitatis, & tyrannidis aut habuit in multis dignitas illa, aut habere potuit. Didicerunt planè reges illud præceptū Christi ad se ueraciter pertinere: & illam exprobrationem meritò sibi fugiendam: Principes gentium dominantur eorum. Et qui potestatem exercent in eis, & benefici uocantur: non ita erit inter uos: sed quicumq; uoluerit maior fieri, sit uester minister, & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Nam, ego inquit, in medio uestri sum, tanquā qui

ministrat. Hæc non ad Apostolos tantūm, non ad episcopos duntaxat, & ceteros Ecclesiæ ministros: sed ad oēs etiam, qui in Ecclesia sunt: ad omnes Christianos quis dubitat pertinere? & quis non intelligat quā uanè Brentius dicat, episcopos esse seruos: principes Dominos in Ecclesia? sed de hoc breuidicemus. Verūm quod nūc ad hæc uerba attinet, si principes Christum imitari nō debent: si ad eos non pertinet uerbum illud, si quis mihi ministrat, me sequatur: & qui sequitur me, non ambulat in tenebris: certè non sunt serui Ecclesiæ, non sunt ministri eorum, quibus præfunt. Quod si illud falsum est, si Christum in Ecclesia oēs imitari tenentur, & sequi: intelligant principes nō solūm ratione illa humana, qua ethnici etiam ipsi agnouerunt reges ueros suorum subditorū causa esse, & in eorum utilitatem illud, quicquid regis dignitatis est, expendendum: sed multò altiori ratione, quia Christiani sunt redempti à Christo, & membra eius effecti, in qua scelicissima transmutatione nihil relictum fuit nisi peccatum, quod huius gratiæ particeps esse nō potest: reliqua omnia, auctoritas, honor, splendor in Christi corpore transferunt: reges etiam, qua parte reges sunt, Christo insiti sunt, in quo non est seruus, nec liber, in quo sumus inuicè membra, & debemus inuicem, quod Paulus inquit, ut unusquisq; proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Hac itaq; Christiana ratione multò magis principes seruos se agnoscunt omnium, maximè uerò Christi, & Ecclesiæ suæ, quæ seruitus solūm superbiam, & fastum aufert ab eis, & ingerit Christianam sollicitudinem, uerūmque Dei timorem: reliqua uerò omnia bona ad eō nō aufert, ut potiùs cumulatis reddat, & ab omnibus sibi reddenda doceat. Hinc fit, ut secundum diuersum rationis ordinem, secundum rerum, negotiorumq; diuersitatē modo superiores omnibus, modò subditi quibusdam agnoscantur. Quod enim ad Reipublicam pacem, & ordinem, quod ad defensionem, & expurgationem à malis attinet, superiores sunt omnibus. & in hac re sicut ethnici ab ipsis Apostolis sunt agniti, multò magis Christiani ab episcopis sanctissimis, & tota Ecclesia habiti sunt superiores, & agnouerunt in hoc tēporali statu in his, quæ ad tēporalia oīa pertinent, eorum leges, eorū iudicia, & cum gratiarū actione usi sunt priuilegijs, & immunitatibus ab eis concessis, de quibus habes iuris ipsius ciuilibus multos, & manifestos titulos, de sacrosanctis Ecclesijs, de episcopis, & clericis, de episcopali audientia, de his, qui ad Ecclesias confugiūt, in quibus ostenditur, quanta deuotione principes egerint cum Ecclesia, quanta pace, & humilitate episcopi ipsi, qui eos in his, quæ ad salutem animæ, & fidei, atq; morum disciplinam summa cum libertate, ut subditos ligabant,

Rom. 13.

gabant, & absoluebant: in his uerò, quæ ad statum temporalem Reipublicæ pertinent, ut superiores reuerentur: quò scilicet agnoscerent, nihil se amisisse illa ad Christum conuersione: nec aliquid esse, quare non magno opere gratulari deberet, quod Christiani essent effecti. Quæ in re & secundum illud non omittendum, quòd in hac uicissitudine mutua suscipiendorum, & reddendorum officiorum sancta quadam, & pia contentio inter pios principes, & dignos episcopos, ministrorumque Ecclesiæ fuit: dum alij alios humilitate, & honore superare contendebant sine ulla inuidia, sine ulla æmulatione, aut contentione, sine ullo denique auctoritatis aut spiritualis, aut temporalis præiudicio, sed cum summa pace, cum summa quiete, cum summa populi ædificatione, ut esset tunc uidere pulcherrimam illam faciè, quam Christus depinxerat, Qui uoluerit inter uos maior esse, erit uester seruus: & de qua Paulus: in humilitate superiores inuicem arbitantes. Itaque id ipsum, quod superiori loco diximus inter Romanum pontificem, & reliquos episcopos obseruatum, id nunc adnotamus inter episcopos, & principes: in omnibus enim uigebat sancta illa charitas, quæ non querit, quæ sua sunt, quæ nihil dedignatur. Constantinus episcopos de suis caulis ab eo auditurus querentes hortatur, quod ad Deum sperent iudicium: Nam inquit uos Dei estis, & non debetis ab hominibus iudicari: illi econtrariò summa ueneratione eum suspicientes magna submissione ea, quæ uolebat ille, in bonum fidei exequabantur: & iustas eius iussiones, ut conuenirent, ut tractarent tanquam Dei ordinationem suscipiebant: ita ad principum uocationem cogebantur Concilia: & quicquid illi ordinassent, sine quorum suprema auctoritate non poterat tranquilla esse Ecclesia, suscipiebant, non de prærogatiuis, & inanibus titulis contententes, sed utilitatem querentes fidelium. Constantinus econtrà sanctos confessores fidei, ut Deos quosdam uenerabatur, osculans etiam oculos, & membra, quæ pro Christi confessione amiserat: & Helena mater eius ancillis Christi Hierosolymis ancillæ habitu, & officio sese submit. Hæc erant illius felicissimi seculi in Ecclesia Christi principum, & prælatorum contentiones: imò reuera hæc erat summa illa concordia iuncta inconfuso, & imperturbato ordini. Dum ita quisque, quod suum erat, cum opus esset, agnoscebat, & agebat: ut tamen, cum necessitas non postularer, magis gauderent omnes modestia, & humilitate. Hæc est igitur nostra, imò catholice Ecclesiæ de discrimine spiritualis, & secularis regni, & sacerdotalis ordinis sententia, quæ in præfatione assertionis nostre catholice perstrinximus, tantum non cogitantes opuse esse, ut res tam certa, & manifesta confirmaretur rationibus: sed quia hæc omnia Brentius in

primo suo loco de officio principum secularium in Ecclesia conatur inuertere, & totum hunc ordinem mutare in Ecclesia: audiamus iam, quid loquatur, & quem ordinem constituat: namque sine ordine non Ecclesia, sed ciuitas confusionis, & uera Babylon, turrisque diuisionis linguarum necesse est, ut sit. Ut igitur breuiter Brentij sententiam complectamur: constituit ille Apostolos in primis, deinde multo magis eorum proximos successores, maxime uerò nostri temporis episcopos omnes, & ministros Christi seruos esse Ecclesiæ: sic enim loquitur, inquit Paulus: non prædicamus nos ipsos, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos uestros per Iesum. Et rursum omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, &c. Et alibi, inquit Brentius, ingenuè fateatur, quod cum ab omnibus liber esset, fecit se seruum omnium. Huic addit: Principes uerò pij, hoc est, qui Filium Dei, & eius euangelium fide sua complectuntur, sunt præcipua uerè Ecclesiæ membra, & ad eos præcipue pertinet confiteri Filium Dei, Confiteantur tibi, inquit, Domine omnes reges terræ: ad eos pertinet impiam doctrinam ex animo detestari, & crudeles hypocritas seueriter punire, exemplo Dauidis, qui Psalmo 139. dicit: Nonne qui oderunt te Domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos: quod exemplo etiam Iosaphat, Ezechia, & Iosia, qui tanta cura cultum legitimum Dei instaurasse, & alienum abstulisse leguntur, confirmans: hoc uerò, inquit, facere non possunt, nisi cognouerint, & iudicauerint prius, quæ sit uera, pia doctrina: nec enim aut confiteri, aut defendere potest, quæ non nouit, pia, an impia sit. pertinet igitur ad illum de doctrina iudicare: cur etiam non & docere exemplo Dauidis: uenite filij audite me timorem Domini docebo uos: & docebo iniquos uias tuas: & exemplo Salomonis ecclesiasten agere, atque cum Ezechia mittere etiam legatos ad exhortandos populos ad Dei cultum, & præscribere illis quid concionari debeant: quod sanctum illum regem Ezechiam fecisse legimus? Habent itaque, inquit, principes publicam potestatem cognoscendi, & iudicandi de doctrina religionis: imò adhibere possunt (ait) in Concilium, & uocare ad hoc agendum eos, quos duxerint idoneos, tam ex ministris Ecclesiæ, quam ex aliorum hominum cœtu. Quod si queras ab eo quid igitur episcopi? non, inquit, sunt iam Ecclesiæ membra, quod ne putes illum propter doctrinæ, uel uitæ defectum, quem semper obijcit, episcopis, & prælatis nostris dixisse, & hoc addit: speramus inter episcopos, & reliquos prælatos aliquos esse uiros pios. agamus igitur illi gratias, quod uel pios aliquos agnoscit episcopos, uel prælatos esse: sed iam, quod de his sentiat, audiamus: quod ad priuatam,

Cap. 18.

Episcopos secundum officium publicum membra esse Ecclesiæ, & nobiliora etiam quam principes seculares, quod Brentius negat ostenditur.

inquit, eorum personam attinet, membra quidem sunt Ecclesie, non autem ipsa tota Ecclesia: quod uero ad publicum eorum officium attinet, ministri sunt Ecclesie, non domini: & seruiunt Ecclesie iuxta uerum, & certum uerbum Domini, &c. Igitur etsi prorum prælatorum meminit, non tamen propterea illis potestatem ullam tribuit circa iudicium de doctrina: & tamen principibus, & quos illi in Concilio adhibuerint publicam tribuit potestatem de doctrina fidei iudicandi. Hæc est Brentij sententia multis quidem uerbis, & clamoribus exaggerata ab eo, multisq; cõitijs in omnes, qui aliter sentiunt, confirmata. Ceterum probata non aliter quàm diximus, ex gradu scilicet, & loco, quem principes in Ecclesia habent: & reuera inde quicquid circa hoc dicitur, quod uerum, & solidum esse potest, confirmari debet. Iam igitur consideremus attentè quantum sibi, & ueritati consonet hæc doctrina Brentij: nec enim parui eam fecit ille: nec, si uera est, parui fieri debet. Quod ergo facit principes membra ueræ Ecclesie, & id quidem sine distinctione, uidendum est, qd sibi uelit. Primò enim quoniã Brentius duplicem facit Ecclesiam, alteram inexpugnabilem, & ueram: alteram uerò externam, & manifestam, cuius Ecclesie suos principes membra facit: ueræ inqt Ecclesie sunt membra: at hanc Brenti inuisibilem facis, & ex æterna Dei prædestinatione, & electione pendere dicis: cuius, ut priori loco ostendimus, nullum certè membrum ostendere uales. fatere igitur de nullo tuorum principum te scire, an sit ueræ Ecclesie membrum: aut uide quomodo hæc consonent cæteris, in quibus ais, non esse certum, qui cætus hominũ sit Ecclesia illa à Christo fundata inuisibilis, quod si membra Ecclesie externæ, & uisibilis principes tuos dixeris, qd magis tuis principijs consonat. Iam ad illud responde: sint ne membra Ecclesie secundum priuatam eorum personam, an secundum publicum officium, quod habent: & uide quàm inconsideratè locutus es, hoc distinguens in episcopis, & prælatis, non in principibus. nunquid publicum officium principum pertinet magis ad Ecclesiam, quàm publicum officium episcoporum? non audebis hoc affirmare, ut magis pertineat ad Ecclesiam officium secularis principis, sine quo fuit longo tempore Ecclesia, ut probatum est, quàm officium episcopi, quod est uerbum, & Sacramenta administrare, & gubernare populos iuxta Christi legem, sine quo non est Ecclesia. Si igitur non minus pertinet hoc ad Ecclesiam quàm illud: imò multò magis, cur principes secundum publicum officium membra sunt nobilissima Ecclesie, & non episcopi? Quod si principes secundum priuatam tantum personam membra sunt Ecclesie, certè nò sunt nobilissima: namq; possunt esse ex

priuatæ, & infimæ plebis hominibus sanctiores, & meliores illis, ita ut si uelis nullum membrum Ecclesie esse nisi secundum priuatam tantum personam, illi nobiliora membra sunt, qui sanctitate præcedunt: & hac ratione nullus ordo in Ecclesia, nulla distinctio (nisi fortè apud Deum, qui spirituum ponderator est) & iuxta hoc non est inter principem, & prælatum distinctio. Quod si fatearis, & dicas secundum publicum officium in Ecclesia esse ordinem certum, quod uerissimum est: Nam secundum functiones diuersas est ordo constitutus in ministerijs Christi, aut igitur dicito membra publica esse prælatos, & principes secundum eorum officia, aut de utrisq; nega, & quidem si scripturam, & rationem consulamus, non est, cur secundum publica officia non sint alij in Ecclesia capita, dicente Scriptura, Optimates capita populorum, scilicet episcopi: alij uel manus, uel pedes secundum ministeria, quibus funguntur. cur enim, quæ Paulus inquit de diuersitate membrorum Ecclesie ex similitudine corporis humani, nò secundum hanc diuersitatem publicorum ministeriorum sunt intelligenda? cum apertè ipse dicat, Quod sumus singuli alter alterius membra, habentes donationes, secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam, siue ministerium in ministrando, qui docet in doctrina, qui præest in sollicitudine, qui tribuit in simplicitate, & cetera, quæ eo loco refert. Nónne hæc sunt diuersa officia Ecclesie? Nónne apertius alibi inquit, datos esse à Deo quosdam Apostolos, quosdam prophetas, alios pastores, & doctores in ædificationem corporis Christi? Hæc manifestissima sunt. Secundum publica officia, & ministeria sunt prælati, & ministri Christi membra Ecclesie: quorsum Brenti, illis hoc auferes? aut cur hoc das principibus sine ulla distinctione? nisi quia omnia confundere uis? distingue apertè, & principes, & episcopi secundum priuatam personam priuata membra sunt: eum gradum tenent secundum hunc ordinem, quem sua merita illis conferunt coram Deo. secundum enim ea alij alijs maiores sunt, & gratiores Deo: secundum uerò publica officia, membra sunt publica, & quem tenent gradum, & ordinem ex sua uocatione, non est obscurum agnoscere: atq; ita hæc distinctio membrorum manifesta est. Hoc igitur agendum erat Brentio, ut ostenderet ad quid uocentur in Ecclesia episcopi à Christo: ad quid principes: qd cum nos ostenderimus ex ipsa scriptura, ex consensu totius Ecclesie, manifestè secundum illud sequitur, episcopos, cæterosq; ministros Ecclesie, locum capitis, oculorũ, & reliquorum organorum eius tenere, docent, gubernant uerbo doctrinæ, influunt uirtutem, & motum fidelibus per Sacramenta: respectu igitur omnium aliorum, qui hæc ab eis suscipiunt

Rom. 12

Ephes. 4

sepiunt capita sunt: quid igitur principes quam alia proximiora membra dixeris: & post hæc capita nobiliora? ad quos pertinet defendere Ecclesiam, & fidem temporali gladio, & propagandis illis operam dare, quantum vires eorum sufficiunt. Non est ergo, cur nobilissima membra Ecclesie, & altiora cogitentur, quam sint episcopi, nec ulla ratione, quod in hoc Brentius dixit, probari potest. Nam quod ait, episcopos seruos esse: quid impedit hoc? nunquid principes non sunt etiam serui? nunquid non satis ostendimus ad eos etiam pertinere illud uerbum: qui uoluerit inter uos maior esse, erit omnium seruus. Hæc seruitus nullam habet deiectionem, nullam infamiam: non est hæc mancipiorum seruitus, quod contumeliosè, & falsissimè dixit Brentius, neque cogitans ea, de quibus loquebatur, nec quæ affirmabat: & quod necessè est, multò minus intelligens, inquit enim Brentius, Paulus dicit, cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci. quomodo non cogitauit, quod Paulus ipso contextu liberum se esse dicit, Non sum liber? non sum Apostolus? sic enim aggressus est de hac re loqui eo loco, quem Brentius citat. Primo omnium statuit se liberum esse, quippe qui ministerium suum honorificat, & qui ait, Malo mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Liberum igitur, & superiorem se agnoscit omnibus his, quos docebat, & gubernabat. Et statim post hanc tam manifestè assertam suam libertatem, cum liber, inquit, essem ex omnibus omnium me seruum feci: ut plures lucrifacerem. Nunquid amissa libertate? absit. Sed uide de quomodo, sicut se fecit Iudæis tanquam Iudæum, ut Iudæos inquit lucraret: & his, qui sub lege erant, quasi sub lege essem, ut eos lucrifacerem: his qui sine lege, tanquam sine lege, cum tamen, inquit, non essem sub lege, nec sine lege. Ecce sit omnibus omnia, non amittens quod erat: sed coaptans se omnium uisibus: pari igitur ratione ex eodem contextu omnium se seruum fecit: cum tamen liber permanserit. Liber certè Apostolus à necessitate alteri se quam Deo subiiciendi: liber à cura placendi alteri, quam Deo, an quæro, inquit, hominibus placere? Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: liber ab omni subiectione legis, & carum ueniarum eius, ab omni denique humano respectu, sic enim loquitur de subintroductis falsis fratribus, qui uenerant explorare libertatem nostram, quam habemus in Iesu Christo, ut nos in seruitutem redigerent: quibus nec ad horam cessimus. Hæc est uera libertas, uera celsitudo animi illius, & pectoris Apostolici, de qua meritò gloriatur: Non sum liber? &c. & tantæ libertati animi libertatem etiam, & superioritatem officij publici sui coniungit cum inquit, non sum Apostolus? & alibi Apostolus inquit de se: non

ab hominibus. nec per hominè, sed per Iesum Christum & Deum patrem, in qua auctoritate superioritatis nec alijs coapostolis, qui etiam eum tempore præcesserant in apostolatu se subijcit, mihi, inquit, qui uidebantur aliqd esse, nihil contulerunt: & iterum nihil existimat se detraxisse à magnis Apostolis, & relijs omnibus, cum summa auctoritate se præfert, an experimentum, inquit, quæritis eius, qui in me loquitur Christus, unde & ait: prædixi enim, & prædico, ut præsens, uobis, & nunc absens his, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si uenero iterum non parcam: & tandem eisdem, arbitratur nos (ait cum quadam pia indignatione, & grauitate) tanquam secundum carnem ambulemus, in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus: nam arma militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia Dei. Et post multa eodem loco de hac sua auctoritate, qua omnes sibi subijcit, addit tandem. Nam etsi amplius gloriatus fuero aliquid, de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in adificationem, & non destructionem uestram non erubescam. Ecce uestram libertatem Apostolorum: ecce superioritatem potestatis, & auctoritatis, quam Paulus in se ob exemplum certè aliorum ostendit. Hi enim sunt, de quibus Christus inquit, sicut misit me Pater, & ego mitto uos: legati eius representantes, & exhibentes ipsum, propter quod, inquit, qui uos audit, me audit: & qui uos recipit, recipit me, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Hanc auctoritatis libertatem episcopis omnibus tenendam commendat Paulus ipse, cum alibi Titō scribit: hæc loquere, & exhortare, & arguere cum omni imperio: nemo te contemnat. Et alibi, Increpa illos durè. Et Timotheo: Præcipe, inquit, hæc, & doce: nemo adolescentiam tuam contemnat: & statim, indicans quia ratione hanc auctoritatē tenere debeant Christi ministri, inquit: Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate: dum uenio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ: hæc meditare, in his esto, ut præfectus tuus manifestus sit omnibus. Vides nunc non pompam, non multitudinem famulantiū, non splendorem uestium, non dedignationem aliorum, denique non specie aliqua superbiam, & fastum secularis Apostolum docere seruandam esse auctoritatem sacerdotalis ordinis. Et Titō etiam hoc aperte dicit: in omnibus præbe te ipsum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate uerbum sanum, & irreprehensibile, ut is, qui ex aduerso est uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Vides etiā quod seipsum adiungit Paulus: ut scilicet ostendat, quibus ille rationibus suam tantam auctoritatē tuebatur. Vnde etiam manifestum fit, quod huic tam ingenuæ libertati, & potestati Apo-

Cap. 19.
Auctoritas,
& superioritas episcoporum in Ecclesia ostenditur magna, multis Pauli sententijs.

1. Cor. 9.

Ad Gal. 1.

Ad Gal. 2.

Ad Gal. 1.

Ad Gal. 2.

2. Cor. 11.

2. Cor. 13.

2. Cor. 10.

2. Cap.

1. Cap.

1. ad Tim. 4.

2. Cap.

Cap. 20.
Qualiter epi
scopi serui
sint Ecclesie:
& quod hæc
seruitus nec
auctoritati
repugnet,
nec libertati
Ad Gal. 5.

1. Pet. 5.

1. Theff. 2.

Cap. 2. 3.

Act. 20.

1. Cor. 10.

1. Cor. 4.

stolica nullo modo aduersatur, neque contra-
ria est seruitus illa Euangelica, de qua Chri-
stus: Qui uoluerit maior esse inter uos, sic
omnium seruus: de qua etiã gloriatur Pau-
lus, Nos inquit, seruos uestros per Iesum: nõ
enim amissione potestatis à Christo data sit
hæc seruitus, non animi deiectione: sed ue-
ra charitate, & humilitate, propter quam ad-
monet Paulus Christianos omnes, Vos in-
quiens, in libertate uocati estis fratres, tan-
tum ne libertate in occasionem carnis detis:
sed per charitatem spiritus seruite inuicem.
Hæc est seruitus, qua Christus ipse dignatus
est nobis seruire: in qua quod quis dignita-
te, & gradu propinquior est Christo, magis
seruit alijs: & quod magis seruit, altior est, pro-
pter hanc admonet seniores, consenior ipse,
& testis Christi passionum Petrus: pascite q
in uobis est gregem Dei, prouidentes nõ coa-
ctè, sed spontaneè secundum Deum, nec tur-
pis lucri gratia, sed uoluntariè: nec ut domi-
nantes in clericis, sed forma facti gregis ex ani-
mo, Et Paulus ipse, quem hætenus audiui-
mus tantæ auctoritatis gloriari, & quodam
modo se extollere, quoties uidebis quasi il-
lorum omnium oblitum, non seruum modò se
exhibere, sed omnium seruorum humilimum:
& de hoc cum seruis omnibus certare, cum
ob infirmorum salutem id opus esset Theff-
salonicensibus scribit: ipsi scitis, fratres, in-
troitum nostrum ad uos, quia nõ inanis fuit:
sed antè passi multa, & contumeliji affecti,
sicut scitis, Philippis, fiduciam habuimus in
Deo nostro, loqui ad uos Euangelium Dei
in multa sollicitudine: & multa ibi loquitur
de sua hac charitatis seruitute, ex quib? pau-
ca audiamus: non quærentes, inquit, neq; à
uobis, neq; ab alijs gloriam, cum possemus
uobis oneri esse, ut Christi Apostoli facti su-
mus paruuli in medio uestrum, tanquam si
nutrix foueat filios suos, ita desiderâtes uos
cupidè. Memores enim facti estis fratres, la-
boris nostri, & fatigationis, uel, ut alij dicunt,
sudoris, nocte, & die operantes, ne quem ue-
strum grauarem, prædicauimus in uobis
Euangelium Dei. Vos testes estis, & Deus, q
sanctè, & iustè, sine querela uobis, qui credi-
distis, fuimus. Et iterum inquit eisdem: Non
inquieti fuimus inter uos, neq; gratis panem
manducauimus ab aliquo: sed in labore, &
fatigatione, nocte, & die operantes. Et alibi
sic loquitur, Quæ mihi opus erant, & his, qui
meum sunt, ministrauerunt manus istæ. Hæc
illa seruitus est, de qua & alibi dicit, ego per
omnia omnibus placeo, nõ quærens, quod
mihi utile est: sed qd multis, ut salui fiant,
hoc Apostolos Christi seruos facit, non au-
toritatis defectus, sed uoluntas salutis om-
nium, propter quã uide qd de se, & alijs Apo-
stolis Paulus dicat, puto enim, q Deus nos
Apostolos nouissimos ostendit tanquam or-
ti destinatos, quia spectaculum facti sumus
mundo, & Angelis, & hominibus: nos stul-

ti propter Christum, uos prudentes in Chri-
sto: nos infirmi, uos fortes: uos nobiles, nos
autem ignobiles: usq; in hanc horam esuri-
mus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis
cædimur, & instabiles sumus, & laboramus
operantes manibus nostris: maledicimur,
& benedicimus, persecutionem patimur, &
sustinemus: blasphemamur, & obsecramus:
tanquam purgamenta huius mundifacii su-
mus, omnium perispema usq; adhuc. Vide
si potes esse humilior, & magis officiosus ser-
uus: & uide quã non hæc prioribus illis
contradicunt, in quibus de tanta potestate,
& libertate gloriabatur, atq; ita intelliges, q
seruitus illa episcoporum, quam Brentius
tantoperè urget, nihil detrahit auctoritati,
quin potius, quã plurimum auctoritati suo-
rum principum detraheret, & ueritati Chri-
stianæ, si eos ab hac seruitute eximeret, quã
Paulus illis non in opprobrium certè, sed in
gloriam tribuit. Ministri enim Dei sunt, in-
quit, in hoc ipsum seruientes: & cui rogo
seruiunt principes, cum pœnas sumunt de
malis: de quo Paulus loquitur ibi, nisi Rei-
publicæ, hoc est suis ipsis subditis? Colliga-
mus igitur hæc omnia, quibus probatū est,
neq; quod tribuit Brentius principibus suis
eis uerè conuenire: neq; quod aufert ab epi-
scopis uerè negari, utriq; sunt membra Ec-
clesiæ, siue secundum priuatam personam,
siue secundum publicum officium, sed in Ec-
clesia altiora membra episcopi, & magis ne-
cessaria sunt, quã principes: & illud etiam
constat seruitutè, quã episcopis conueni-
re dicit, principum esse: nec quicquam de-
rogare auctoritati. Pergat igitur Brentius
sua illa ratiocinatione, principes sunt nobi-
lissima membra Ecclesiæ, prelati serui, ergo
imperent illis, & iudicent de eis in his, quæ
ad doctrinam fidei pertinent: & ex duabus
illis præmissis in contrarium totius uerita-
tis sensum detortis inferat tam manifestū
commentū, quo tota ecclesiastici ordinis ra-
tio auferatur, & inferiorum Ecclesiæ, at-
que ministrorum, origo Christi scilicet, in-
stitutio, & finis aboleatur. & deniq; ipso-
rum secularium principum ignoretur functio
propria, & uocatio. Hæc omnia manifestè
ostensa sunt ex eius dictis, & interim uocet
me infani capitis, & qui uertiginem patiar,
& dicat se nescire, an unquam aliquid cogi-
tauerim de diuersitate uocationum in Ec-
clesia. Hæc inquam mihi dicat, cum his ui-
tiji ille maximè labore. Nam quæ maior
incogitantia diuersitatis uocationum, quã
quæ tribuit principibus id, ad quod uocati,
& missi sunt Apostoli? Hoc est ad doctrinã
conseruandam in Ecclesiis quæ maior sen-
sus uertigo, quã secularia ecclesiastici mi-
scere, imò auferre à Christi ministris præci-
pua ministeria, & principibus tradere? &
quæ sanitas doctrinæ est, reiectis primis Chri-
sti ministris, ad præcipua ministeria eius,

ROM. 13.

ex media plebe, imò ex infima, uocare quos libuerit principibus? & unico uerbo perpetuam, & manifestam, & ab omnibus agnitam totius Ecclesiæ consuetudinem in finiendis dubijs circa doctrinam religionis ab episcopis, & ministris Ecclesiæ, & non à principibus conuellere? Sed nec hic quiescit, uerum omnium hic tantum inuouator: maiora audeat, que post parum uidebis: uerum prius obiter, ne quicquam, quod æquum est, principibus dari, abtulisse uideamur, non est omitendum, quòd ea, quæ primò principibus tribuit Brentius, nec negamus, nec unquam negauimus, pertinere scilicet ad eos confiteri fidem, & defendere: atq; ideo persequi impietatem, & impios in religione: cum hæc omnia illis ad eò catholici non denegarint, ut potius sustinuerint Donatistarum calumnias de hac re: iniquum enim, illi dicebant, ut ad principes fidei negotia referrentur, nec tamen propterea illi id omiserunt, calumnijs illorum respondit August. multa multis locis, ex quibus superius nonnulla diximus. Quam plurimum sanè contulerunt catholici principes illis temporibus Ecclesijs aduersus hæreticos, & multis in rebus usi sunt catholici episcopi eorum opera: uel cum esset conferendum cum hæreticis: uel cum Concilia congregari oporteret: uel certè cum temeritas eorum foret comprimenda, ostendunt hoc collationes cum Augustini cum Donatistis, in quibus iudices ex principum ordinatione dati erant, & suscepti à catholicis omnibus episcopis, quorum auctoritate, & interlocutionibus tergiuersationes hæreticorum comprimerentur, & statueretur cuilibet, quid probare deberet, & an hoc ut oporteret fecisset definiretur: in illa certè collatione cum Donatistis cognitor sententiam scripsit, confutatos Donatistas à catholicis omnium doctorum manifestatione pronuncians. Ostendunt idem & Nicænum ipsum, & reliqua prima illa Concilia principum opera congregata: ostendunt etiam & leges imperatorum, & episcoporum apud eos instantiæ pro Ecclesijs aut defendendis ne usurperentur ab hæreticis, aut recuperandis illis, quæ ui ablatæ fuerant, ut ecclesiasticæ historia ostendunt. Sed in his omnibus satis iam ostendimus principes non dubia definisse, sed ut ab episcopis definirètur, ut nulli fraudi, aut calumniæ locus esset: ut rata haberentur, quæ definita erant, potestate illa temporalis egisse. Hæc cum ratione certa ostensa sint, & historijs etiã ipsis, & operibus manifestentur, certè Brentius libenter, si inueniri possent antiquitatis testimonia, pro se adduxisset. Cum uerò tam aperta sint Concilia ipsa omnia ab episcopis celebrata, & definitiones fidei in ipsis ab episcopis prolata, quid potuit contra tam apertam ueritatem adferri? sed quia uidebat, quantum hæc

perpetua consuetudo Ecclesiæ habeat ponderis, quæ fuit etiam, unde uideretur aliqd probasse. Socrates (ait Brentius) in historia ecclesiastica lib. 5. cap. 10: inquit de Theodosio imperatore: quod cum apud eum diuersa agerent diuersarum sententiarum, in quas tum scindebatur religio, episcopi cum alij Arriani, alij Macedoniani, alij Eunomiani, quæ tres sectæ erant contra substantialitatem Trinitatis, tandem ita inquit Socrates, determinata die, cuiuscunq; religionis episcopi ad aulam uocati conueniunt, ubi cum conuenissent, excepit eos imperator, & accepto cuiusq; dogmatis scripto, seorsum Deum orat: deinde, lectis omnibus, reliqua omnia tanquam separationem sanctæ Trinitatis inducentia reprehendit, & rupit: solum uerò quod homouianam fidem continebat, laudat, & cõplectitur. Hæc ex Socrate ille citans, quid hic (inquit) mihi dices? quis est in controuersia ecclesiasticæ doctrinæ iudex? Primò imperator non accedit ad episcopos, tanquam ad suos dominos: sed uocat eos, tanquam seruos, ad suam aulam: Hoc de tuo assumis Brenti, quasi necessè foret aut eos seruos imperatoris esse, aut econtrariò imperatorem eorum: certè Socrates non dicit, tanquam seruos fuisse uocatos, unde ergò colligis, quæ uocati sunt ad aulam? nunquid propterea serui, aut propterea inuiti tracti? uocati sunt ipsis desiderantibus, & petentibus: quomodo enim catholici episcopi, qui nec priuato domos dedignari debent, cum id ad salutem animarum expedit, exemplo Pauli, quod publicè, & per domos docuerit: & testificatus fuerit Iudæis, & Gentibus ueritatem Euangelij: quomodo inquam dedignarentur aulam imperatoris adire? & nõ magis hoc ambirèt sancta certè ambitione, quòd possent ueræ fidei rationem Catholico, & æquissimo principi ostendere? hoc agebant utriq; & catholici, & hæretici, ut Socrates ibi dicit. Quod igitur uocat eos imperator, non est superbia, aut contemptus eorum: sed humanitatis, & modestiæ: quod illi ueniunt, non seruitutis, & subiectionis, quam erga illum circa spiritualia agnoscebant, sed necessitatis: quia nouerant potestati temporali, & gladio deferendum esse hunc honorem, à quo tranquillitas, & pax Ecclesiarum sanctarum contineri, & seruari poterat. Hoc reuerentur pij omnes episcopi in imperatoribus: hoc nomine illis se submittebant, à quorum ministris Christus, & Apostoli non dedignati sunt iudicari: iniquè quidè secundum causam quoniã impij erāt: cum uerò iam pij erant, iustè eis se submittebant episcopi ad temporalem hanc tranquillitatem Ecclesiarum quærendam: quod tunc maxime agebatur à catholicis. Sequitur Brentius, accepto cuiusq; scripto, imperator non est contentus istius, aut illius iudicio: sed prostermit se precibus orans mentem suam

Cap. 21.
Quid circa
fidem, & ecclesiasticane
gocia principibus delatū
sit in antiqua
Ecclesia.

Cap. 22.
Quod contra
auctoritatē
episcoporum
ex historia
Socratis &
Theodosij
opere Brentius
adlucit,
explicatur.

Act. 10

gubernari à Spiritu sancto: ut inter sententias diuersas illam eligat, quæ conuenit ueritati. Hæc libenter recipimus, consonant historiæ, & pietati Theodosij. cur non oraret Deum, & agnosceret suo spiritu opus esse, ut rectâ sequeretur fidem, & ut eam alij sequerentur, ageret? sed addit Brentius, legit ipse scripta, & expendit ea summo studio: & cū dono Spiritus sancti illam ueram agnouisset, quæ tradit æqualitatem diuinarum personarū, publico edicto iubet, omnes hæc doctrinam sequi. Hæc ait Brentius, sed ex suo etiam in extrema omnia trahens. Nam quod inquit summo studio expendisse Theodosiū hæreticorum, & catholicorum sententias, et dono Spiritus sancti cognouisse alteram ueram esse, meritò quæram ab eo, quomodo expendit, num ut iudex doctrinæ, consulens loca oīa Scripturæ, & disputationes quàm plurimas circa illa perlegens? certè ad hoc longo tempore, & multo studio opus habebat: quod tunc imperatorem constat non habuisse: Deniq; nec tantum iudicij sibi arrogabat imperator, qui humilimè ab Ambrosio se fatebatur edoctum, quæ esset differentia sacerdotis, & imperatoris: nec ausus est presbyteriū ingredi, etiam rogante Constantinopolitano episcopo: sed dixit, se inuenisse uerum episcopum Ambrosium, qui eum doceret, quantum distaret inter purpuram, & sacerdotia. Quomodo Theodosius, uir militaris, totus bellicis rebus occupatus posset de mysterijs fidei difficilimis sensum Scripturæ penetrare? aut quomodo se iudicem constituere auderet secreti mysterij trinitatis? qui rem tantò minorem fatetur se non nisi edoctum ab Ambrosio intellexisse? sed orauit, inquit Brentius, & Spiritu sancto est illustratus. Verissimum est certè, non fecisset rem tam dignam catholico imperatore, nisi à Spiritu sancto illustratus: Spiritus autem sanctus humiles illustrat, & eos, qui non plus sapere uolunt, quàm oportet: sed ad sobrietatem. Absit ergo, ut Theodosius hoc contenderit suis precibus, ut de re tam difficili iudex fieret toti Christiano populo. Sed ne coniecturis agamus, nonne manifestè constat Nicænum Concilium præcessisse, & in eo definitam hanc quæstionem à cccxviiij. patribus, hanc definitionem à Constantino probatam, & in tota receptam Ecclesia? quod Theodosius non ignorabat, cū historijs sit proditum, quòd nec baptizari uoluit à Thessalonicensi episcopo, nisi prius intellexisset eum Nicæni Concilij fidem tenere. Hoc ergo ille egit: non ut suum sequeretur iudicium, sed Nicæni Concilij: hoc curauit, ut agnosceret quorum scripta illi Concilio consentiebant, & illa probauit. Quid ergo hinc Brentius clamat, Imperatorè fuisse iudicem? quod refert unius historici uerbum, est de opere uno duntaxat unius imperatoris, quomodo ex hoc contra omniū

historiarum testimonia, contra auctoritatè tot grauissimorum Conciliorum, imò contra omnia alia Theodosij imperatoris opera, persuadebit nobis Theodosium se iudicem constituisse dubiorū fidei. Certè si hoc ita esset, corrigendum foret in Theodosio plurimum scilicet, imò & omnium aliorum catholicorum principum, & Conciliorum auctoritate, & non ex uno priuato opere omnibus alijs, & consensui Ecclesiæ derogandum. Brentius unum uerbulum potuit inuenire contra tot milia, imò omnia de hac re historiarum, & patrum uerba: meritò igitur, hoc ex alijs iudicantes, accipimus factū ab imperatore pia, & sancta intentione: erat enim ille certissimè pius, ut scilicet uideret quid Nicæno Concilio conueniebat, in quo sciebat certam esse regulam fidei firmatam etiam legibus suorum prædecessorum, & non ut ille denuò iudicem se constitueret: quæ si rectè pensamus non parū nostra confirmant. Ecce in tanta multitudine ecclesiasticarum historiarū, solū hoc uerbulum potuit Brentius inuenire, unde aliqua uerisimilitudine, sed falsa, persuadere posset, quòd tam constanter & confidenter affirmat, cum omnia, quæ historijs prodita sunt, de hac re, manifestè contrarium ostendant. Sed & alia, quæ dicit exemplo Davidis, Salomonis, Ezechie, Iosaphat, Iozia: piorū regum pertinere ad principes: demoliri alienos à uera religione ritus: & exhortari etiam per legatos suos omnes ad uerum Dei cultum, & timorem, libentissimè suscipimus: atq; utinā catholicos Principes tanto zelo ardentibus bis mitteret Deus, ut sicut rex Iozias congregato populo legem Dei ipsi exponeret, ipsi exhortarentur ad eam seruandam in toto corde nonnunquam pactum in eundem cū Deo à populo curarent. Vinam & cum Iosaphat tanto arderent desiderio, ut & de principibus suis quosdam sacerdotibus, & uerbi ministris adiungerent: efficerentq; ut per uniuersos ditionum suarum fines maiorem auctoritate, & annuncietur, & commendaretur omnibus diuina lex. Hæc uerò, quæ ad ueterem legem pertinebant, non putauimus hoc loco tractanda, quæ solū umbra erant nostrorum quæ longè explicatiora sunt, & probata, hoc enim legimus à pio illo rege factum, nec tamen, quòd Brentius aut dissimulat, aut credi uult à legentibus, principes missi sunt à rege ad docendum: quasi confusa essent ministeria hæc in populo Israël, cuius contrariū satis nobis uel hic locus ostendit, cum apertè scriptū sit tibi, quod misit principes, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes: Docebantq; inquit, scriptura, populum in Iuda, habentes librum legis dñi: & circuibant urbes Iuda: atq; erudiebant populum. Qui, nisi Leuitæ, & Sacerdotes? aut si mauis mordicus literæ adherere principes hoc fecerunt: non tamen sine illis. Vtrique igitur

Cap. 23.
Quod ex Dauid, & Ezechia, & alijs pijs regibus ducit, ostenditur non pertinere ad principes fidei.

4. Reg. 23.
2. Par. 17.

igitur hoc agebant, principes iuxta gradum suum, & Sacerdotes, atq; Leuitæ iuxta suos, principes ergo per illos, quibus fauebant regio mandato, & illi per principes, quibus regia auctoritate astantibus excitabantur ad id, quod sui muneris erat agendum, instruebant populum. Quanquam etiam si principes illi docuisse probentur, nihil tamen impedit ordinem Ecclesiæ, fortè enim in lege ueteri, ubi non tam spiritalia erant ministeria, quàm nunc, non erat tanta distantia: quamuis ipse Iosaphat manifestè satis discernerat, quid sacerdotibus conueniat: fieri etiã potuit, ut ipsi principes sacerdotes essent.

2. Paral. 19.

Vtinã igitur hæc exempla iam intuerentur nostri principes: à quibus non longè sunt ea, quæ de Constantino, & pijs alijs regibus atq; imperatoribus diximus, sed in his omnibus nec Ezechiam, nec Ioziam, nec Iosaphat legimus dubia, & incerta aliqua religionis definisse: sed nec ipsum Dauidem, aut Salomonem, quamuis prophético spiritu præditos, usquam legimus fuisse iudices controuersiarum fidei, & religionis. Doceat quantum ei dederit Deus, Dauid filios suos, atq; populum timore Domini: doceat in quos uias Dei: conetur omnes in amorem eius accendere. Loquatur Salomon uel uerbo, uel scripto Ecclesiæ: & quamuis illi speciali hoc diuina reuelatione fecerint: quam & hos dominos constat prophetiæ spiritum, & diuinas reuelationes habuisse, atq; ob hoc, quod circa fidem religionemq; aut scripserunt, aut gesserunt, non regia, sed propheta auctoritate gessisse credi possunt: tamen hoc omisso quæ eos legimus fecisse, nõ meritò desiderabimus à cunctis etiam inferioribus principibus fieri. Doceat quilibet, & exhorretur filios suos, familiam, & domesticos, subditos etiam, & populos, quis unquam hæc prohibuit: sed quàm longè hæc omnia à ferenda sententia in controuersijs? illa enim omnium sunt: ab omnibus fieri possunt, iuxta captũ cuiq; propriũ: ad illa non opus est aut magna Scripturæ sacre scientia, aut difficultum locorum studio, nec peruditione quidem: pietas, & affectus simplices, & humiles de his omnibus doceant: dubia uerò fidei, & difficultia soluere, & in eis statuere certum: res ipsa ostendit, quàm sit paucorum: quanta ad id necessaria erudicio, lectio, & attentio animi, & quod primum omnium est, humilitas, & mentis puritas. propter quod illud Pauli saluberrimè auditur in Ecclesia, nõ plus sapere, quàm oportet, sed unicuiq; secundum quod Deus diuisit mensuram fidei. Itaq; sana & catholica fides nec principes, nec priuatos excludit à negotijs religionis, non à cura, & sollicitudine propagandæ, & promouendæ pietatis, sicut non eximit à studio, & meditatione diuinæ legis, confessioneq; fidei, nec opus erat Brentio id multis agere nobiscum, qui nihil

Rom. 12.

Cap. 24.

Ostenditur Brentij ratio qua suorum principũ auctoritatem

horum negamus. Atq; utinam his ille contentus non plura addidisset. Sed ut cognoscas, pie lector, quæ sit fidentium iudicio suo doctrina, audi paucis, quod Brentius his superædificat: & qua ratione ad principes ait, imò ad pios omnes pertinet cõfiteri fidem, detestari errores, omnesq; ad hoc obliget, inquit: omnibus dicitur illud Ioãnis, Nolite omni spiritui credere: & illud Pauli, si Angelus de cœlo aliter euangelizauerit anathema sitat, inquit, hæc non possunt facere, nisi prius iudicauerint, quæ sit uera fides, nisi prius cognouerint, & statuerint, quid certum, quidue incertum sit, quod sine iudicio proprio fieri non ualet: neq; quidem ullo modo licitum est, in causa æternæ salutis alienæ sententiæ ita inharere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur. Hæc enim sunt eius quasi ex oraculo quodã, prolata uerba, de quibus sequenti loco Deo adiuuante agemus. Nunc audiamus, quid infert ex his principijs: nam hic etiam eius referã uerba, sic enim colligit, Non solum igitur ad uniuersam Ecclesiam Dei, & ad eum cœtum, qui in nomine Christi publica auctoritate conuenit: uerum etiam ad unumquemuis hominem priuatum, qui est Ecclesiæ membrum, pertinet de doctrina religionis iudicare, & ueram, à falsa internoscere. Sed hoc interest, ait, inter priuatum, & principem, quod ut priuatus priuatum, ita princeps publicam habet de doctrina religionis potestatem iudicandi, & decidendi. Vbi multa meritò occurrunt & obseruanda, & cauenda, de quibus sequenti loco: illud duntaxat nunc aduertamus, quod satis est, ut uideri possit, quanta sit auctoritas adhibenda Brentio. Ecce enim suo gladio cuncta sua, quæ prius dixerat, ipse confodit: & sic sibi contrarius est, ut uniuersam Ecclesiam confundat. Ostendimus superius illum hoc apertè egisse circa ministros, & ministeria omnia Christi, & circa fidem ipsam, quod hæc eius proxima uerba etiam nobis tacentibus clamant. Vult quemlibet in rebus dubijs fidei suum sequi iudicium, ut nulla alia sit unitatis fidei ratio, sed quisq; quod sibi uidebitur, id sequatur. Sed de his prius factis. Nunc ipsam suorum principum auctoritatem, cuius tam acerrimus est defensor, unice uerbo sic destruit & euertit: ut nihil relinquat integrum in ea eorum, quæ maxime conatur illis tribuere: ut enim apertè dicamus, oēs liberat ab obedientia, & subiectione eorum in rebus salutis, & fidei: quod apertissimè iam uide. Obligat principes, ut diligenter dubia fidei ipsi agnoscant, & definiant, ad ea tenenda cogant subditos suos omni seueritate pœnarũ: etiam morte persequantur contrariam doctrinam: & deinde permittit priuatis omnibus, imò obligat eos, ut ipsi iudicent, nec enim cõsentit, ut quæ alienæ sententiæ, sine proprio iudicio consen-

tatè, sibi contraria, & totius seditionis causa.

riat, quamobrem ad quemlibet, ait, priuatū hominem, pertinet iudicium de his rebus: itaq; nullus, cui aliter uisum fuerit, tenebitur parere iudicio principis. Quis unquam talem constituit auctoritatem, & potestatem: mandandi scilicet alijs sub grauisimis pœnis, quod tamen illi, pro solo suo iudicio rejicere possint? quæ rogo est hæc auctoritas, cui nullus, nisi pro suo arbitrio, parere teneatur? Precario itaq; regnabunt principes, frustra igitur mandabunt, & pœnas apponent illis, qui obedire nō tenentur. Demus, quod Brentius docet fieri, & cogitemus, quæ sit facies illius Reipublicæ, ubi princeps statuit, qd circa fidem sit tenendum secundum iudicium suū, & grauisimis pœnis, atq; morte uindicta inobedientiam circa hæc: ex subditis uerò alijs, quibus illud iudiciū placet, consentiunt, reliqui contradicunt, quod & tenentur facere secundum Brentij sententiam, nec enim possunt alienæ sententiæ sine proprio iudicio inherere. nec his contentus quemlibet etiam priuatum hominē armat, & excitat ad seueriter animaduertendū in suaforē erroris: citato enim loco ex. 13. capite Deuteronomij, Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, &c. dicens, eamus, & seruiamus dijs alienis, &c. non acquiescas ei, nec parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occultes eum: sed statim interficies, ita, inquit, qui iubet quemuis etiam priuatum hominē, in Ecclesia populi Dei tam seueriter animaduertere in suaforē idololatriæ: an nō eadem seueritate exigit, ut de idololatria iudicet, ac alienos deos à uero Deo diligēter discernit? ubi si querā ab eo, anne licitum fecerit hæc lex cuiilibet priuato, proprio iudicio, sine publica potestatis sententia, interficere suaforem idololatriæ, nescio quid respondeat, ego apertè uideo, legem iubere priuato, ut talem accuset, sitq; contra illum testis, non occultes, inquit illum: & deinde, sit primū manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Hoc certum est à lege statutum, ut eūm publica sententia aliquis damnabatur, ut testes primò lapidarent. Itaq; lex non exigit à priuato, quod animaduertat ipse proprio iudicio, sed nec permittit: iubet tantūm, ut iudicet, & personam agat testis, Quod si Brentius ita intellexisse se dicat, libenter audimus: sed cur statim inquit, quod lex eadem ratione exigit à priuato, ut iudicet de idololatria, & discernat deos alienos à uero? nōne hoc est Scripturæ apertè contradicere? certè sic debet iudicare de idololatria, sicut de occidendo: hoc autem non potest, sed solūm testis esse debet: iudicium ergo de homicidio, & idololatria non ad eum, sed ad iudicem pertinebit, Quantò ergo germaniūs hunc locum intelligemus, legem exigere à priuato, ut manifestam defectionē à Dei cultu suadentem accuset: permittit uerò publicæ potesta-

ti iudicium? a loqui si neq; subditi superiori obediant, nec iudicium illi permittant, & priuati suo etiam iudicio contra se inuicem insurgant, ipsiq; iudices se constituant in causa omnium maxima, ut Brentius docet: quanta hīc erit, rogo, confusio, quanta seditio? uideor mihi maledictionem illam Esaię ^{Esaię 3.} ibi compleri: tumultuabitur puer contra senē, & ignobilis cōtra nobilem, & corruet populus, uir ad uirum, unusquisq; ad proximum suū. Hoc est principum auctoritatem confirmare, constringere scilicet eos ad præcipiendum, & puniendum id, in quo nullus subditorum teneatur illis obedire? certè hoc ego magis dixerim, destructionē esse auctoritatis principum, & certè totius humani conuictus, & tranquillitatis, atq; pacis, quàm ædificationem boni cuiusquam. Et inter hæc, inquit Brentius, ineptum me esse, quod causam, quam ago prælatorum, magis destruam, certè quod pura conscientia dicere possum, solius Christi, & ueritatis causam cupio agere, Brentius uerò, qui causam agit suorum principum, tanta dextertate agit, ut ostendimus: quod nullum eis subditum relinquit in ea ipsa re, in qua auctoritatē illis tribuit, quod ut exemplo proprio iam dicam, certè principi suo illustrissimo duci, nullus hostis plus potest inferre malorum, quàm quæ ex hac doctrina Brentij contra eum manifestissimè sequuntur. Non ignorat Brentius, nec est ullus, qui ignoret, quod sit iudicium circa controuersias has Cæsaris, supremi principum Germaniæ domini, Deinde Ferdinandi Romanorum regis, & domini Austriæ, cuius Vuirtenbergensis dux feudatarius est, & subditus: nec solūm nouimus quid sentiant, sed, quod iue lint ab omnibus subditis obseruari, & tene ri, sæpe testati sunt principibus in suis publicis conuentibus. Si ergo debent principes omnium pœnarū genere persequi contrariā fidem sequentes eius, quam ipsi iudicāt ueram, debet imperator, & rex Romanorū ducem Vuirtenbergensem cogere ad ea sequenda. Armat itaq; Brentius Principes summos contra suum dñm, ut scilicet ipsi merito possint dicere: ecce doctoris tui, & propugnatoris Brentij sequimur sententiā, & omnino si dem, quā nos certò uerā esse credimus multò iustiūs quàm tu tuam, uolumus ut sequaris: idq; omni auctoritate nostra, ut fiat, sumus acturi: aut igitur ditionem, & uitam amittes, aut parebis. Nōne hæc manifestissimè Brentius docet: & hoc ex illa doctrina utilitatis adfert suo domino, imò fidei suæ, contra quam hoc uerbo potentiam excitat tantorum principum: sic igitur suo principi conciliat superiorum principum gratiā: sed hoc nomine dignus, cui ille ignoscat, quod primò in totam fidem suam, quam ille præ omnibus alijs rebus amare debet: Deniq; & in seipso idē conuicit: excitat enim uires

uires imperatoris, & regis Romanorum, primò certè in primos auctores nouæ huius fidei, quorum ille non infimus est. Quid igitur mirum si sua tam præcipiti loquacitate noceat principi suo, qui in se primò summam potentiam excitauit? si, quod Brentius dicit illi fecerint, primò ille peribit, nisi fortè audeat imperatorem, & Romanorum regem impios principes dicere. Non habet quò effugiat Brentius, nisi fateatur, quod reuera agit, ut in hac causa salutis, & fidei quælibet suo iudicio relinquat. Sed quia uidimus quid attulit suo principi erga superiores, uideamus iam, qualiter subditos illi redit deuinctos, Præcipiat (ait) princeps, quò uidebitur, & qui aliter iudicauerint, non pareant: quia nec debent, nec possunt quidem, nisi ut iudicauerint. Itaque superiores, imperator, & Romanorum rex persequenter ducem, nisi illorù fidem sequatur: subditi uerò non parebunt ei: & hoc eodem modo eueniet principibus Germaniæ cæteris. Vide igitur qualiter egerit illorum causam Brentius, & uide quàm uerum sit illud propheta, Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Fateor me credere, quòd cum hæc Brentius scriberet, memor non erat imperatoris, & Romanorum regis. Nam si hoc cogitasset, aut tacuisset, aut non tantis uerbis eos excitaret, & armaret aduersus, non tantum dicam, suum dominum, sed etiam seipsum, & suos omnes. Non uidit, quòd hac doctrina seditionem totius Germaniæ, & ultimam desolationem affererat. Sed quanta hæc inconsideratio, non cogitare, cum de principibus loquitur, primos, & summos Germaniæ principes, & cum pro eorum auctoritate declarat, omnes subditos ab eis eximere? Non itaque opus est, ut respondeamus Brentio, quando quidem tam manifestè sibi ipsi contradicit, & seipsum destruit. Paradoxon illud, uel oraculum potius, nullo modo licitum esse alicui in causa æternæ salutis alienæ sententiæ inhære, ut illam amplectatur sine proprio iudicio: non est opus alijs uerbis confutare, cum ex eo totius humani generis dissensio sequatur: & omnis auctoritas, omnisque potestas & ecclesiastica, & spiritalis negetur: auferaturque omnis obedientia in rebus omnibus fidei, & salutis æternæ, in quibus maximè necessaria est: ob quam etiam conseruandam utraq; potestas, & ecclesiastica, & ciuilis, maximè in Ecclesia introducta sunt. Ex his igitur, quæ Brentius & pro suorù principum, & contra episcoporum, ministrorumque Christi auctoritatè in definiendis dubijs circa religionè dicit: & quàm uera sint: & quantum causam suam adiuuent satis credimus ostensum esse. Nec est hoc loco omittendum, quòd, ut episcopos à iudicio excludat dubiorù, excipit aduersus eos, de corruptione morum, & uita longè aliena

ab Apostolis, ut propter hæc à loco suo eos deiciat, quasi uerò nihil horum in principibus inueniri possit, aut ignoremus qualis fuerit Iulianus Imperator: ut de Nerone, Maximiano, Decio, & alijs, qui alieni omnino fuerunt à Christo taceamus: & inter eos, qui religionem Christianam professi sunt, non latet qualis fuerit Valens imperator, uel quid Iustina imperatrix per filium Valentinianum iuuenem egerit aduersus catholicam Ecclesiam, & sanctissimum Ambrosiū: & ipsorum imperatorum, & principum piorum, & optimè meritorum de Ecclesia, & religione nostra, non pauca legimus grauiora etiam crimina. Itaque siue antiquos principes spectes, siue proximiores nobis spectemus, non est quòd ad mores attinet uita eorum omnino inculpabilis: ut si episcopos propter hoc reieceris, non sit defuturum, quòd contra principes excipi possit, quòd sine cuiusquam iniuria dictum accipi uolumus. Nec enim nunc uel in aliquè certum, quòd nobis nec licet, nec libet, dicimus: nec in statum ipsum, in quo non dubitamus, sicut & in cæteris hominum conditionibus, uitaque institutis, non deesse quàm plurimos omnino præditos uirtute, alios mediocri, alios etià reprehensibiles: sed hæc eò allata sunt, ut, quò iniquè Brentius oēs prælatos tam frequenter in his Prolegomenis traducat, ostendatur, cuius criminationibus præcedenti loco respondimus, quamuis nulla alia responsio ne sit opus, quàm sua ipse, qui per malos ministros fatetur effici id, ad quòd à Dño ordinati sunt. At nos ostendimus episcopos, legitimosque pastores, & doctores Ecclesiæ, quales sunt, qui sedi Petri communicant, & legitimo ordine ingressi sunt Ecclesiam, ordinatos esse à Christo ad docendos populos in his, quæ ad salutem æternam spectant. Eè quidem certissimè est ex dictis, aut nullos esse à Christo ad hoc ordinatos (quòd ne uerisimile quidem est) aut nullos alios esse, quò istos, quibus ille dicit, Prædicate euangeliū, & docete omnes gentes, &c. ergo etiam, & si peccatores sint, efficiet per illos Spiritus sanctus ad quòd ordinati sunt. Frustrà itaque de uita, & moribus calumniatur Brentius, & ostendit se nihil aliud agere, quàm ut hoc nomine odiosos reddat, & contemptibiles populis ministros Ecclesiæ: & tamen, ait mox in principio, quòd si quid durius in prælatos dici uidebitur, mihi sit imputandum. quare obsecro? quia dico ad principes non pertinere dubia erga fidem, & religionem definire. si hoc falsum est, mihi esset inuenda nota, non prælatis omnibus. sed queritate certissima se premi uidebat, cum eam haberet odio, quid potuit agere, quàm in contumelias prorùpere? Hæc enim sunt eorum, quæ loquitur in hoc præcipuè loco de principum suorù auctoritatè, maxima certè portio: cui cum sit responsum, iam re-

Cap. 25.
Quam frust
strà contra
episcopos le
gitimos Bren
tius excipiat
de moribus:
quòd non mi
nus contra
principes sic
ri potest.

Cap. 26.
Verba illa,
Vade post
me Sathana
nihil contum
eliosum ha
bere.

spondendum est his, quæ contra ea, quæ diximus in præfatione catholice nostræ assertionis, Brentius loquitur, non reijciens tantum, sed contemnens illa. Diximus enim, quæ maximè credimus necessaria præcipuè principibus, & ea ipsa nunc iterum confideranda proponimus: ut terminis suis quisque contentus sit: nec uelit iudex esse harum controuersiarum fidei, quod nec cessabimus unquam, & illustrissimo duci, & cunctis, qui audire uolunt inculcare, & repetere: ne se constituant iudices fidei, & religionis. quo unico uerbo adhibita est medela præsentibus omnibus malis. Hoc ago in illa præfatione, quod, ut explicem, dico: primò omnium agnoscendum esse cuilibet, & ei maximè, qui zelo quodam religionis, & fidei fertur, què gradum habeat in Ecclesia, ut illum non transgrediatur: quod est, Deum non sequi, sed præcedere, Dei ordinationem ad se trahere, non se ab illa duci permittere, Ne dicatur illi, Vade post me Sathana, scandalum mihi es, non sapis quæ Dei sunt. cuius uerbi causa, bone Deus, quantum uociferatur in nos Brentius, dicens, me in summo Ecclesie gradu ita collocare episcopos, & ministros Christi, ut seculares principes non uideantur tantum scabellum pedum eorum: uerum, etiam si susceperint confitentiam ueram suam fidem, uel refutandam aliorum impietatem, quod est cuiusque pii officium, continuo audiant à prælatis illis, & uicarijs Christi, Vade post me Sathana: scandalum mihi es, &c. Et iterum inquit, quod ita deijciam à summo gradu principes, ut si extenderint manum suam ad succurrendum ruenti, & iam casuræ Ecclesie, abigam eos à subsellijs, grauissimis uerborum contumelijs laceratos, & tanquam Sarhanam, in æternum barathrum detrudam. Quid enim aliud, inquit, uult sibi illa uox haudquaquam in loco suo usurpata, Vade post me Sathana, ubi ut non respondeam Brentio, cum inquit, si principes susceperint ueram suam fidem confitentiam, & refutandam aliorum impietatem: quid si è contra falsam fidem confiteantur, & ueram pietatem impugnent, dici ne poterit, Vade post me Sathana? sed ut hoc omittam. Hoc primò respondebo, me, cum hæc dicerem, neque principis alicuius, nec priuati mentionem fecisse: tantum in uniuersum admonuisse omnes ad gradum suum agnoscendum, & sequendum: qui autem nimio zelo transgrediuntur gradus sui limitem, similes esse in sinu Petro, qui nimio amore Christum ipsum conabatur impedire, ne pateretur: quare illi dictum est à Christo, uade post me, quod non est, tanquam Dæmonem in barathrum detrudere, sed potius ad se uocare sequendum, uade post me, non præcedas, sed sequere: ubi si attentè cogitemus contextum, & Augustino credamus, quod dicitur Sathana, non ad opprobrium pertinet: sed

nuda tantum est manifestatio, quod aduersaretur Christo, ac si diceret, uade post me, & non aduerseris, non sis mihi impedimento. Deinde omnia illa excusationem quandam magis habent illius peccati, atque ideo mansuetam tantum correptionem bono zelo errantis, non, inquit, sapis quæ Dei sunt: ac si diceret, putas mihi consulere, sed aduersaris: atque ut domesticus, & dulciter quidem, (ut cum Bernardo dicam) sed non prudenter me amas ad illos pertines, de quibus est dictum: Inimici hominis domestici eius. Certè utcumque hoc susceperit Brentius, negari non potest germanum illius loci sensum non esse, ut significetur detrusio in infernum, uel abiectio aut despectio: sed admonitio pia, ad sequendum Christum. Ostenditur Petro suauiter quidem error, & remedium apponitur: uade post me: ego uerò non in alieno sensu, sed in proprio ea usurpo, & transfero in ea significatione, qua à Christo dicta sunt, ad eos, qui ut Petrus, nimio zelo excedunt terminos suos. Nonne igitur & Scripturæ sensum corrumpit, & manifestè imponit mihi ex hoc uerbo, quod in barathrum detrudam principes. Hoc agit Brentius acerrimus quidem in me uindex alienæ interpretationis Scripturæ. quomodo igitur ita nunc eam peruertit, ut hoc uerbum Vade post me Sathana, intelligat significare detrusionem in infernum, ac si dictum esset, uade à me, secede longè in infernum: & non uidet, quantum hæc duo distent: certè, qui sequitur me, inquit Christus, habebit lumen uitæ, uade itaque post me: inuitatio est ad lumen, & ad uitam: uade in barathrum, projectio est in mortem, & tenebras æternas. quæ igitur maior corruptio Scripturæ, & sinistra interpretatio mei sensus? cum etiam si opprobrium haberet aliquod, nullus posset in principes dictum meritò accipere, cum in uniuersum dictum sit in omnes transgredientes limites suos, etiam si bono animo id, & ut consulant religioni faciant. Nunquid qui docet auarum, aut adulterum Deo odiosos esse, & ob id hæc uita maximè principibus fugienda: iudicandus est propterea iniuria affectisse principes? & quidem non plus ego feci, imò uerò hoc ipsum excusauit, quod reprehendi, cum hæc uerba dicerem, uade post me Sathana. Primò quod Petro significauit similes esse, qui hoc faciunt: cum ille dixit Christo, absit à te domine: Deinde quod pia quadam intentione id fieri posse ostendi, sicut & Petrus hæc uerba dixit. Non potest calumniari aliquis, maiorem contumeliam me dixisse, quam in Petrum dicta est: at uerò Petrus non priuatus est, quia hoc dixit, priuilegijs, & laudibus paulò antè sibi promissis: Beatus es Simon Bariona: Et tibi dabo clauis regni coelorum. Ostendo igitur non esse hoc, de quo loquor, semper, & necessariò tam graue peccatum: ut uel diuino fauore, uel gratiæ promissio-

missionibus indignum reddat. Et inter hæc omnia, nõ dico, uel à me dicendum hoc uerbum alicui, uel à prælatis ipsis: sed tantum dico ne dicatur ei, certè ab ipso Christo, & spiritu eius, non ab ullo prælatorum. Quid ergo hic iniuriæ, cum dico in uniuersum omnibus, caue ne uelis præire Dei spiritum; ne dicatur tibi, Vade post me Sathana, hoc non est dicere, quod audiant principes à uenerabilibus illis uicarijs Christi, ut Brētius irridendo dicit, Vade post me Sathana: sed tantum timendum esse his, qui non se continent intra proprium gradum, quicumq; illi sint, ne dicatur eis hoc ipsum à Deo, ubi etiã simul admoneo de uero remedio, ut scilicet ad se conuersi audiant à Christo, Vade post me, ne aduerseris mihi, cum putas obsequi: & humiliter sequantur ordinem eius.

Sed audiamus, quæ sequuntur, cum enim ego, ut de terrena à transgressione proprii limitis, & usurpatione alieni ministerij in Ecclesia, exempla adduco Oziæ regis Iuda, qui à Deo percussus est leprâ, eò quod offerre uoluit incensum: & Oziæ, qui occisus est, quoniam tetigit arcam Dei se inclinantis, Brentius propter hæc multum contra me clamat. Primò, inquit, mirari se, cum his exemplis principes à suscipienda cognitione, & iudicio de doctrina religionis deterrere uolo: si quicquam cogitauit de discrimine uocationum. Nam, inquit ille, sequi legitimam uocationem aliud est, quam illegitimam usurpare. ego uerò magis meritò mirari debeo, quòd tam inconsideratè reprehendat ea, quæ, cum reprehendit, maximè confirmat. Eo loco nihil in speciali agimus de uocatione principum, aut aliorum: sed hoc tantum, quod primò oēs quidem, sed maximè principes curare debeant, ne transgrediatur uocationis suæ terminum, quod illis exemplis manifestum est, quam sit perniciosum: longè post incipio ego inquirere, & pro captu meo, atq; pro exigentia illius loci ostendo, quæ sit uocatio principis, quæ sacerdotis, illa impugnet Brentius, postea, ut facit: sed hic falsissimè dicit, ut scripta ipsa ostendunt: me his exemplis deterrere principes à suscipiendo iudicio doctrinæ, cum appetè tantum agam, ut his exemplis doceã quàm necessariũ sit principibus etiam gradum suum agnoscere, & tenere, quod, ut diximus, efficacissimè persuadent illa exempla. Deinde quomodo non cogito de discrimine uocationũ, qui post pauca in eodem loco mox descendo ad ostendendum, quæ sit cuiusq; uocatio? sed ait Brentius, impudenter, & mendaciter me dixisse, Oziã nihil detraxisse cultui diuino. An nõ est detraxisse, inquit cultui diuino, quod sibi diuina ordinatione, & apertò, manifestoq; uerbo Dei prohibitum est usurpare? scio quidem omni peccato detrahi Dei cultui, communi, & uniuersali ratione: quia scilicet eius

præcepta transgredimur, unde minus eum colimus: id uerò maximè cum prohibitum à Deo erga proprium cultum usurpatur. Ceterum cogitare debuit Brentius, erga cultum Dei, qui ad religionis uirtutem pertinet, sicut erga cæteras uirtutes, quæ in mediocritate quadam constitutæ sunt, dupliciter peccari: nonnunquam similitudine uirtutis, sed excessu, sicut prodigus erga liberalitatè peccat, & plus nimio abstinens, & ultra uires, erga temperantiam: aliquando uerò contrario actu, & defectu uirtutis, sicut auarus, & tenax contra liberalitatem, & qui crapula, & ebrietati uacat contra temperantiam, isti defectu à uirtute, & actu omnino contrario peccant. ideoq; grauius: alij uerò similitudine uirtutis, sed dum nimij in ea sunt, & contra eam agunt, sed multò minus, quam alij. Prodigus, quod attinet ad liberalitatè, melior est auaro, quia hic detrahit, ille superaddit. Hac ratione dixi, Oziã non detraxisse cultui Dei, nõ peccasse contrario actu, & defectu religionis, ut peccaret si prohiberet offerri incensum Deo: aut illum blasphemaret, qui hoc ageret, detraheret, deficeretq; à religione. peccauit uerò excedens sicut, prodigus, & reuera superstitiosus: idq; dixi, quò rem magis exaggerarem: peccauit Oziã contra religionem, sed non grauisimo peccato in hoc genere, quale fuisset si cultum Dei impedisset, si Deum blasphemasset, aut eius detraxisset gloriæ: sed peccauit Deo uolens sacrificare, atq; ita nõ detrahens, sed supraaddens, & tamèn punitus grauius est. Discrimen hoc etiã in ipsa scriptura obseruatur: loquitur Deus de tua lege, Non addes quicquam, nec minues. Et alibi, Non declinabis, nec ad dexteram, nec ad sinistram, ecce ubi duæ rationes recedendi à medio iudicantur: Oziã non minuit quicquã de lege, sed addidit, non legimus eum prohibuisse ne sacerdotes offerrent incensum: sed hoc tantum, quòd uoluit etiã ipse offerre. peccauit non ad sinistram idololatriæ declinans, sed ad dexteram, nimium colendo. Hæc cogitur dicere ob tantam calumniandi, & reprehendendi oia auiditatem Brentij. Nam quod ipse postea circa hoc opus Oziæ, & rationem offerendi sacrificij à solis sacerdotibus secundum allegoriam loquitur, probamus, sit illud in figuram Christi mandatũ, sint sacerdotes legis umbra, & figura Christi: & cum soli permittuntur offerre incensum, intelligamus significari Christum, solum sua intercessione, & passione placare iram Dei, & nos reconciliare Patri: hoc certissimè credimus. Quod uerò ait, nos hanc Christi maiestatem transferre in opera aliorum hominum, non tantum falsum imponit nobis, sed sibi contradicit: ait enim nos dicere, opera nostra non hanc uirtutem satisfaciendi, aut placandi Deum ex se, sed ex gratia habere: quod si non uoluit intellige-

Cap. 27.
De peccato
Osiæ offeren-
tis incensum.
2. Paral. 26.
2. Reg. 6.

re etiam cū diceret, saltem nunc audiat: ex gratia hoc facere opera, nō aliud esse, quā quod ipsa opera Christi in nobis operatur; sed per nos, iuxta illud Pauli, q̄ operatur in nobis uelle, & perficere: imō uelle, & operari, quod uerba ipsa Pauli significant. **Ephes. 2.** Christus ergo solus hoc facit, sed non solū per se, uerū etiam per nos. Est ne hoc gloriam Christo auferre? Sed ait ille, soli p̄sonæ Christi hoc conuenit: sed uos creaturæ tribuitis: quasi uerō opera p̄sona aliqua sint, cui laus, uel uituperiū debeat. Ridicula sunt hæc, quæ tanto clamore ingerunt in auribus simplicium: quanquā autem hoc alterius sit loci: illud tamen obiter à Brentio quæram, oratio Christi, obedientia patientis reconciliauit nos Deo? placauit nobis Patrem? puto non eum negaturum. Nam inquit Christum sola sua intercessione placasse Patrem: intercessio itaq; Christi placauit Patrem, at hæc est creatura, timebimus ergo ne hoc dicentes creaturæ tribuamus, q̄d soli p̄sonæ Christi conuenit? non certè, quia creaturæ non tribuimus hoc, ut auctori, atq; p̄sonæ alicui: sed potiùs, ut actui, & operi Christi. Itaq; uerissimum est nulli p̄sonæ conuenire hoc, nisi Christo: ceterum conuenit actionibus Christi, & sicut orationi, & passioni Christi hoc tribuimus, ita orationi, & contritioni, quæ ille operatur in nobis, non dubitamus conuenire, ut formis quibusdam, donisq; ab eo collatis, non uerō ut agentibus, atq; meritis nostris, neq; hoc nobis tribuimus, sed cū Paulo dicimus, gratia Dei sum id, quod sum: & operamur, non autem nos, sed gratia Dei nobiscum: nos, qui Catholicam, & antiquitus fundatam fidem sequimur, glorificamus Christum, agnoscentes eum non per seipsum tantum, sed & per fideles suos, & membra sua, gratia sua donata, & à se ad operandum mota, reconciliare nos Patri: ut uerissimum sit illud, prout ab Augustino exponitur de credentibus: Opera quæ ego facio faciat, & maiora horum faciat, non uos, qui nihil Christum posse, nisi per seipsum apud Patrem credi uultis, cū gloriæ eius derogari dicitis à nobis, quia asserimus opera, quæ in nobis ille facit, reconciliare nos Patri, quod non aliud est, quā Christū hoc agere per infima sua membra: ualeant ergo tam uanæ imposturæ. **Cap. 28.** Verum acerbis reprehendit, quod aduersus, **De peccato,** inquit, Scripturam dixerim luculentū mendacium: cū aio, exemplum Oze deterrere debet eò uehementiùs, quō simpliciùs ille, & præter ullam temeritatē manū admouere, ut arcam Dei se inclinantem teneret, credidit sibi licere. Hæc ego dixi, fateor, ait igitur Brentius, textus scripturæ sic habet. iratus est Dominus indignatione contra Ozam, & percussit eum super temeritatem. ecce Scriptura inquit, punitum propter temeritatem, & ille (de me loquens) ait, præ-

1. Cor. 15. id, quod sum: & operamur, non autem nos, sed gratia Dei nobiscum: nos, qui Catholicam, & antiquitus fundatam fidem sequimur, glorificamus Christum, agnoscentes eum non per seipsum tantum, sed & per fideles suos, & membra sua, gratia sua donata, & à se ad operandum mota, reconciliare nos Patri: ut uerissimum sit illud, prout ab Augustino exponitur de credentibus: Opera quæ ego facio faciat, & maiora horum faciat, non uos, qui nihil Christum posse, nisi per seipsum apud Patrem credi uultis, cū gloriæ eius derogari dicitis à nobis, quia asserimus opera, quæ in nobis ille facit, reconciliare nos Patri, quod non aliud est, quā Christū hoc agere per infima sua membra: ualeant ergo tam uanæ imposturæ.

Ioan. 14. ra quæ ego facio faciat, & maiora horum faciat, non uos, qui nihil Christum posse, nisi per seipsum apud Patrem credi uultis, cū gloriæ eius derogari dicitis à nobis, quia asserimus opera, quæ in nobis ille facit, reconciliare nos Patri, quod non aliud est, quā Christū hoc agere per infima sua membra: ualeant ergo tam uanæ imposturæ.

ter temeritatē. Hæc dicit Brentius inimicū sophisticæ, & amator simplicium sermonū, ego dico Ozam simplicitate quadam credidisse sibi licere, præter temeritatem, hoc est, credidisse non id ad temeritatem sibi impunitandum, quia uidelicet non sine causa, sed ob imminens necessitatem, ne arca maiori irreuerentia decideret, uidebatur sibi necessarium, itaq; ego animum excuso, non opus à temeritate, non dico admouit manū præter temeritatem, sed credidit sibi licere præter temeritatem. Vfus autē sum uocabulo temeritatis ea significatione, qua temerè fieri dicitur, quod sine causa, aut necessitate aliqua sit, & confero opus hoc Ozæ Ozis operi, istum intelligo sine ulla causa, aut urgente necessitate uoluisse offerre incensum, cū non deessent, qui id facerent, nec repentinum aliquid accidisset, cur id fieri oporteret à rege, quare meritō intelligo eū temerè hoc tentasse: Ozam uerō, quia in repentino illo casu imminenti, ne arca decideret, subuenire uoluit, dico simpliciter, hoc est non malitia putasse hoc sibi licere, præter temeritatē, quia erat imminens necessitas, Scriptura pronunciat fuisse temeritatem, & præcipitationem consilij. quoties uerō opus aliquod malum sit, nō mala intentione, homicidium non animo occidendi, sed potiùs saluandi: ita, quod Scriptura dicat, esse temeritatem non necessariō infert in intentione etiam fuisse temeritatem, quam ego negaui: quia non est contra Scripturam: & quia manifesta & præfens necessitas, quodammodo coegit eum habentem animum cauendi arcæ casum, & ruinam: nec uolo hoc omittere quod uerbum **וַיִּתְּרַם** quod interpres noster temeritatem transtulit, apud Hebræicæ peritos ignorantiam, & errorem significat, unde quidam interpretatur, percussit eum super errore, uel ignorantia: & noster quidem interpres temeritatem accipiens pro præcipitatione consilij, ad idem uidetur retulisse: ut temeritatem intelligamus errorem, uel ignorantiam, quæ solet frequenter contingere, cū in repentino periculo non adhibetur maturum consilium, ideo ille peccauit, & temeritatem commisit, cū animus, & intentio longè alia ex ipso contextu ostendatur. nihil itaq; contrā Scripturā dixi, sed ex circumstantia literæ collegi bonam intentionem consulendi maiestati diuinæ, imminensq; illa causa, Ozam putasse, non temerè agere. Deus uerō profert sententiam, eum errasse in hoc iudicio, & temerè fecisse. ubi quod Brentius operosius agit de causa huius diuinæ uindictæ, & alios irridet, alios subsannat, ad nostram causam nō pertinet, & ut ingenuè dicam opus non est, ut in Scriptura diuinemus, quod illa tacet, maxime, quod aliam causam querere, sit hoc Dei iudicium minoris asfirmare. certè peccatum quod Deus puniuit in Oza, aperte Scriptura

ra inquit illud fuisse, quod in tangendo arcam commisit. Hoc uocat temeritatem, uel errorem, & ignorantiam: quid opus est aliud querere? sed sit satis, istud suscipere, ut agnoscamus tentationem Dei esse, atq; eius iram grauius prouocare, si qua nobis promissa non sunt tementius etiam animo Ecclesiam sustentanda. uult enim, ut certi de omni potentia sua, non dubitemus ipsum, qui curam habet Ecclesiam suam, sine transgressione limitis nobis praefixi, eam, & posse custodire, & certe facturum, nec propterea nos, quicquam audere debere, quod nobis non permissum sit, cuius, inquit Iob, adiutor es? nunquid imbecillis, & sustentens brachium eius, qui non est fortis? Et Paulus, An aemulamur Deum, nunquid fortiores illo sumus? Hoc egit Ozé, & ecce ipse mortuus est, & arca Dei non cecidit, sic & omnes, qui ultra concessa sibi manum extendunt, nouerint se Deum prouocare, ut in eos primo ostendat se potentem esse: & deinde Ecclesiam suam, non nisi legitimo, & a se constituto ordine seruauit, seruaturusq; est in perpetuum. Accedit iam propius Brentius: & ea, quibus gradum quem quisq; circa doctrinam fidei tenere debeat dicimus in Ecclesia, impugnat. ego igitur, statuto prius in Ecclesia summum esse ordinem, maxime in his, quae ad doctrinam pertinent, adducens ordinem, quem circa hoc in lege ueteri Deus distinxit inter reges, populum, & sacerdotes: ut uidelicet inde iuxta analogiam synagoga ad Ecclesiam, & legis ueteris ad nouam, idem ostendam in Ecclesia: non quod ueteris legis praecipua obseruanda putet, quod Brentius calumniatur, cum dicam synagogam umbram esse Ecclesiam, quod nec intactum permisit, de quo postea. Prius igitur distincte, & diserte explico legis uerba, ut erant suo tempore seruanda: deinde ad Ecclesiam accedo. Affero ergo primo illud quod Deut. xvij. regi praecipitur: postquam se derit in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius, accipiens exemplar a sacerdotibus, legetq; illud, ut discat timere Deum. Hinc colligo regem non esse constitutum doctorem, sed discipulum legis, eamq; a sacerdotibus debere discere: hoc dico de rege Israeliticae gentis, frustra ergo Brentius ait, quod quia dico legem ueterem seruandam a regibus priuari iuste possint ministri Ecclesiae omnibus bonis temporalibus: quoniam Leuitas praecipit lex non habere possessionem inter fratres, ubi, rogo, quid calumniosius, & inuidiosius dici potuit? Calumnia est, quod me dixisse ait legis ueteris precepta obligare Christianos: cum manifeste dicam illa omnia esse umbram. unde adumbrare potius sequitur, & subobscure ostendere iuxta analogiam umbram, ad ueritatem, quae habet Christianam Ecclesiam, inuidiam autem quantam conciliat ministris Ecclesiae, cum inquit, quod praelati

nostri occuparint iam magnam partem orbis Romani, sed statim huic obuians incommodo, non inquit haec commemoro, ut censam tua cuiquam esse auferenda. Quid sentiat Brentius posset forte aut ex suis, aut ex suorum uel discipulorum, uel magistrorum operibus agnosci, sed interim cum nec ulla esset uel ratio, uel apparentia, unde colligeret me dixisse legem seruandam a nobis, quod querit, qui ait magnam occupasse orbis partem praelatos Ecclesiae, & iuxta legem auferendam esse ab eis, nisi ut intelligamus, qualiter affectus sit & affectos uelit in eos suos principes. Sed sequamur, quae deinde dicit, cum enim uidet, hoc sibi non suffragari, alio conatur elabi, ait igitur, non propterea, quod a sacerdotibus iubetur rex accipere exemplar legis, illis subiicitur plusquam, aut Christiani subiicimur Iudaeis: quia, ut Augustinus inquit, custodes sunt sacrorum bibliorum: aut certe magis quam qui emit a bibliopola, sacra biblia, illi subiicitur, quod quam sit insulsum, quis non uideat? certe scimus quantum fuerit creditum sacerdotibus ueteris legis, cum ab eis duntaxat exemplar illius petendum praecipitur, res ipsa satis ostendit, & Hebraeorum omnium certissimus sensus, qui non dubitant solos eos libros canonicos, & in auctoritate esse, quos sacerdotes semper ita seruauerunt, & suis posteris seruandos tradiderunt, atq; ita per manus sacerdotum, & auctoritatem, sacri libri a non sacris discreti sunt: haec non est auctoritas bibliopolarum, nec quidem Iudaeorum incredulorum, & pertinacium. Intelligo igitur illud exemplar regi accipiendum esse, quod auctoritas sacerdotis commendasset: ab eo regem debere discere. solius igitur eius doctrinae discipulus esse debuit, quam sibi, ut certam, & diuinam tradidisset sacerdos. nihil plus in hac parte illis tribuo. Quod uero ait Brentius, non somnia sacerdotum Deum praecipisse, ut sibi describeret rex, omnino fatemur, nec uerum est nos uelle, ut somnia nostrorum episcoporum sequatur principes, sed de hoc postea: quod ad ea, quae nunc agimus, pertinet, sacerdotibus constat credita esse Dei legem, & ut uerbis Pauli dicam, quarenti quid amplius sacerdoti, quam regi in lege ueteri? respondebo, multum per oem modum. Primum, quia credita sunt eis eloquia Dei: neque alia suscipienda erant, quam quae illi dedissent, id duntaxat ex hoc loco uolumus, sacerdotes esse constitutos iudices, ut quid pro uero uerbo Dei, quid pro falso, & adulterino, aut dubio habendum esset iudicarent. Hoc iudicium circa uerba Dei, quae merito Dauid preciosiora omni auro, & lapide precioso, & dulciora omni melle, & fauo dicit, dattim sacerdotibus, supra reges extulit ipsos. Sed ait adhuc Brentius, si discipulum legis regem ego facio, ergo ne ex discipulo non debet fieri doctor? an non

Cap. 26.

1. Cor. 10.

Cap. 29.

Legis ueteris praecipua, quae a sacerdotibus lege descripta accipiuntur, explicatur: & ostenditur sacerdotibus regibus superioribus in legis doctrina.

magna pars eorum, qui in academia operantur literis, idcirco sunt discipuli, ut fiat doctores? uide ergo quæ grauitas doctrinæ, officii regis tractamus, an ad illud pertineat docere: Nam nec uerum est omnem, qui discipulus est, doctorem esse debere, quod fatetur Brentius, præcipitur rex discere timorem Dñi: ut scilicet nouerit, quid sibi erga Deum agendum sit, & regnum administrandum: nõ uerò, ut alios doceat, præcipue dubia, & obscura religionis, & fidei. Nam quod de Dauid affert Brentius, Venite filij, audite me, timorem Domini docebo uos: superiorius diximus qualiter sit accipiendum. Hæc itaq; de præcepto illo legis, ut tunc seruandum erat, dicta sunt, quæ qua analogia ad tēpus euangelicæ legis applicanda sint, postea ostendemus. Adduximus etiam, secundo loco, ex eodem capite Deuteronomij, quid circa dubia Deus fieri præcipit: ascende ad locum, inquit, quem elegerit dominus Deus tuus, ueniesq; ad sacerdotem Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quæcumq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dñs, & docuerint te iuxta legem eius. & quod sequitur, Qui non obedierit sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille: ex quibus quia lex populo ostendit gradum suum circa doctrinam fidei esse, ut sacerdotem audiat: regi ut in contemptores sacerdotalis iudicij animaduertat: Lex itaq; nõ concedit regi docendi munus. Contra hæc igitur primò inquit Brentius quòd ut auctoritatem principibus dem, facio illos sacerdotum apparitores, & lictores: & fateretur ille principes ministros esse Dei ad uindictam malorum, tamen quod principes omnia uerba sacerdotum, tanquam oracula Spiritus sancti suscipiant sine ullo suo iudicio, ut quos illi uoluerint interficiant, & opprimant, contra scripturam, inquit, & in contumeliam Spiritus sancti est, idq; multipliciter conatur probare. Primò lex inquit, quod docuerint te iuxta legem Domini, ad legem ergo Dei alligat eorum sententia: cum autē certam regulam quam sequantur, ostendit, libertatem concedit grauatò iudicandi, num secundum legem Dei pronunciatum sit, & principibus maximè. Quid enim si sacerdos definerit contra legem Domini? quid si ipse obedire noluerit legi? quid si fiat summus sacerdos pseudo-propheta, & iubeat alienos deos sequi, habeatq; secum maximā partē sacerdotū? non liceret principi iudicare de hac impietate sacerdotum, & iuxta seueritatē legis animaduertere in eos? Hi sunt frequentissimi clamores Brëtij, quibus etiam adiungit, Nonne Annas, & Caiphaz, legitimiq; sacerdotes crucifixerunt Christum, & persecuti sunt Apostolos? erat igitur tunc sequenda eorū

sententia? occidendus erat, qui non sequeretur eam? moriatur igitur inquit Maria, Nicodemus, & quotquot non consenserunt tam iniquæ sententiæ. Quibus breuissimè respondemus, certum esse sententiam sacerdotum ad regulam legis Dei alligatam esse, non igitur sequenda est, quando manifestè est contra legem: neq; opus erat multis uerbis, multò uerò minus clamoribus. ut hoc daretur Brentio, quod disertè etiam frequenter asserimus: si manifestè contra legem Dei doceant sacerdotes, imò Angeli, ipsi nõ sunt audiendi, sed reiiciendi ab Ecclesia: agat in eos principes omni seueritate, qui ad idololatricam, & defectionem à Deo populum trahunt: nec populus illos agnoscat, ut superiores suos, & prælatos: ceterum lex non loquitur nisi in causa dubia: cum difficile, inquit, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, in hoc casu sacerdoti defertur iudicium, non ut pro suo arbitrio, aut libidine: sed cum timore Dei, & attenta scripturæ cōsideratione definiat. Huic definitioni, qui non paruerit, iubetur occidi: cur hoc rogo, nisi ne perpetuò dubia permaneant, quæ de finire necesse est, ut sit deniq; ultimum aliqd iudicium. Nam quod Brentius dicit ex eo, quod regula præscripta est, iuxta quam sacerdos debet iudicare: pmitti cuilibet damnato iudicare, & definire (sic enim dicit) num sit iuxta legem definitum, non solum falsum esse dicimus, sed apertissimè primò legis, & scripturæ uerbis, deinde sibi ipsi, & denique omni sensus humani rationi repugnans: legi quidem, quia si licet post sententiam sacerdotis iudicare cuilibet de ea, frustra est illud iudicium, non est ultimū: debuit igitur aliud assignare iudicium, Quis enim nõ uideat ridiculum esse iudicium, de quo cuilibet iterum iudicare permittitur si ne ullo ordine superioritatis, atq; ideo inutile, & frustra, quid prodest adire iudicium, si post definitionē ita maneat liberum de eo dubitare, ut antea, præterea quis nõ uidet, si cuilibet liceat definire, an secundum legem iudicatum sit, omnes constitui ex æquo doctores, & interpretes legis. Nam si alij doctores sint, alij discipuli, ridiculum est ppetuò discipulo permitti, ut de sententiâ doctōris iudicet, ex quibus uides quàm sibi contradicit, qui constitetur à Deo iudicium constitui, & ab eodem præcipi, & parari, quomodo effeac executio fiat: & tamen licitum esse semper priuato cuiq; non ei obedire: aut enim necesse est, eum, qui non obedit, iniuste facere: aut eum, qui exequitur, & tamen Deus iubet, executioni mandari. Deniq; uides, ut omni humano sensui repugnet, licere semper grauato definire, num iuxta legem iudicatum sit contra eum. cum enim in omni iudicio necesse sit, alterum grauari, alterum absolui: cum semper sit grauatus aliquis, semper restabit aliud iudicium: nunquam

Cap. 30.
Legis ueteris
statutum de
audiendo sa-
cerdotis iudi-
cio circa du-
bia explica-
tur: ostendi-
tur auctori-
tas sacerdotum
in hac parte supe-
rior, etiã re-
gū potestate.

itaque erit ultimum. Sed, quod pulchrius est, permittit iudicium in propria causa grauatō. quo quid ineptius? quid magis contra omnem rationē, quā in propria causa posse aliquem esse bonum iudicem? & credendum esse, posse melius sentire de legis intellectu, qui proprię causę affectu tenetur, q̄ iudicem, qui ab eo affectu liber est. Non ergo est opus hęc ita confundere, & uniuersum naturę, & rationis ordinem peruertere: manifesta, & certa non egent iudicio. Illa, quę manifestę contra legem Dei sunt, à nullo sunt suscipienda, nullum excusant. Inter hęc fuit damnatio Christi, de qua tamen postea latius agemus, propter quam tam uanę clamat Brentius, non esse parendum sententię sacerdotum. De manifestis itaque, non est statutum iudicium, in dubijs parendum est situturum iudicium: dubia uerò à manifestis, in re quacumque communi sensu discernuntur: nec opus est alio iudicio. Manifesta omnibus constant, dubia uerò similiter non ab omnibus eodem modo accipiuntur. Denique, Brentius ait, legem non solis sacerdotibus permittere iudicium: sed adiungere etiam iudicem, re iudicem uerò, uel reges non fuisse ex tribu sacerdotali, etsi non admodum ad nos pertineat, qui modò non agimus de gubernatione populi Israelitici, sed Christiani, tamen respondendum est etiam illi, quòd lex ad sacerdotem, & iudicem mittit, q̄ si fortē quodq; unus erat, ut Heli, & Samuel, utrumque ad eum pertinebat, & definire dubiū legis, & punire non obedientem, quando uerò alius iudex, alius sacerdos erat, ad utrumque mittit lex: sed aperte distinguit eorum munia: sic enim tandem inquit, qui autem sternerit uolens audire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis moriatur ille: sacerdoti itaque tribuit, ut minimum postremum, & ultimum iudicium: iudici uerò executionē. hęc nos dicimus: nec Brentius ostendit etiam in lege, ubi minus distincta erant ministeria hęc, aut reges iuste, uel impune sacerdotum officia occupasse: aut e contra sacerdotes regum, cum diuersi essent, cum tēto in unum conuenissent duo illa, quòd illi tempore ad figurandum Christum non erat alienū, unus utrumque agebat. Iam ultima circa hoc audiamus, ego enim post hęc legis ueteris precepta, quę analogia nunc ad Ecclesiā referenda sunt.

Ca 31. Leges ueteris precepta, quę analogia nunc ad Ecclesiā referenda sunt.

Heb 10.

loca Pauli, nunquid propterea non erat uera lex, uerū sacerdotium, uera sacrificia, uerę solennitates, uera bella, uerę uictorię, antiqua illa omnia, quia figurę erant aliarum longē eis præstantium rerum? eadem igitur ratione nunquid nō erat uera Ecclesia, quia figura erat nostrę? nihil potest magis ridiculum dici, quā eum, qui asserit synagogam fuisse umbram Ecclesię Christi, accusare, quasi propterea neget in eā fuisse ueram Ecclesiā: erat quidem uera, imò eadē Ecclesia cum nostrā: sed interim illa sub figuris, & umbra abscondita habuit, quę nobis sunt manifesta, iuxta hanc itaque euidentiā & lucem, nostrā ab illa distinguitur, & illa huius est umbra, substantia tamen fidei, & rebus ipsis eadem omnino sunt, & una Ecclesia uetus, & noua, sequamur alia: infero ego multò rectius, in Ecclesia Christi agnoscendos esse ueros sacerdotes, qui deesse nō possunt, nec in eis ueritas doctrinę deficere, quos Christus constituit iudices, quę omnia hoc loco probata sunt, quia tūc tantum proposueramus, inde deducimus, principes non debere proprios sibi magistros asserere, sed tradita à legitimis ipsi tenere: & ut à suis subditis seruentur, curare. Hoc ibi exemplo legis Theodosij, atque Gratiani, & Valentiniani imperatorū explicauimus, cunctos inquit illi populos, quos clementię nostrę regit imperium, in tali uolumus religione uersari, quā diuum Petrum Apostolū tradidisse Romanis religio usque adhuc ab ipso instituta declarat, quamque pontificē Damasum sequi claret, & Petrū Alexandrię episcopū. Hęc est prima codicis lex, de summa trinitate, & fide catholica, ex qua hoc ostendi, catholicos illos imperatores non se iudices doctrinę, & fidei constituisse: sed legitimis sibi populis seruandā morū sacerdotū secutos doctrinam, Romani scilicet, & Alexandrini. Sed mirū & quantum hoc Brentio displicuit, miratur enim primò, quod legem hanc cōmemorem, & nec uideam, quid pro me, aut contra me dicam: & quamuis ille in hac lege nihil cōtra me adferre potest, placuit tamen hoc dicere, quòd magis odiosum me suis redderet. Sed audiamus ut probet, quod contra ipsum non sit, hęc (ait) lex iubet omnes sequi fidem, quam Petrus docuit, & quam sequebantur Damasus, & Petrus Alexandrinus. Hęc erat uera fides trinitatis, de qua tunc potissimum agebatur, sed nos, ait, loquimur de episcopis, qui impiam religionem docent. Cui ego respondeo, impiam docent religionem sacerdotes, de quibus loquimini, uestro quidem iudicio, sed falso, & peruerso. Sed etiam hanc legem solum adduxi, ut exemplo Theodosij ostenderem, principum esse, doctrinam sacerdotum sequi: & ut ab omnibus obseruetur curare, quòd illa lex agit: uerū ex illa etiam ostendo Brentium, & suos sequaces contra illam agere: reijciunt religionem quam Da

Cap 32.

Exemplo legis Theodosij ostenditur, seculares principes ab episcopis fidem accipere, & eam à subditis sibi populis seruandā curare.

masus sequutus est, agunt igitur contra legem illam. Damafus, teste Hieronymo contra Vigilantium, sacrificium obtulit altaris, ueneratus est reliquias martyrum, probauit cœlibatum, & seruari curauit à sacerdotibus, & alijs quibusdam ministris, teste toto illo seculo, & omnibus illius temporis patribus: qui igitur hoc contemnunt, à religione recedunt Damasi, quam & Petrum Apostolum tradidisse compertum tunc erat: tunc, inquit Brentius, tantum de fide trinitatis agebatur, quam Arriani impugnabant, fateor hoc præcipuè agebatur, cōtra eos specialiter lex hæc lata est, uerum manifestum est, quod omnes includat, qui in quocunq; alio articulo, à religione illa discedunt, quã tunc Damafus sequebatur, & Petrus Alexandrinus episcopus, & cum eis duæ istæ Ecclesiæ primæ, altera Latina, altera Græca, utraque à Petro orta, quia Alexandrina ab eius discipulo Marco fundata. sic enim uniuersaliter lex præcipit, quam Damafum sequi claret, & Petrum Alexandrinum. Postea uerò ad specialia descendens, de trinitate contra Arrianos mentionem facit: Sed ait adhuc Brentius, nunquid Theodosius absque ulla cognitione propria, contentus tantum horum duorum pontificum iudicio, hoc iubet? non faciunt (ait) historia tam stupidum Theodosium. Nam ideo præposuit Petrum Apostolum, quia prius cognouit Romanum, & Alexandrinum pontifices cum doctrina Petri conuenire. Cui apertè respondemus, commenta hæc esse eius: ille arbitratu stupidus principis esse, iudiciū sequi præcipuorum pontificum, & Ecclesiarum, sed ueritas contradicit illi: quid enim prudentius principi temporalibus curis districto cui nec otium, neq; exercitium ad discutenda dubia, & controuersa fidei est, quam sequi iudicium probatissimorum pontificum, & consensu, testimonioq; omnium populorum, & eius quæ per totum orbem diffunditur Ecclesiæ traditione agnoscere Apostolicam. Hoc fecit Theodosius: non alia putauit euoluenda uel Scripturæ, uel patrum uolumina, ad traditionem confagit, hanc rei ipsius euidencia, hoc est, consensu omnium Christianorū agnouit, quam, inquit, Dominum Petrum tradidisse Romanis religio usq; adhuc ab ipso insinuata declarat, quid hoc rogo est aliud, quam religio ab ipso usq; adhuc insinuata declarat, quam q; traditio Petri perpetuo illo consensu ostenditur: quadragesimo plus minus annis à prædicatione Euangelij hoc dixit Theodosius: cuius temporis recentissima est memoria, & manifestissima monumenta, consensuq; omnium, qui à suis maioribus ita acceperant, agnoscebatur Petrum religionem illam tradidisse. non plura putauit Theodosius sibi quærenda esse, non quia stupidus, sed quia prudens erat: non quia insipiens,

sed humilis erat, cogitabat itaq; illud, altiora te ne quæsieris, &c. de qua re abundè, adiuuante Domino, Brentio sequenti loco respondemus, nūc cum ille nihil probet de maiori discussione, aut cognitione Theodosij, nos tantum eius uerba in testimoniū adducimus, non, inquit, oēs sequantur hanc religionem, quam nos iudicamus Petrum tradidisse, aut quam nos sequimur: sed duces sequendos primos pontifices posuit, nec iudicium suum aliud addidit, sed consensum, & testimonium omnium ab ipso principio doctrinæ usq; ad ea tempora adduxit ad confirmandum traditionem, quantum re ctius Brēti, omnes principes Christiani hoc nunc agerent, quantum prudentius consensu Christianorum omnium traditionem agnoscerent, de sacrificio altaris, orare pro defunctis, cœlibatu, & similibus omnibus, quam ut ipsi, uel suo iudicio, uel uestro, scripturam se putantes intelligere, hæc omnia rejicerent? Sed torquetur acerbius Brentius, quoniam addidi in hac lege Theodosium iustificimè statuisse & nomina, & notas, quibus quisq; in Ecclesia insigniri debet: quis scilicet Catholicus, quis sic hæreticus nominari. Quoniam sic statuitur ibi, hanc legem sequentes catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos uerò dementes, uesanosq; iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere, hoc inquit Brentius contra Arrianos dictum est, contra negantes consubstantialitatem personarum, quam nos disertè fatemur: & iniqui consilij me arguit in principes suos: inquit enim, quod cum principes pios hæreticos infimulem: & stent leges publicæ discernentes grauissimas pœnas, aduersus hæreticos: facile intelligi potest, quæ pericula non tam spiritualia, quam corporalia eis miner. quid igitur illi respondebo, q̄ quod hic apertè à conscientia propria ostendit, se accusari, ego uerba Theodosij apposui: & nec in eos, nec in alios aliquos illa detorsi. Cur ergo Brentius queritur, si non agnoscit se, contra traditionem Apostolicam tempore Theodosij consensu omnium probatam, aliquid tenere, & docere? non accipiat hæc uerba in se dicta. Nam lex eos hæreticos dicit, qui ab ea recedunt traditione, si agnoscit se hoc agere, si negare non potest, agnoscat etiam remedium, redeat ad traditionem, & ad Ecclesiam matricem, redeat ad cōmunionem omnium Ecclesiarū: & euadat notam, quam timet. Nam quod in principes nos iniqua consilia moliri dicit, non est cur occultum aliquod consilium quærat, nos palam, & manifestè dicimus, qui traditionem Apostolicam non sequuntur lege Theodosij, hæretici sunt, non comminamur magis pericula temporalia, quam spiritualia, sed multo magis spiritualia damnationis æternæ: qui enim non credit, iam iudicatus est. Hæc cupimus principes maxime timere: de
qui-

quibus dicitur, quod exiguo conceditur misericordia, potentes autē potenter tormentata patiuntur: temporalia uerò damna, tu uideris an meritò timenda sint, nos illud apertè tibi dicimus, Brenti, nō putes tuo, uel tuo iudicio, principibus Catholicorū, uel hæreticorū nomina danda: sint quantumuis potentes, permittant se, quantum uolent, piorum, & Catholicorū nomine à suis laudari: totius orbis tota Ecclesia, imperatores, reges, populi censebunt: & perpetuò manebit cum corū memoria uera in eos nota apud homines, & multò certius apud Deū, & Angelos: hi erunt iudices, non tu, uel ego: parum ad rem est, quid ego dicam, certum manebit cuius suum nomen apud posteros, nulla in perpetuū delebit obliuio, nec ulla excusatio auferet hæreticorū nomen, & infamiam ab his, qui eis digni sunt, quosq; Theodosiana lex notauit. Satis igitur in hoc loco ostendimus, discrimen episcopi, & principis, & uter illorum iudex fidei sit ex uera origine utriusq; potestatis, & manifesto usu, consensuq; omnium seculorum deduxim: Brentioq; cōtra hæc molienti respondimus pro captu, & facultate nostra: ex quibus cum qui sint iudices controuersiarum religionis, & fidei duntaxat ostensum sit, exigit hic locus, & Brentij clamores contra nos, ut de hoc iudicio, ratione, scilicet & medijs, quibus in eo procedendum sit auctoritateq;, & certitudine eius disertè dicamus. Nam quia nos in Concilij episcoporum dubia scriptura explicanda dicimus, & definienda, ex traditione Apostolica, consensuq; patrū, Brentius frequentissimè singulis ferè uerbis clamat, me in scripturam sacram sacrilegum, quod eam subiciā humano iudicio, quod præferam illi traditionem non scriptas, multaq; in hunc modum: Deinde, etiam ait, quod omnia confundam, ac in mille formas me uertam, ut uim eludam Scripturæ, & auctoritatem eius eleuem. quæ omnia ille me ait dicere, non quia in meis legat scriptis, nunquam enim uerbum aliquod horū legit, sed quia putat ex meis inferri, sua illa confidentia, & auctoritate, qua solū, quia sibi ita uidetur, nulli dubitandum esse credit. Ut igitur ab his iniurijs me purgem, & præcipuè certam, & sanam doctrinam manifestè ostendam, quæ sua ipsa uirtute, suo splendore, & luce facilè tenebras errorum excludit, nisi ab eorum fortè oculis, quorū Deus huius seculi excæcauit mentes, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. De ratione, qua iudicandum est in dubijs religionis dicturi, ostendemus prius Scripturam sacram esse fundamentum, ad quam in hoc iudicio tanquam ad primam regulam cuncta sunt exigenda. Deinde quod hæc Scriptura necesse habeat ex Apostolica traditione explicari, quæ traditio auctoritate quidem, non inferior est Scriptura, quæ

in ea probatur, & commendatur, antiquitate uerò illam præcellit. Quare ubi Scriptura ambigua est, & obscura, ab ea exponitur: ubi succinctè, & minùs plenè aliquid docet, ab ea explicatur. Tertium quod traditio hæc consensu omnium Ecclesiarum, & temporū agnoscenda est: consensus uerò hic Ecclesiarum testimonijs consonis patrum, qui ab Apollolis uerbo, & scripto Ecclesias docuerunt, certissimè probatur. Quartum deniq; consensum hunc in Concilij episcoporum inquirendum esse, & ex eo definienda dubia circa fidem & religionem. Itaq;, ut in assertionem catholicam diximus, ultimum hoc uentium, scilicet & præsentium episcoporum Concilium, iudicium est uiuum, & quod semper ad manum haberi possit, atq; ideo ultimum, cui omnes parere debeant. Si uerò queratur à me, unde, & ex qua lege, & auctoritate iudicare debeant, non dubito respondendum esse, quod ex Scriptura sacra huius intellectum, & explicationem, quum ambigua est, ex traditione Apostolorum asserimus querendam: traditione Apostolorū, testimonijs, & consensu patrum probari. Quatuor itaq; hæc, quæ sunt propolita, Scriptura sacra, traditio Apostolica, patrum consensus, episcoporum Concilia nobis à Deo data, in quibus ueram fidem, & religionem ad æternam nostram salutem necessariam, querere debeamus, & inuenire possimus: nec quicquam horum extra illa, quæ non aliena, aut contraria inter sese cogitanda sunt, sed consona, & per omnia consentientia: atque ideo ordinatissima Dei dispositio ne inter se coherent, ita, ut ab illo primo, usque ad hoc ultimum ordinatè sit descendendum nobis, & ab hoc ultimo ad primū illud ascendendum: postquam enim sacri libri scripti sunt, & recepti in Ecclesia, primum in itabilienda fide scriptura est: primum inquam certitudine, & auctoritate. Secundum huic proximum Apostolica est traditio, qua Scriptura ipsa suscepta est in Ecclesia, & explicatur: quare, quod secundum gradum ei damus post receptam scripturam, ut dictum est, secundum certitudinem intelligimus. Nihil est in Ecclesia certius, nihil magis constat, quàm canonici libri præcipuè de quibus nunquam dubitatum est: traditio uerò Apostolica non ita est constituta, nec certa omnibus, sed non minor est auctoritate ipsa Scriptura, ut ostendemus: uerū à Scriptura hoc sibi proprium quodammodo, ac peculiare traditio sibi uendicat, quod apertior est, & plenior; non quod scriptura imperfectum aliquid habeat, quæ ab ipso Deo scripta, eiusq; infallibili iudicio ad humani ingenij captū perfectissimè coaptata est pro huius uitæ statu & conditione, & reliquis omnibus, quæ Deus per eam, & in ea efficere intendit. itaque Spiritus sanctus sapientissima dispositione inter scri-

Cap. 33. Ratio quo ab episcopis & scribis fidei & scripturæ definiende sunt in Concilio, scilicet sacra scriptura et traditio & consensus patrum.

pturam, & traditionem Apostolorū, quibus sua nobis mysteria reuelare dignat⁹ est, hæc ita distribuit, ut altera certior, altera plenior & explicatior sit, cum utraq; reuera ab ipso sit. Iam tertium locum dignitatis, & aucto- ratis damus consensui patrum, qui ipse est consensus Ecclesiæ, cuius nunquã certa mo- numenta desunt, & testimonia: quare in eò scripturæ, & traditionis ueritatē, & sensum inuenimus. Quartum demq; locum præsen- tibus, & uicis Concilijs damus, per quæ tan- quam per iudicem uiuum præsentia omnia dubia finiuntur. Hic igitur est ordo, & di- stinctio horum quattuor, quæ nobis certa re- gula fidei tradit: & ut ab hoc ultimo iam a- scendamus ad primum, in Concilijs quæritur ueritas fidei, & morum Christianorum, idq; ex scriptura, Apostolica traditione, con- sensuq; patrū omnium præteritorum, ita sci- licet, ut quod consonum est naturæ nostræ, ab inferioribus, & proximioribus ascenden- tes ad supremum illud, & ultimum perue- niamus. Hoc pacto, in Concilijs quæritur sensus patrum præcedentium, atq; Ecclesiæ: idq; ex testimonijs, & scriptis eorum. Hoc ostendemus re ipsa actum fuisse in Conci- lijs, ex hoc consensu, & testimonijs patrum traditio Apostolica, est enim certum hunc consensum non aliunde ortum, quàm quia quæ Apostoli tradiderunt suis discipulis, quos magistros dederunt Ecclesijs, eadem ipsi sibi proximis reliquerunt: atq; ita usq; ad ultimos uentum est. in hac uerò traditio- ne intelligitur, uerus sensus scripturæ, cum uerba ambigua, uel contra se pugnantia oc- currunt, & integræ ratio cultus, & reliquo- rum pertinentium ad salutem, quæ in scri- ptura implicite tantum, & sub utili ratione tradita sunt. Hæc & ex his, quæ proximo lo- co dicta sunt, & prius in assertione nostra catholica, & scholijs in capitibus præcipue de Scriptura, de Ecclesia, de Concilijs, de scriptoribus ecclesiasticis satis putamus pro- bari, & explicari, auferriq; circa ea quicquid merito dubitari poterat, nisi placuisset Bren- tio nullis certè rationibus, sed clamoribus & conuictijs, ut alia omittamus, omnia con- fundere, miscere, & turbare in oculis sim- plicium. Nam, quod teste conscientia co- ram Deo asserimus, nihil aliud in his prole- gomenis inuenimus, quàm quæ ad subuer- tendos simplices, & nimium credulos ua- lere possint: nisi quod suo more in quibus- dam manifestis quidem, & certis immora- tur, & spaciatur, ut illis uenenum abscon- dat, & laqueos, licet itaque satis hæc expli- cata sint, & probata, & ostensum nullam in eis contradictionem esse, nec scripturâ sub- ieci, aut postponi humanæ alicui auctori- tati, ita, ut non habeat Brentius, quid inqui- rat amplius, quia dicimus aperte in dubijs fidei, proximos, ad quos statim eundem est, episcopos esse, & eorum Concilia: isti con-

sensum patrum inquirentes ex illo traditio- nem agnoscunt: ex qua scripturâ interpre- tantur, & explicant: in his nihil incertū, aut confusum est, cum scriptura est ambigua, nec explicata, traditio quærenda est, tradi- tio inuenitur in consensu, & testimonijs pa- trum: ex isto iudicant uiuentes patres, & præsentia Concilia: nec alterum horum a- liud impedit, aut aufert uel auctoritatē, uel efficaciam alterius: sed se inuicem adiuuāt, sibi inuicem ita coniuncta sunt, & colligata: ut qui alterū reiecerit omnia reiiciat. Quam- uis itaq; hæc ita sint constituta, ut molestum nobis sit, diutius de illis loqui, addamus ta- men pauca, quo lucidiora fiant: & ostenda- mus primum, quàm inter se quatuor ista, quæ diximus cohæreant: ita, ut qui unum ex eis negauerit, reliqua omnia negasse con- uincatur. Atque ab his, quæ proximè diximus, aggrediamur, scriptura inquit, Tene- te traditiones, quas didicistis, siue per sermo- nem, siue per epistolam nostram eadem di- cit, cætera cum uenero ipse disponam: quo ostenditur Paulum multa præsentē uerbo constituisse in Ecclesijs quæ ad ordinem, ra- tionemq; cultus pertinent, & ut Augustinus dicit, hic locus, ex epistola ad Corinthios, præcipue ostendit ritum Sacramenti Eucha- ristix, quem tota seruat Ecclesia ab eo tradi- tum. Deniq; de eodem Paulus ipsa Scriptu- ra inquit: Perambulabat confirmands Eccle- sias, præcipiens custodiri præcepta Aposto- lorum, & seniorum, siue dogmata quæ erāt decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erāt Hierosolymis. Ipsa igitur scriptura traditio- nem esse, & æquali secum auctoritate haben- dam ostendit, idem Paulus dicit, Ecclesia est columna, & firmamentum ueritatis: & Chri- stus. Porta inferi non præualebunt aduer- sus eam: eadem scriptura ait, Christus de- dit quosdam quidem Apostolos, alios Euan- gelistas, alios pastores, & doctores in ædifica- tionem corporis Christi, & ipsa præcipit his obedientiam præstari ab omnibus, Obedite, inquit, præpositis uestris & subiace- te eis, confirmat igitur consensum Ecclesiæ certis- simum esse: confirmat patrum, & doctorū, sensum Ecclesiæ etiam esse debere, hoc est subditorum omnium & populorum, atq; ita utrumque horum firmum, & stabile in fide, & Christianis, pijsq; moribus esse. Ead- em scriptura tandem ait: Si duo ex uobis consenserint super terrā, de omni re, quam- cunq; petierint, fiet illis, ubi enim sunt duo, uel tres in nomine meo, in medio eorum sum. Ipsamet, inquit: cum orta esset conten- tio, & dubitatio de obseruatione legalium, conuenerunt Apostoli & seniores uidere de uerbo hoc. Et ibidem, quod post diligentem disputationem eis uisum est dicūt. Spiritui sancto & sibi uisum esse. Et eadem mittit om- nes in dubijs, ad audiendos patres unien- tes: interroga patrē tuum, inquit, & annun- ciabit

Cap. 34.
Scriptura
cra, Aposto-
lica traditio,
consensus pa-
trum, Conci-
liū uiuū, qui
tuor hæc se-
in uicem con-
firmant.
2. Thes. 2.
1. Corint. 14.
Act. 15. & 16.
1. Tim. 3.
Math. 16.
Ephes. 4.
1. Corint. 12.
Heb. 13.

Matth. 18.
Act. 15.

Eccles. 6. tiabit tibi, & iterum: In multitudine pres-
byterorum prudentium sta, & sapientia il-
lorum ex corde coniungere: ut oem enarra-
tionem Dei possis audire. Et Christus ipse,
Super cathedram Moysi sederunt scribae, &
Pharisaei, omnia ergo, quaecumque dixerint uo-
bis, seruate, & facite: dat ergo auctoritatem
Concilijs patrum, & oes subijcit illis. Ita igitur
scriptura ipsa traditionem Apostolicam, &
consensum Ecclesiarum, & patrum, & eorum
Concilia commendat, eam auctoritate illis
dat, ut qui alterum horum negauerit, necesse
fit eum scripturam negare. Ipsa eadem, quae
de se ait, omnis scriptura diuinitus inspira-
ta, utilis est ad docendum, ad arguendum,
&c. ut perfectus sit homo Dei, docet nos, &
reliqua haec tria nobis ostendit, tanquam fun-
damenta certissima fidei, & pietatis. Haec de
scriptura, iam ad secundum. Traditio primò
dat nobis Scripturam sacram: illa dicit, haec
est diuina ad nos reuelatio, haec scripta sunt
à Spiritu sancto dicente Augustino, Ego ue-
ro euangelio non crederem, nisi me Ecclesiae
commoueret auctoritas, & manifestissima
ratione hoc ostendente. Non enim euange-
lium nomine Andreæ, aut Nicodemi reie-
ctum est, & Matthaei, atque Marci, & reliqua
duo recepta alia ratione, quam quia ita Apo-
stoli tradiderunt: idque ut Aug. affirmat testi-
monio Ecclesiarum, quas Apostoli consti-
tuerunt. Eadem traditio habet successionem
Apostolorum, & auctoritatem succedentium
eis: eadem habet usum, & consuetudinem co-
gendorum in rebus dubijs Conciliorum.
Itaque & haec etiam traditio reliqua tria con-
firmat, scripturam, testimoniorum patrum
auctoritatem, Concilia, nec de ipsis testimo-
nijs patrum, & Concilijs, opus est, ut plura
dicamus: manifestissima sunt consona te-
stimonija patrum de scripturae auctoritate,
& ueritate, de traditionum certitudine, &
stabilitate, & de necessitate Conciliorum, si-
cut etiam in ipsis Concilijs manifestissimè
est recepta, & probata scriptura, agnita tradi-
tio, & consensus patrum inuestigatus, & in-
uentus. Sed iam de singulis horum pau-
ca attingenda sunt: quo haec confirmentur,
& Brentij calumnijs respondeatur. Aggre-
diamur ergo de scriptura, & traditione si-
mul. Scripturae sacrae maiestatem, & auctori-
tatem, quibus in culmine est literarum om-
nium, oes agnoscimus, & conitemur: quan-
tumque beneficium Dei sit, nobis eam dedis-
se, fatemur non posse nos satis aut dicere, aut
intelligere. De qua meritò Psalmista inquit,
Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota
die meditatio mea est. Et iterum, Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua super mel
ori meo: Et alibi, Desiderabilia super aurum,
& lapidem preciosum multum. Agnoscimus
altissimum Dei consilium, & curam salutis
nostrae in data nobis sacra Scriptura, in qua
aeterna illius sapientiae, & unigeniti uerbi

Patris habemus rationem, atque iudicium de
 Deo, de nobis, deque rebus omnibus quid se-
 qui debeamus: & agnoscimus Dei uolun-
 tatem primam, & solam regulam piarum om-
 nium actionum, & haec habemus quasi in re-
 positório quodam, & thesauro recondita in
 Scriptura sacra, unde quoties necesse est li-
 ceat nobis haurire diuinæ sapientiae saluta-
 rem aquam, & bonitatis eius immensam dul-
 cedinem degustare, qua ignorantia nostra
 instruitur, erigitur in hirsutitas, praeque & indi-
 sciplinatae cogitationes expelluntur ex cor-
 dibus, generantur aliae dignae Deo, & accen-
 ditur cor nostrum ad amanda & desideranda
 diuina, & contemnenda terrena. Quis satis
 dicere ualet sacrae Scripturae fructum, pro-
 pter quem meritò de ea dictum est, Non re-
 cedat uolumen legis huius ab ore tuo, sed
 meditaberis in eo diebus, ac noctibus: ut cu-
 stodias, & facias omnia, quae scripta sunt in eo:
 tunc diriges uiam tuam, & intelliges eam.
 En fructum Scripturae sacrae, quam dignatus
 est Deus ipse scribere, dum ad hoc agendum
 & mouit animos scribentium, & illis ita asti-
 tit, ut non dubitemus ab eo esse omnia illis
 suggesta, & quae scriberent, & modum, ratio-
 nemque qua scriberent: & uerissimum esse de
 omnibus sacrarum literarum scriptoribus,
 quod in Psalmo scriptum est, Lingua mea ca-
 lamus scribae uelociter scribentis. quia enim
 uerba sunt, quae scribuntur, ad subuenien-
 dum defectui memoriae, ad loquendum ab-
 sentibus, meritò linguam ad ipsa referimus
 uerba, quae scripta sunt: id quod Petrus aper-
 tius dixit, Non uoluntate, in quiete, humana,
 allata est aliquando propheta: sed Spiritu
 sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homi-
 nes. Hanc igitur scripturam, de cuius ueritate
 nulla ratione dubitandum est, cuius aucto-
 ritati omnis humana ratio, & auctoritas, imò &
 Angelica cedere debet, agnoscimus à Chri-
 sto, & Apostolis nobis commendatam esse
 non uerbis modo, sed etiam exemplis: dum
 & scripturae auctoritatibus sua confirmant:
 & ut nos hoc ipsum faciamus, admonent,
 Christus suam diuinitatem probans Iudaeis:
 Quomodo, ait, Dauid in spiritu uocat eum
 Dominum dicens: Dixit dominus domino
 meo. Et rursus citans illud, Ego dixi, Dije-
 stis. Si illos uocat deos, ad quos sermo Dei
 factus est, quia sic sanctificauit: & in perpe-
 tuum dicitis, Blasphemias, quia dixi filius Dei
 sum. Et illis ait, Scrutamini scripturas, in
 quibus putatis uos uitam habere, quia ille testimo-
 nium perhibent de me. Et discipulis ait, Quia
 sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati,
 & aperuit illis sensum, ut intelligerent scri-
 pturam. Et Apostoli ipsi idem agunt cum
 suis discipulis. Permane, inquit Paulus Ti-
 motheo suo, in his, quae didicisti, & credita
 sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quae ab in-
 fantia sacras literas nosti, quae te possunt in-
 struere ad salutem per fidem, quae est in Iesu

Iosue. 1.

2. Pet. 1.

2. ad Tim. 3.

Cap. 35. De
 scripturae sa-
 crae auctori-
 tate & utili-
 tate.

Christo. Illud etiam agnoscimus, quàm sint efficaces prophetiæ ad persuadendam fidem & Iudæis, qui ea, quæ tanto tempore priùs legerint, manifestissimè in solo Christo postea impleri conspexerunt. In quibus prophetis adeò nihil eorum, quæ facta sunt, omissum est: ut etiam suæ ipsorum cæcitatibus manifestissimas habuerint prophetias: de quo

Deut. 28. August. exponit illud, Erit uita tua pendens ante oculos tuos, & non credes uitæ tuæ. Et

Esa. 65. est illud apertius de eadem re, Expandi manus meas tota die ad populum incredulū. Nec solū Iudæis, sed Gentib. & nobis omnibus totius temporis Christianis efficacissimè persuadet fidem, tãta, tamq̃ certissima consonantia prophetarum & euangeliorū: dum quod in istis legimus factum tam suauiter, tam sine ulla uolentia, tanto tempore priùs prædictum in illis agnoscimus: quæ saluberrimè etiam efficit in nobis, ut pauca quæ complenda restant, de ultima resurrectione, & iudicio, atq̃ retributione æterna, uidentes tanta, q̃ prædicta erant, & impossibilia uidebantur, tam plenè implera, nõ dubitemus certissimè futura. Hæc omnia nobis, & multò plura confert Scriptura sacra, in qua, & per quam felix quidam conuictus fit inter Deum, & hominè: ut audiamus ipsam loquentem nobis: & quasi cum præsentem ipsi loqui possimus: & hoc quoties libuerit, quoties placuerit libros sacros inspiciere. Meritò proinde de hac diuina sapientia, quæ sacris libris continetur, & æterna ipsa, quæ in eis nobis loquitur, in libro Sapientie scriptum est. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum, sciens quoniã mecum communicabit de bonis suis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei. Felix proinde ille qui hanc scripturam, & Deum in ea in societatem, & contubernium uitæ afficiuit: & beatus planè, cuius delectatio omnis in lege Domini, & in ea meditabitur die ac nocte, iuxta Psal. sententiam. Hæc

Cap. 8. quidem certissima sunt, de quibus nec unquam dubitauimus, nec nisi magna cum animi uoluptate, & ardenti desiderio locuti sumus in laudem, & commendationè scripturæ. quod ideo dicimus, quoniam audet Brentius dicere præter uoluntatè meam, & inuitum me asserere libros sacros esse à Spiritu sancto, & scripturam sacram esse diuinam reuelationem factam Ecclesiæ. Vbi inuoluntate, rogò, libertatem hominis, & temeritatem iudicandi: nam si de animo meo iudicat, ostendat unde hoc habet, ubi scilicet, aut dixerim, aut ostenderim Scripturam sacrã mihi non placere, aut me de ea nõ bene sentire, uel minus, q̃ quod sit diuina reuelatio, cui subdita est omnis creatura. Sed illo omissio, restat ut paucis etiam de ratione qua scripta sunt diuina uerba, agamus. Igitur illud statuat ut certissimum, quod hoc scribendi diuina uerba, atq̃ reuelationes confi-

Cap. 36.
Quod lex uetus scripta fuit ad imperfectionè statum illius significandam pertinet.

lium, ob imperfectionem, & infirmitatè humanam est excogitatum à Deo, atq̃ infirmioribus, & imperfectioribus magis expediens, sanctioribus uerò & purioribus, aut minus, aut nullo modo necessarium: id quod apertissima nos docet experientia, quæ ostendit etiam nec semper fuisse scripturã, atq̃ ideo non necessariam omnino ad fidem. De qua re, cum multa à multis dicta sunt, & à nobis etiam, quibus hoc certissimum esse constat, in hoc loco solius Chrysoctomi nobis sufficiat auctoritas, q̃ homilia prima in Mattheū sanctissimè, & eloquentissimè, Oportuerat quidem, inquit, nihil nos indigere auxilio literarum: sed tam mundam in omnibus exhibere uitam, ut librorū uice gratiã Spiritus sancti uteremur, & sicut atramentò illi, ita corda inscriberentur à spiritu: quia uerò hanc à nobis excussumus gratiã, agè uel ad secundam nauigationem animum adijciamus. Hæc ille in exordio proponit, moxq̃ sublimius multò esse sine literis, uel scriptura Spiritus sancti gratiã Deum agnoscere ex uerbis ipsius Dei, & operibus ostendit. Nam & Noè, inquit, & Abrahæ, eiusq̃ posteris, & Iob, & Moyti, non per literas, sed per semetipsum locutus est: quia scilicet munda eorum corda rexerat, postquam uerò omnis populus Iudæorum in uitiorum ima delapsus est, necessarìo iam inde literæ dantur, ac tabulæ: quod ostendit etiam in nouo Testamento accidisse: siquidem nec Apostolis, inquit, scriptum aliquid tradidit Christus: sed pro literis sancti Spiritus se illis daturum gratiam repromisit. Ille, inquit, docebit uos omnia. Vides, quàm sanctè, quàm dilucidè Chrysoctomus scripturarū ardentissimus amator imperfectioni, & impuritati nostræ tribuit, q̃ scriptura sacra sit data nobis, quod illa indigeamus, & agnoscat multò purius, & integrius Dei cognitionem, aut solo uerbo, aut certè interiori tantum reuelatione hominibus participari. & sanè quò diuina nobis purgatiore, & ut ita dicam, ab omni similitudine, atq̃ ab omni re corporea magis separata traduntur, signum est purgatiore animi, diuinarumq̃ rerum capacioris, & illa multò perfectius agnoscuntur. De qua re altissimus ille theologus Dionysius frequenter, & libro de diuinis nominibus, & de mystica Theologia specialiter loquitur: nebulam illam, & caliginem, in quam Moyses ingreditur, interpretatur, de summa à sensibus omnibus, & creaturis in cognoscendo Deo elongatione. Adiungamus & his duobus tertium Aug. qui, in libro de doctrina Christiana etiam post scriptas iam sacras literas, ingenuè fatetur subnixum fide, spe, & charitate non indigere libris, nisi ad alios docendum: nam multos, inquit, in solitudine per hæc tria sine codicibus uiuere, in quibus illud impleri credit: Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, &c. Et

&c. Et ad illa tria conseruanda scripturas omnes, quasi machinas ducit. Ex his uerò & illud agnoscimus, quod scripturæ, & patrû doctrina confirmat: tantam illam scribendæ legis ueteris curam Dei, atq; lapideis etiã tabulis in arca Testamenti ex incorruptibili ligno, atq; auro fabricata seruandi ad duritiem cordis Israëliti illius populi, & legis ipsius, atq; temporis, & status, quo sub illa uiebant significanda pertinuisse: & longè illa omnia à nouè legis perfectione, statuq; nostro, & tempore gratiæ reuelatæ fuisse. Scribitur itaq; tabulis lapideis lex: quæ, ut Paulus inquit, mortis ministratio erat, & lapideis cordibus timore edomandis, & in seruitutem redigendis, populòq; durè cernicis data est, agit sanè Deus, quasi cum absentibus, & longè positis, cum Iudæorum populo per illas literas. Lex itaq; illa ex sua, propria ratione non ad iustificandum dabatur, nec perficiendum homines. Nam, ut Paulus inquit, si ex lege iustitia, Christus gratis mortuus est: & rursum, quicumq; ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt: scriptum est enim, Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea, & deniq; ait, nihil ad perfectum adduxit lex: & propterea nec Deo homines coniungebat, aut adoptionem filiorum conferebat: sed tanquam seruis, qui non manent in domo in æternum seuerius proponebantur edicta. Ex quibus omnibus legem illam propria quadam, & necessaria sibi ratione scriptam uocamus: quæ nisi scriberetur, quod ad eam attinet, quæ exterius tantum proponebatur, & ad eos, qui sub illa erant, necesse erat ut non staret. Quicquid itaq; de diligentia scribendæ legis à Moysè fieri, uel à Deo præcipi legimus, & de tabulis à Deo traditis, de quibus Brentius loco suo de scriptura loquitur, intelligamus proprie, & peculiariter ad ueterem illam legem pertinere: quam non uano labore, sed magno certè fructu, & in ædificationem nostram scimus scriptam. Euangelium uerò lex gratiæ in alium longè finem, & alio fructu à Deo datum per prophetam, cuius testimonio Paulus utitur, ostenditur nobis non scriptum esse literis, in tabulis: sed infusum cordibus. Feriam, inquit propheta, domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus uestris, ut educerem illos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum: uel ut Paulus inquit, & ego neglexi eos. Hæc est igitur lex, de qua meritò inquit ille, si culpa uacasset, hoc est, integra, & perfecta esset, non utiq; secundum, hoc est, noui Testamenti locus inquireretur: unde sequitur in Propheta, Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël: dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in

Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Vides legem nouam cordibus inscribi, cordibus, inquam, quæ Deus promittit per alterum prophetam: Dabo uobis, inquit, cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri: & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri. Hoc enim post promissionem baptismi ibi positum, postquã dixerat: Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis uestris, manifestè ostenditur, ad nouum Testamentum pertinere: quod, ut Paulus inquit, constat non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. unde sicut, ibidem Paulus ait, quod non eget epistolis commendatitijs ad eos, quos docet, aut ab eis: quia, inquit, epistola nostra estis uos manifestati, qd epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nos meritò dicere possumus legem gratiæ, Testamentumq; nouum non necessariò egere ullis literis: sed natura sua esse infusum cordibus per Spiritum sanctum: cuius tanta est efficacia, ut non putauerit Paulus eam aliter posse explicari, nisi diceret, Christianos epistolam esse Christi, hoc est in eis Christum descriptum esse in cordibus scilicet, & moribus fidelium, multò firmitus, quam uel literis, uel penicillo, in tabulis, quia, inquit, spiritu Dei uiui. Multò igitur minus in noua lege scriptura necessaria est, & post Christum, quam antè: cum tamen & antea sine scriptura constiterint apud homines diuine reuelationes non pauco tempore. At uerò Christum nihil scripsisse, nec mandasse quidem Apostolis, ut scriberent, certò credimus: non eis tabulas, sed Spiritum sanctum dedit: non scriptum aliquod eis præcepit tradere custodiendum, & legendum: sed prædicare, inquit, Euangelium, & docete omnes gentes: quod & ipsos diligenter obseruantes prædicasse quidem, superius ostendimus, post aduentum Spiritus sancti plenissimè, & quidem omnes: longè uerò scripsisse pauciores ex eis: & comparatione eorum, quæ prædicauerant pauca. unde & Paulus, qui in scribendo ceteros excessit, in scriptura prædicatione citat, & ad eam quodammodo mittit legentes. Notum, inquit, uobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, &c. & statim, Tradidi enim uobis, quod & accepi: & alibi etiam, Ego accepi à Domino, quod & tradidi uobis: in quibus illarum rerum breuem quandam recapitulationem facit, significans certè latius se illa tradidisse uerbo: de qua re superius multa diximus, præsentem igitur loco id duntaxat sufficiat: ut ex diuersitate hac temporum, & legum atque statuum populi Dei aperte agnosca-

Ezech. 36.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15.

1. Cor. 11.

2. Cor. 3.

Ad Gal. 2.

Ad Gal. 3.

Heb. 7.

Cap. 37. Euangelii, & legi gratiæ non necessariò scripta: sed infusa sunt cordibus: quo nomine à lege ueteri differt.

Hier. 31.

Ad Heb. 8.

Cap. 38.
Verborum
Dei quatuor
quidam gra-
dus, ueluti
genera eius.
1. Ioan. 1.

mus uerbum Dei, hoc est, manifestationem eius, & cognitionem rerum omnium, quas ipse nobis reuelare dignatus est ad salutem, non idem esse, quod scriptura: quandoquidem & sine illa fuit, & in noua maxime lege non omnino necessario eam exigit: imò uerò illud etiam constituit, tantò uerbum Dei dignius à Deo tradi, quanto remotius ab omni scriptura, imò etiam ab omni uocali uerbo: quando scilicet sola diuina reuelatione sine ulla imagine, & phantasmate, ab eo infunditur cordibus. Igitur ab illo æterno uerbo, quod Ioannes contemplatus tanquam perniciosissima aquila attigit dicit: In principio erat uerbum: (de quo & alibi loquitur, quod fuit ab initio, quod audimus, quod uidimus oculis nostris: qd perspeximus: & manus nostræ contractauerunt de uerbo uitæ) ab hoc inquam immenso, & incomprehensibili, & unico uerbo deriuantur plura quidem, & captui nostro proportionata diuina uerba: quibus scilicet seipsum, & reliqua omnia nobis reuelat: quæ merito dicere possumus illius uerbi quasi participationes quasdam, & ueluti semina: quæ cum mentes nostræ suscipiunt, atq; cogitationes suas, & affectus illis subiiciunt, non aliter se habent ad Deum, quam discipuli ad magistrum. Mane, inquit, Esaias, erigit mihi aurem ut audiam eum, quasi magistrum, & quodammodo deificatur, & hoc quidem pro gradu, & puritate cuiusq;: ita ut ab illo summo uerbo descendentes, quasi quibusdã gradibus occurrat nobis primò uerbum Dei in cordibus illorum, quos ad hoc elegit, scriptum: reuelationes scilicet prophetarum, in suis ipsorum cordibus à Deo infusa: secundo loco uerba prolata, de ijs qui corde tenebant, & ministerio uocis ad aliorum corda transmissa. hæc sunt doctrinæ & prædictiones prophetica, quibus non dubitamus Abraham suos docuisse: sicut ante illum Seth Adæ filias, & Noë, atq; ad eum ipse Adam: quibus similes in nouo Testamento Apostoli sunt: & uerbo primo ad fidem coeperunt trahere, & quos traxissent instruere. Quartum uerò, & ultimum gradum uerborum Dei scripta tenent, quæ cum uoces ipsas significant, & quasi absentibus edant, merito post illas ultimum locum tenent: à quibus ascendentes inueniemus quatuor quosdam uerborum Dei gradus, scilicet scriptura diuina, prædicatione prophetica & apostolica, reuelatio ipsa prius in eorum cordibus permanens, & super hanc uerbū ipsū æterni Patris, his omnibus uerbis nulla humana ratio, aut auctoritas æquari potest: sumus igitur his omnibus subditi, quare et si Christus euangelium scribi non iussit, ut diximus: sed quia postea ipso inspirante scriptum est ab his, qui in ecclesia auctoritatem obtinuerunt, certissimam habet auctoritatem uerborum Dei, sicut reliquæ scripturæ

Apostolica. Qua in re etiam & infirmitas nostra subuenit Deus, & gratiam nouæ legis humana consuetudine attemperauit: ut scilicet scriberentur quædam, & transmitterentur ad posteros. Si enim omnia sola interiori gratia ageret, quæ secretior est, & ipsi soli cognita: minus condescendisset Deus consuetudini humanæ, ut igitur humano more constaret euangelica prædicatione, addita sunt scripta humanis uerbis, & phrasibus, quibus originali, & prima lingua, qua ab auctoribus scripta sunt: & multò magis postea cum in diuersas gentium linguas transferrètur: non iam diuino spiritu, sed humana diligentia interpretantium: quamuis. 70. etiam spiritu Dei transfuisse August. non improbabiler opinetur: de quo non est nunc agendum. Habemus itaq; noui, & ueteris Testamenti libros, diuersos quidem, sicut lex, & euangelium distinguuntur. in illis ueteris Testamenti lex scribitur, quæ quasi pædagogus illius ætatis puerilis erat, ut Paulus inquit: in istis uerò noui Testamenti scriptum est euangelium, & quoniam lex in origine sua, & ortu scripta est, satis probabile esse credimus, nullam aliam traditionem diuinam necessariam fuisse instituendo illi populo post legem: cui cum umbræ tantum, & figuræ commissa essent, non erat, cur non omnia scriberentur: Dubia quidem, & ambigua habuit soluenda à maioribus: ceterum ita fuerant omnia præscripta tanquam seruis, tanquam paruulis: ut merito extra illa nihil ut à Deo reuelatū sit habendum. & quæuis non desint, quibus uideatur habuisse etiam illos traditiones, sine scripto de necessarijs ad salutem, & cultum. id nunc inquirere superfluum credimus: etiam si nullas habuerit lex illa, non inde sequitur, eas non esse, uel non conuenire in lege noua: illa enim ex sua natura, & in primo suo ortu scripta non fuerit: sed partim uerbo ab ipso filio Dei: partim interna reuelatione tradita. propter quod dicit Christus, Multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare modò, cum autem uenerit spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non est ab Apostolica prædicatione separanda scriptura nostra: nec ita restringenda nostra fides ad eam, ut nihil nisi scriptum recipiamus, & hæc est traditionum Apostolicarum origo, & auctoritas, nascuntur ex Apostolica prædicatione, & sunt dogmata fidei, & Dei cultus, prædicata ab Apostolis: de quibus Paulus uerissimè dicebat, sed & si uobis autem Angelus de cælo euangelizet, præter qd euangelizauimus, anathema sit, non dicit præter quod scripsimus. nihil apertius dici potest. Nam prædicationem ostendimus superioris fuisse pleniorè, & manifestiorem, sicut priorem scriptis: hac tradita esse alia, quam quæ scripta sunt. deinde grauisimorum patrum auctori-

Cap. 39. De
procedente
scripta est
esse Euange-
lij, & noua
legis quædam:
sed alia solo
uero tra-
dita.

Ad Gal. 1.

auctoritate, Dionysij scilicet Areopagitz, Ire-
 nazi, Cypriani, Basilij, Eusebij Cæsariensis,
 Tertulliani, Origenis, August. probauimus.
 Verbum Dei, siue sermo utrunq; complecti-
 tur, scilicet scripturam & traditionem: un-
 de frustra etiam Brentius calumniatur me,
 quod uerbum illud Petri, habemus firmio-
 rem propheticum sermonem, dixi, non de-
 sola scriptura intelligendum, quia sermone
 dixit, quod commune est scriptis, & nō scri-
 ptis sermonibus: & ait Brentius, hæc est clā-
 ra, & manifesta uerborum Petri deprauatio:
 sed audiamus quare. quia, inquit, hæc non
 possunt nisi de scriptura intelligi. Petrus e-
 nim cogitaneis, his scilicet, quibus scribebat,
 loquitur: hi uero non audierunt prophetas
 loquentes: solum eorum scripta habebant,
 sicut & ipse Petrus illa citat: habemus, in-
 quit, propheticum sermonem, falsè igitur,
 inquit, me hoc referre ad non scripta. at ego
 ingenuè dico uerbum illud uniuersalius ca-
 pi, quam Brentius dicat: non damnamus
 quem ille affert, ut Petrus ad scriptura
 prophetiam mittat audientes: sed hoc
 solum significari, nec ex contextu, nec ulla
 certa ratione fidei Brentius potest probare:
 nos igitur in scriptura sacra illum sensum
 magis amplectimur, qui capaxior est, atque
 amplior, qui plura complectitur modo ueri-
 tati, & contextui conueniat: hoc enim di-
 gnus est Deo, immensæq; eius sapientia, à
 qua est scriptura. Intelligo ergo, & fateor, me
 ita intellexisse, quum hoc scripsi, Petrum lo-
 qui de sermonibus omnibus, quos concio-
 nabatur, & de quibus ibi mentionem fece-
 rat, de transfiguratione scilicet Christi in
 monte, de uoce Patris audita: propterea di-
 xerat non indoctas fabulas secuti notam fe-
 cimus uobis Christi uirtutem, &c. de his igi-
 tur, & omnibus quæ docebat, inquit, habe-
 mus firmiorem propheticum sermonem,
 hoc est, quæ uobis loquimur, prophetica quæ-
 dam sunt: uox illa Patris, claritas Christi:
 deniq; quicquid aliud concionatus sum ad
 uos, habeo ex diuina reuelatione: quare pro-
 phetica sunt, & non humana: & huic conso-
 nat quod sequitur, cui benefacitis attenden-
 tes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso lo-
 co, donec dies illucescat: quod etiam magis
 consonat contextui, quia comparatiuū il-
 lud firmiorem, pro positiuo accipi intelli-
 gunt, qui phrasim Græcam considerant: &
 Augustinus ipse. Nō ergo dicit, firmiora es-
 se prophetarum scripta tantum: sed omnia,
 quæ docuit, firmam esse prophetiam. inter
 illa non dubitamus prophetias citasse, & de
 illis postea inquit, quod omnis prophetia
 scriptura propria interpretatione non fit,
 quanquam nonnulli libri, & certè plures eo-
 rum, quos habemus tantum habent omnis
 prophetia, ita quod in toto illo cōtextu nul-
 la fit mentio scripturæ. Est etiam phrasis scri-
 pturæ, habere sermonem Dei, habere pro-

phetiam, ad significandum quod à Deo ali-
 quid horum recipiatur. Hieremias, inquit,
 qui habet sermonem Domini, loquatur, &c.
 Et Paulus, cum conuenitis, inquit, unusquisq; ad Cor. 14.
 que uerbum psalmum habet, doctrinam ha-
 bet, &c. Itā igitur Petrus: habemus prophe-
 ticum sermonem de se suisq; confortibus di-
 cit. nō igitur habet Brentius, quod falsita-
 tis me arguat: aut quare prouerbio illo uti-
 tur cōtra me, semel malus, &c. Ego intelligo
 locum Petri, ut à uiris doctis intelligitur: &
 nullū alium sensum excludo. Satius fuerat
 Brentio sua attentè cōsiderare, & non aded
 præcipitem ferri in Scripturā sacra com-
 mendanda, ut excesserit limites oēs. Moy-
 ses, inquit, acceperat legem, & euangelium,
 & utrumq; scripsit: quod certè & falsum, &
 alienum est ab omnium patrum, & Ecclesie,
 atq; scripturæ sensu. A Moysē lex scripta est,
 de qua Paulus apertè dicit, lex autem subin-
 traui, ut abundaret delictum. non est du-
 bium in lege promitti euangelium, & qui-
 dem subobscuris uerbis, & factis propheta-
 rum: sed euangelium pertinet ad lucidam
 illam prædicationem præsentis iam Chri-
 sti, atq; gratiæ eius. Nunc autem, inquit Pau-
 lus, sine lege iusticia Dei manifestata est, te-
 stificata à lege, & prophetis. Hæc manifesta-
 tio est euangelium, de quo Paulus ait, quod
 uirtus Dei est in salutem omni credenti: qd
 temper à lege distinguit, alienum itaque est
 ab omni doctrina, & inconsideratè dictum,
 euangelium scriptum esse à Moysē, quod etsi
 non magnopere curandum putem, & uerū
 sensum habere possit, scripsit euangelium,
 hoc est, promissionem de Christi aduentu:
 sed in hoc loco ubi de scriptura ueteris, &
 noui Testamenti agitur, propriè loquendū
 est, & distinguendum euangelium, à lege, ut
 ostendimus Paulum distinguere, & legisla-
 torem ab euangelista. Sed iam audiendū,
 quam falsè, & iniquè mihi imponat Bren-
 tius, quod sophismatis puerilibus in re tam
 seria ludam: ubi ipse non sophismatis, sed
 præstigijs magis egit. Quia enim ego dico
 dogmata fidei non minus seruari posse in
 cordibus hominum, cum ita Deus seruari
 uoluerit, quam seruentur in tabulis, & papy-
 ro cōscripta: quod apertè dico, & manife-
 stè, cum cōtra eos assero credenda esse cer-
 ed dogmata quædam, quæ non sunt scripta,
 sed tradita: qualia sunt, quæ ad Sacramen-
 tum Ordinis, & reliqua Sacramenta, & sub-
 stantiam eorum pertinent, & plurima alia,
 de quibus postea. Cum itaq; dixerim esse do-
 gmata fidei extra scripturam scripta in cor-
 dibus non minus fideliter, non minus tena-
 citer, quam tabulis, ille sabellam narrans
 plusquam puerilè cuiusdam dicentis, Chri-
 stianam religionem fundatam esse in pan-
 niculis laceris, quia descripta est in papyro:
 ait me Scripturam sacram putare esse papy-
 rum corruptibilem. quid igitur dicemus

Cap. 40.
 Traditiones
 distinguere,
 scripturā ca-
 tholicā esse,
 nec quidquā
 inde detrahi
 scripturæ.

huic homini, certè hoc agunt in patria mea præstigiatores, & impostores: cum populis imponere cupiunt, & ad sua commoda trahere: ludunt ineptis fabellis, ut inter risus, & iocos non attendant simplices quò trahuntur: sic agit nunc Brentius, cum manifestè falsa manu impingat, quæ nec dixi, neq; quidem aliquid, unde eorum uel leuissima suspicio oriri possit, inter fabulas iocosas (inquit quasi ex meo nomine) Scriptura sacra cõtinetur membranæ, & ueteribus panniculis. Hæc putrescunt, ergo Scriptura sacra, & addit de me quanta est huius hominis impudentia! Imò uerò Brenti, non te pudeat, tam apertè falsitatis? ego Scripturam sacram uerissimè, & certissimè sententias ipsas à Deo in ea reuelatas intelligo: sed scriptas lingua, & stylo humano in tabulis, ultra hæc sunt dogmata inscripta cordibus, sine ullis literis, sine ullis humanis uocibus: & ut inquit Dionysius Areopagita, ea sunt, quæ sancti duces, ac præceptores nostri tradiderunt, & ex animo in animum medio interueniente uerbo corporali quidem, sed quod carnis penitus excedat sensus, sine literis transfusa sunt. Audis sine literis, & sine tabulis ex animo in animû. Hoc nõ est ridiculû: hoc non est puerile sophisma, distinguere uerbum Dei, & aliud asserere in scriptû tabulis, & atramento: & aliud infusum cordibus. Hoc Dionysius agit illo loco: hoc Chrysostomus ubi citauimus: hoc August. hoc res ipsa clamat. Est puerile dicere Abraham, & sanctos illos, cum quibus Deus locutus est, scilicet & purius sine scripturis diuinas reuelationes habuisse, q̄ qui ex scripturis habent quod dixit Chrysostomus: Est puerile cum Augustino dicere, literas sacras iam scriptas machinas esse, quibus charitatis ædificiû perficiatur in cordibus nostris, quæ cum plena fuerit, iam literæ necessaria non erunt, atq; sine illis perfectus Antonium, & Paulum in desertis scilicet quæ uixisse, quàm alij cum libris? Hi patres oēs distinguunt uerbum scriptum literis à uerbo infuso cordibus, hoc non est puerile, hoc non est Scripturam sacram esse membranâ, sed est credenda esse, & diuina habenda dogmata quædã, quæ in Scriptura sacra scripta non sunt, cordibus fidelium commissa. De quibus Paulus illud dixit. De quo in catholica nostra assertionem satis sumus locuti, Quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmenda fidelib;

hominib, qui idonei erunt alios docere, nõ ait, quæ scripsi, tu transcribe, & trade, sed q̄ audisti commenda. Asserimus igitur falsissimè nos dicere, Apostolos scripsisse omnia, quæ docuerunt, hoc inquam dicimus esse contra ipsam scripturam, contra patrû omnium sententiam à uobis dictum, sine ulla ratione, sine ulla auctoritate, diuinatione quadam. Quando itaq; de hoc agimus, & distinguimus dogmata scripta à non scriptis, non ludimus sophismatis, sed serio agimus, & serio uos falsum dicere auctoritate patrû confirmamus, cum omnia credenda scripta asseritis. Hoc, si uerum putas, erat tibi Brenti confirmandum, & nõ confugiendum ad aniles fabulas, & præsumpta, atq; conficta conuitia: reuersus, de me inquis, fuerat fortassis paulò antè à synodo puellarû monacharum: & inter hæc non pudeat etiam te dicere traditionarios, aut sicut inquis, si breuiori uocabulo delectaris, traditores: atq; alibi Talmudicos esse eos, qui extra scripturam dogma aliquod suscipiunt: & deinde audes perfricata fronte dicere contra traditiones, quod Irenæus scribit hæreticis fuisse solenne: cum urgerentur scripturis, ad traditiones confugere. Citas locum ex tertio libro, quem agnosco, sed à te apertè detortû: nam in his, quæ citasti, uerbis, refert illos ad traditiones confugere, cum reprehensione scripturæ: Quasi inquit ille, non rectè habeat scripturæ, nec sint ex auctoritate, eas accusant. Hoc nos non agimus sed scripturæ omnem auctoritatem discretis mescimper tribuimus. Nam eodem loco eos arguens ostendit, ad quâ traditionem confugeret: Hanc, inquit, sapientiam non per literas, sed per uiuam uocem traditam uniuersisq; eorum esse dicit, quam à semetipso adinuenit fictio nem. Hanc traditionem asserere hæreticorum esse dicit Irenæus: nam post quadam etiam uerba eodem capite eosdem reprehendit, quòd Apostolicam, & certam traditionem, non agnoscunt. Inquit enim eodem capite, ex quo alia citasti, & parum post ea quæ dixisti. Ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successiones presbyterorum in Ecclesijs custoditur, prouocamus eos, quæ aduersantur traditioni. Dicent se non solum presbyteris, sed etiã Apostolis sapientiores, sinceram inuenisse ueritatem: & tandem ita concludit, Euenit itaq; nec scripturis, nec traditioni consentire eos. Aduersus tales certamen nobis est dilectissime, q̄ more serpentium lubrici undiq; fugere conantur, &c. Vide itaq; quàm longè ab illis simus qui traditionem & scripturam negant nos, qui utrumq; confitemur. Sed quod magis ostendit apertè te imposuisse Irenæo: cum uerba eius, quæ citas in cõtrarium sensum, quàm ille accepit, torquens: sequens caput eiusdem libri est: in quo apertè traditiõnem Apostolorum in toto orbe manifestatam in

Cap. i. lib. de Eccles. Hierarchia.

cap. i. lib. de Eccles. Hierarchia.

stolum hæc ipsa dictavit, maximè uerò hic locus. Sit illi August. imperitus, qui tanto labore, tot libris primum caput Genesios conat⁹ est intelligere, & uix aliud efficit quàm inquirere, & dubitare. Sint deniq; illi Basilii, & Gregorius tam magna lumina Ecclesiæ imperiti, de quibus refert Rufinus, quòd tredecim annis in monasterio, reiectis omnibus alijs secularium Græcorum libris, solum diuinis Scripturis operam dabant, earum intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis inquirentes. Hæc omnia puto contempturum esse Brentium, qui imperitos reputat, quibus in scripturis uel aliquoties occurrit obscuritas. Igitur dicamus illi apertè, quæ citat de scripturæ splendore, & perspicuitate, pijs, & humilibus nostra confirmant, qui non dicimus omnia in scriptura obscura esse, sed quàm plurima manifesta, & quidem quæ maximè pertinent ad salutem: sed sunt etiam non pauciora obscura, quibus tamen nihil impediuntur à salute sua ueri fideles: quoniam, cum ea non intelligunt, humiliantur, & deferunt honorem Deo, & pro his, quæ intelligunt gratias agentes, & agnoscentes ex eius dono esse: uel inquirunt, cum opus est, aut illis uacat à doctoribus humiliter interrogantes, à Deo instantè orantes, atq; ita perueniunt ad intellectum, uel cum nondum perueniunt, aut ad id perueniunt, quod nõ satis est certum, continent se in his, quæ certa fide iam constant, expectantes illud sibi in posterum reuelari, iuxta uerbum Pauli, Si quid aliter sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus: in eadem permaneamus regula. Ita se exercent inter obscura, & aperta scripturæ ueri filij Ecclesiæ in omnibus semper proficientes fide, spe, & charitate, & ad maiora anhelantes. Habent uerbum Dei tanquam lumen, quo illustrantur, Lucerna pedibus meis, &c. Et tamen clamant: Reuela oculos meos, considerabo mirabilia de lege tua: Et iterum, Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est anima mea. Et cum magis hoc egerint, magis Scripturæ sacræ agnoscentes immensitatem, orant, Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Vt de Scriptura sacræ uerissimum sit, quod de Deo sapiens inquit, Quis inuestigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciat? Aut quis adjiciet enarrare misericordiam eius, &c. quæ ibi loquitur: quæ meritò scripturæ conueniunt, de his enim ipsis Dei perfectionibus, & magnitudine sublimiter loquitur. Et illud maximè, quod ait ibidem, Cum consummauerit homo, tunc incipiet. Et quidem cum in omni, quæ uel ex parte aliqua uera est sapientia, certissimum sit uerum profectum esse, cum quis hoc unum incipit scire, quod nescit: id maximè in sacrarum scripturarum profundi-

tate necessarium est. Quarum August. ardentissimus amator, & studiosissimus: Tanta est, inquit, Christianorum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usq; ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere. Et quoniam hunc locum adduximus, non sunt omitterenda, quæ sequuntur: quibus, quæ dicta sunt maximè confirmantur. Cum enim tantam difficultatem scripturarum ostendisset: statim ne quis frangeretur animo, sic inquit, Non quòd ad ea, quæ necessaria sunt salutem, tanta in eis perueniatur difficultate: sed cum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua pie, rectèq; non uiuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant: tantaq; non solum in uerbis, quibus ista dicta sunt, uerumetiam in rebus, quæ intelligenda sunt, latet altitudo sapientiæ: ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimisq; cupiditate discendi hoc cõingat, quod eadem Scriptura habet. Cum consummauerit homo, tum incipiet. Vides isaq; quàm certissima sunt, quæ circa hæc diximus, & quàm sit arroganter dictum, quod imperitis occurrit aliquoties non nulla obscuritas in scriptura. Hæc enim sunt Brentij uerba, cum nimium uoluit condescendere nostræ sententiæ, qui magnam difficultatem, & obscuritatem scripturæ fatemur. De qua re liber etiam confessionem Augustini refert, cum enim non semel suam confiteatur ignorantiam in rebus quamplurimis, ad Hieronymum, ad Orosium, ad Petrum presbyterum, sic ait, Ianuario respondens: Tantum absum ab eo, quod putasti, nihil me latere, ut nihil in epistola tua legerim tristius: quia & apertissimè falsum est, & miror, quia hoc te latet, quòd non solum in alijs innumerabilibus rebus multa me latent, sed etiam in ipsis sanctis scripturis multò nesciam plura, quàm sciam. Hæc tantæ modestiæ, & ueritatis uerba quàm apertissimè Brentium falsitatis, & immodestiæ condemnant. Quid rogo, nocuit Augustino, quid eius detraxit salutem ignorantia tanta in scripturis diuinis? Imò quod magis mirandum est, nec sapientiæ, quam maximam in eo semper tota cognouit Ecclesia, non solum nihil detraxit: sed ostendit potius eum uerè sapientem esse, dicente Paulo, Qui se putat aliquid scire nondum scit, quomodo oportet eum scire. Sed quam sibi constet Brentius, & sui omnes in hac re, ostendit, quòd in hoc eodem capite, de scriptura loquitur aduersus Patres, & Concilia. Negari, inquit, non potest, quin in Patribus sint sui errores, & alienæ à sensu scripturæ interpretationes. Hæc sunt eius uerba, quæ & postea cõfirmare nititur ex diuersitate expositionum Patrum, cui superius respondimus, & latius adhuc respondimus:

Lib. 11. Ecclesiæ
sistitæ, ca. 9

Philip. 3.

Ecclesiæ. 18.

Epistola ad
Volustianum.

Epistola ad
contra Priscil.
scilicet Orosium
genitum libri
de origine

Epistol. 119
cap. 21.

1. Corint. 8.
Cap. 43.

Quòd mania
feste Brentius,
& suis
bi contradicant,
dicent
apertè esse
scripturæ, et
præcipuos
articulos eius
circa ois
illos reprehē
dentes aliorum
doctorem
sensum.

debimus:

debimus: tamen ubi ait, post aliqua exem-
 pla eorum. Longū, inquit, est singulos per-
 currere: adnotemus etiā quēdam loca scri-
 pturæ, in quibus interpretatio Patrum repu-
 gnat: & quibusdam adductis, de quibus su-
 perius aliqd diximus, Quam igitur inquit
 interpretationem agnoscemus? Et Conci-
 lia errasse frequenter dicit, nec Nicæno Con-
 cilio omnium probatissimo parit: Primo
 enim capite de officio principū, cum patres,
 ait, Nicæni Concilij definiērent, Christum
 Dei filium æqualem esse Patri, Christus fuit
 in medio eorum, quia tunc non secuti sunt
 suas opiniones, sed sententiam Spiritus san-
 cti. Cum autem postea iudicarent eos, q̄ pro
 fessi Christum, ad militiam redirēt, dignos
 damnatione: damnarunt legitimam mili-
 tiam, quam Ioannes Baptista probauerat.
 Ostendemus postea falsissimē hoc dixisse
 Brentiū. Nūc interim satis est, ut audiamus,
 quod in intelligenda scriptura etiā Nicænū
 Concilium errasse dicit, cui & postea plus de-
 trahit, sed de hoc aliās. Id dūtaxat ex his col-
 ligamus quantū sibi constet Brentius, & om-
 nes sui, quum hinc dicunt scripturā per se
 apertam esse: & imperitis occurrere forte
 obscuritatem, & frequenter Patres pugnan-
 tes expositiones attulisse, & tam ipsos, quam
 Concilia errasse in eorum intellectu. Aut
 igitur oēs erāt imperiti: aut scriptura in sese
 difficilis est intellectu, circa quam intelligē-
 dam tot, tantiq̄ uiri iudicio Brentij errarūt.
 Eodem etiā uicio laborat, cum in hoc ca-
 pite conatur probare præcipua capita do-
 ctrinæ Christianæ nota, & manifesta esse. Il-
 lum igitur audiamus: Quatuor dicit hæc
 esse præcipua capita, Decalogum, Symbolū
 Apostolicum, Orationem Dominicā, & Sa-
 cramenta: De singulis uerō sic probat, quod
 aperta sint: Decalogus, ait, continet omnia,
 quæ à nobis faciēda, & mittēda Deus exi-
 git: quæ manifestē explicātur in literis Pro-
 pheticis, & Apostolicis: Vbi uide iam, ut si-
 bi ipsi contradicat. Si Decalogus est apertus,
 quomodo circa primum & ultimū præce-
 ptum de unius Dei dilectionē, & prohibita
 concupiscentia clamant errasse longo tem-
 pore doctores omnes in Ecclesia: & ex illis
 probari asserunt concupiscentiæ motus pec-
 cata esse damnabilia contra hæc præcepta:
 atq̄ propterea manere in baptizatis peccatū
 originale, contra patres omnes clamant? De
 qua re confessio, quam Brentius defendit,
 sic habet. Quod aliqui docent peccatum re-
 manens post baptismum in homine nō esse
 natura sua uerum peccatum, existimamus
 perniciosiorem esse errorem, quam uulgus
 hominum iudicat. Vulgus itaq̄ sumus illis
 Catholici omnes: sed hæc omittamus. Illud
 solum dicamus, quomodo obscurus nō est
 Decalogus, circa cuius intellectum omnes
 alios reprehendunt? De Symbolo Apostoli-
 co ait, quod omnes articulos fidei continet,

& uniuersam Euangelicam doctrinam, &
 quod habent singuli articuli in scriptura a-
 perta, certa, clara, & perspicua testimonia:
 Sed ut omittamus interim innumeros anti-
 quos errores, propter quos oportuit in di-
 uersis Concilijs latius multo explicari Apo-
 stolicum symbolum: de natura ipsa diuina,
 & personis cōtra Ariū, Sabelliū, & Macedo-
 nium: de creatione rerum omnium à Deo,
 contra tot portentosa antiquarum hæresum,
 Valentiniani, Marcionis, & denique Mani-
 chæi: de incarnatione Christi contra Apol-
 linarium, Nestoriū, Eutychem: de relurre-
 ctione carnis, & cæteris omnibus. Ut igitur
 hæc omittamus: quorū declaratio uisa est
 Patribus necessaria ad salutem, ea ipsa, quæ
 uos noui oēs doctores mouetis contra Ecce-
 siam, & Romani Pontificis primatum, circa
 uerba illa, Credo sanctam Ecclesiam catholi-
 cam, turbant & confundunt eos, qui uos au-
 diunt, reprehendentes Catholicorum oīum
 sensum. Similiter quæ de remissione pecca-
 torum, bonisq̄ operib. & mercede uitæ æter-
 næ docetis. Circa hos articulos reprehend-
 unt Catholicorū omnium sensum, ut non
 possint, si uestrum iudicium audiatur, hæc
 non esse dubia, & obscura. Sed quod circa Sa-
 cramenta dicit, maxime miramur, quod sci-
 licet duo sint à Christo instituta, Baptismus,
 & Cæna Domini: & hæc nihil habeant ob-
 scuritatis: nisi quam sophiste, inquit, impo-
 tunis disputationibus, & impijs deprauatio-
 nibus inferunt. Vbi primum nos e contra di-
 cimus, non duo tantum, sed septē esse sacra-
 menta, quæ Ecclesia omnis docet, quæ ab o-
 mnibus certa fide agnosceda sunt. Ea om-
 nia, ritusq̄, & cæremōnias, quibus tradun-
 tur, ab antiquis patribus, non à sophisticis,
 & Asocticis cognita fuisse, ut tradita ab Apo-
 stolis. & habemus horum omnium certis-
 sima testimonia, quibus confirmamur, & su-
 mus parati usq̄ ad sanguinem hæc defende-
 re: certi hoc nobis ad salutem profuturum,
 imō necessarium esse. Qua ergo temeritate
 Brentius clamat certa esse, quæ ille iudicat
 certa, non tantum contra omnes theologos
 trecentorum proximorū annorū: sed con-
 tra antiquissimos etiā Apostolis proximōs,
 quorū nos asserimus testimonia quamplu-
 rima, & quidem à multis alijs copiosius, &
 pauca à nobis, sed quæ sufficere possent, ad-
 ducta sunt in nostra catholica assertione?
 Quomodo igitur præter summā temerita-
 tem possunt à Brentio certa omnia, & mani-
 festa circa hæc dici: in quibus aliquando a-
 perte ipsi antiquam Ecclesiam reprehendūt.
 Nam in capite de Baptismo, inquit: manife-
 stum esse, usitatum in Ecclesia fuisse exter-
 num Chrisma: sed tamen esse abrogatū, cū
 elementis mundi: de quibus Paulus inqt. Si
 mortui estis cum Christo ab elementis mū-
 di, &c. Et oēs alios ritus Baptismi audent o-
 tiosos dicere, quos Patres cum multa uene-

Ad Gal. 2.

Cap. 4. 4.
 Quam ini-
 que B. Catho-
 licos oēs dā-
 net Episco-
 pos, & circa
 sensum scri-
 pturæ reij-
 ciat, & suos
 recipiendos
 asserat.

ratione suscipiunt, confirmantes etiā ex eis dubia fidei. Meritò igitur & sibi contradice re, & intolerabili arrogantia laborare cōiunctur, qui cū tanta damnent in doctrina Ecclesiæ, quæ ab omnibus superioribus ætatibus probata sunt: asserunt nihilominus scripturā maximè circa præcipua capita religionis apertam esse. Quod si cætera, quæ in hoc loco Brentius loquitur, uel tantillum consideremus, multò apertius hoc ipsum ostendunt. Distinguit igitur ille inter pios, & nos, quotquot hæc, quæ diximus, contra eos defendimus. Ait, pios quidem, etsi circa hæc præcipua capita aliquid obscuritatis inueniant, etiā si ineruditi sint, certas habere res ipsas, & à Spiritu sancti unctiōne edoceri, de reliquis, nos uerò oēs illos esse, quorū princeps huius seculi excæcavit mentes: ideoq; relinquendos esse, & nō audiendos, sed hoc solū restare affirmat, ut, quod in ueteri lege factum est, id nunc fieri credatur. Quem admodum enim, inquit, Deus gubernauit populū Israël: ut & antequā haberent reges in summis periculis, excitaret iudices, q̄ populum uindicarent ab iniuria hostium, & post reges Prophetas etiā, qui uiam euadendi demonstrarēt in extrema necessitate: sic nunc gubernat Ecclesiam: & q̄ defecit ordinaria successio sacerdotum (sic enim dicit) & putat Brentius se superius probasse ordinarios successores Apostolorum inimicos esse, & persecutores Ecclesiæ. Atq; ideo hoc quati certò constituto, ait, nūc Deum ad gubernandam Ecclesiam heroam quempiam siue ecclesiasticum, siue politicum, ut uocat, excitaturum, qui tenebras discutiet, & hostibus obliſtet. Hæc igitur est ultima Brentij de scripturæ perspicuitate resolutio: hæc ratio confirmandi suos, & armandi aduersus nos oēs. Paucis igitur ea consideremus, ut quanta ratione in re tam graui Brentius sententiam ferat, agnoscamus. Posset iustè primò ab eo peti, qua auctoritate hæc faciat: aut quis illum constituerit iudicē in hac causa, in qua de tota religione, & salute æterna omnium agitur: sed hæc omittamus. Quod igitur inquit, pios doceri unctiōne Spiritus sancti, etiā si imperiti sint, de rebus ad salutē necessarijs, q̄ maximè probamus: quos Deus uera pietate donat, quos agnoscit oues suas, non permittit errare, uel diutius in errore persistere: & quamuis multa ignorent, cū tamen à magisterio Christi nō discedunt superbe, & pertinaciter, non imputatur illis in peccatū ignorantia manentibus in Ecclesia. Quo argumento nouitas hæreticorū maximè arguitur, si enim multa præter peccatū ignorantur, si cognitis præcipuis capitibus fidei, ut Brentius inquit, aliarū rerum ignorantia, de quibus, cū opus est, à Spiritu sancto instruuntur, non impedit salutem: cur non melius consuleretur Ecclesiæ, & præcipue simplicib. si nihil moueretur contra an-

tiqnam illam fidem, quam in Ecclesia constat semper habitam? Clamēt illi, quantum uolent contra Sanctorū inuocationē, & sacrificium altaris, atq; purgatorium: certè illud constat, tutius in antiqua fide manentes consistere, cū non dubitante, nihil his honori Christi, & plenitudini meritorū eius detrahi: etiam si in hac persuasiōne (quod nullo modo credimus) aliqd erroris esset. Si illa præcipua capita satis sunt ad salutem, cur non permittit Brentius, & reliqui sui, quiescere in gremio Ecclesiæ pios, & ineruditos homines? Nam q̄ Brentius nos oēs, qui contra eum sentimus, impios affirmat, & excæcatos, est ante uictoriam triumphū agere. Illud certum est, nullum, qui ab Ecclesia recedit, pium esse: nullum, qui non eam, quam Christus instituit usq; ad finem seculi immobilem, & manifestam agnoscit. Et ut de his non plura dicamus, quem iustius putabimus excæcatū, qui lucernā, quam Christus abscondi non posse dicit, nō uidet, atq; ideo asserit defecisse, uel qui hanc agnoscens quædam alia circa doctrinam fidei, uel ignorat, uel de illis ita dubitat, ut non propterea ab Ecclesia uelit discedere? de qua re plenius, dante Domino, ultimo loco agemus. Iactant se edoctos à spiritu, illustratos à uerbo Dei, & interim, aut nulla, inquit, fuit Ecclesia multis præteritis seculis, & nunc etiam: aut abscondita mansit sine sacerdotibus, & ministris Christi, sine suæ fidei manifestatione. Hæc est lux Brentij, hi sunt illi pij, & unctiōnem habentes à Deo. Sed de his superius satis, Quæ nunc diximus propter hanc, de qua se iactant, lucem. Nam quod sequitur, quod Deus permittens successores oēs ordinarios Apostolorū deficere, excusaret heroam aliquem uel ecclesiasticum, uel politicū, quid aliud est, quàm adulatio manifestissima? Lutherū fortè dicet esse hunc ecclesiasticum heroam: nisi fortè se malit, nunc apud suos hunc haberi, quæ multò est maior arrogantia. De temporali uerò, siue politico, quem uocat, quid aliud est, quàm suo domino, illustrissimo Duci blandiri, & adulari, ut seducat, cū Brentius his, quos Deus ex lapidibus suscitatur, auctoritatem à Deo datam ostenderit in totam Ecclesiam manifestis illis miraculis, quibus aut Iosue, aut Gedeon, & similes suam missionem, & auctoritatem confirmarunt, adhibenda esset ei fides? Cæterum nemo sibi hanc auctoritatem præsumere etiam in ueteri populo ausus est, nisi Theudas ille, aut Iudas Galilæus, de quibus in Actis Apostolorum scriptum est: multò uerò minùs nunc id à quo uis præsumendum est: ed maximè, quod certissimè auctoritas ministrorum Christi usq; ad finem seculi certa promissione Euangelica confirmata est in Ecclesia. Et, quod nec Brentius negare potest, etiam si illi sint mali, audiendi sunt: & per eos Deus efficit, ad quod

quod ordinati sunt. Ergo docet per eos Ecclesiam, uerbum suum, & Sacramenta ministrat. Quare intolerabilis est hæc tanta asserendi ut certissima, quæ tam dubia, & reuera falsa sunt, audacia. Quæ reiecta, sit nobis hoc certissimè constitutum, scripturam dubiam esse, & sæpius in Ecclesia circa intellectum eius oriri controuersias, & hoc asserimus Catholici ad Ecclesiam referendum esse, & eius expectandam sententiã circa scripturæ sensum: cuius etiam sententiã ipsam scripturã nos suscepisse fatemur. Et de hoc quidem agendum est postea, quod attinet ad Ecclesiæ auctoritatem. Nunc tantùm de scripturæ sacræ dignitate loquamur. De hac igitur præcipuè criminatur me Brentius. Sacrosanctam, inquit, Scripturam subiicit traditionibus, Patribus, & prælatorum Concilij: hoc est, diuina oracula humanis sententijs, & decretis. Citat dixisse quendam, scripturam si destituatur auctoritate Ecclesiæ, ualere sicut Fabulas Aesopi. Hoc nos nõ diximus, nec certè gaudemus simili comparratione, quamuis si Catholicus aliquis hoc asseruit, ad id fortè referri uoluit, quod Augustinus contra epistolam Fundamenti dixit, Si de auctoritate Ecclesiæ inciperem dubitare, uel illi in aliqua re non credere, multò magis tunc de auctoritate scripturæ dubitarem: quam Ecclesiæ auctoritate suscepi. Dicit aperte Manichæis: Si non crederem Ecclesiæ dicenti mihi, uos esse hæreticos, mox dubitare inciperem de scripturæ auctoritate, & etiam si in ea legerem Manichæum esse Apostolum Christi, non crederem: quia, inquit, cui credidi dicenti Manichæum esse hæreticum, eidem credidi tradenti scripturam sacram. Quare si de altero cœpero dubitare, de utroq; dubitabo. Hæc est Augustini sententiã eo loco certissima quidem, & manifesta ita ut nec à Brentio negari possit, si Ecclesiæ non tribueret auctoritatem Augustinus, nec libris canonicis tribuerit. Dicamus igitur modestiùs: sine auctoritate Ecclesiæ Scriptura sacra auctoritatem non habet, hoc certissimè fatemur. Est igitur nobis respondendum criminationibus Brentij qui clamat, quod sit summa irreuerentia in sacram Scripturam, & Deum ipsum. Simile peccatum irrisioni Christi, cum Iudæi, & milites genua flectentes, & salutantes, Aue rex Iudæorum, eum percutiebant. Nam quod dicimus, Scriptura sacra est reuelatio Spiritus sancti, genua flectere, inquit, est: quod autem postea dicimus pendere à Patribus, & Concilij, aliam est impingere. Hæc sunt iniuriæ summæ, quas nos Scripturæ sacræ inferimus: à quibus ut Brentius eam uindicet, dixit, quæ audiuius, & multa alia, de quibus postea, his nunc pro Scripturæ sacræ auctoritate, & maiestate, cui nullo modo contradicimus, est respondendum, nec multis. Primò dicitur illud dicimus, quod hæc ipsa duo, quæ nos

asserimus, Ecclesiam habere potestatem Scripturam sacram nobis proponendi, ipsamq; & dubia fidei interpretandi, & definiendi, diserte, & dilucidè in confessione sua Brentius, & Vuirtenbergenses confitentur. Capite enim de Ecclesia inter quædam, quæ ei tribuunt, numero sexto, & duobus sequentibus sic dicunt: Confitemur quod hæc Ecclesia habeat ius testificandi de sacra Scriptura, iudicandi de omnibus doctrinis, & interpretandæ scripturæ. Nunc igitur ab eis quarimus, cur quæ fatentur in nobis impugnant? Si Ecclesiam habere auctoritatem dandi & interpretandi scripturam, est scripturã subdere Ecclesiæ, & iudicij hominum, illi ergo subiiciunt scripturam humanæ auctoritati. Quod si hoc non est, cur nobis hoc imponunt, qui non aliud quàm hoc ipsum asserimus. Rursum si scriptura non est ambigua, si sufficiens modus est exponendi scripturam per scripturam, & per unctiõnem Spiritus sancti: frustra Ecclesiæ datur hæc auctoritas, quæ non est necessaria. Quid est, rogo, Ecclesia habet ius interpretandi scripturam, & iudicandi de omnibus doctrinis, & scripturam sufficienter per seipsam exponi, & unctiõnem Spiritus sancti? Hoc uerius dicemus in uos, quod de nobis dixistis irrisoriè. Ecclesiæ datis hanc auctoritatè, ut sic placetis pios animos, quidam olim Pelagiani faciebant concedentes baptizandos pueros in remissionem peccatorum, & gratiam Christi necessariam, postmodum reuera negantes omnia, sic uos hoc Ecclesiæ tribuitis, & coram ea genua flectitis, salutantes ipsam Christi, & ius hoc illi permittentes. Postea uerò negantes ullius humani iudicij auctoritati credendum esse, circa sensum scripturæ percutitis illam, & infirmorum conscientias. Et uide quanto dolo hoc agunt in sua confessione Vuirtenbergenses: cum enim uident ex hac auctoritate Ecclesiæ se posse teneri, quod effugiant, omnemq; humanam auctoritatem euadant: mox Ecclesiam hanc incertam, & dubiam ita efficiunt, ut nunquam possit dubium esse circa fidem et religionem: quin de Ecclesia sit dubitandum. De qua re superius multa dicta sunt, ibi inquit est Ecclesia, ubi synceriter prædicatur euangelium, & ritè administrantur Sacramenta. Et iam ex supradictis perspicuum est, Ecclesiam illam, contra quam nõ præualent portæ inferi, incertã, & soli Deo cognitã ab illis definiri: ita scilicet, ut iura illa, quæ Ecclesiæ dant testificandi & interpretandi scripturã, quæ nõ conueniunt nisi ei, quæ superari à sathana nõ potest, uana sunt, & cassa: dum nulla est Ecclesia nobis cognita, cui hæc conueniant. Nõne hoc est similius irrisioni Christi, quod in eius Ecclesiam facitis? habet ius interpretandi scripturã, dicitis: & tamen à nullo homine cognosci potest interpretatio. Hæc, rogo, & testificatio de li-

Cap. 45.
Quam ini-
què calum-
niatur nos,
& imponat
Brentius: q
scripturam
subijciamus
humane au-
thoritati,
cum nõ aliud
dicamus,
quàm quod
Patres etiam
ipsi fatentur.

Cap. 46.
Conuincit B.
et suos, quod
irrisoriè, &
frustrã Eccle-
siæ auctorita-
tè tribuat e-
senti de li-
bris canoni-
cis, & sensu
eorum.

bris canonicis, cui fit? Deo, hominib. aut Angelis? Cui est necessaria? Hominibus credo: nam Deo, nec Angelis, non est scriptura. At uerò frustra interpretatur hominib. à quibus cognosci non ualet: imò ut apertius dicam, necesse est Vuirtenberghenses aut nullam certam habere scripturam sacram, aut certam agnoscere ueram Ecclesiam: illa habet eis contentibus auctoritatem testificandi de scriptura: sine eius ergo testimonio temerè suscipitur scriptura aliqua, ut diuina. Si ergo Ecclesia, quæ deficere non potest, prædestinatorum est cōgregatiō, si soli Deo cognita, nullius ueræ Ecclesiæ testimonia habetis de libris sacris. Quomodo enim testimoniū alicuius certum haberi potest, si ille ignoretur? Vera igitur irritio est quicquid de libris canonicis iudicatis, quum nullam agnoscat Ecclesiam, quæ non erret. Si errat Patres, si errant Concilia, ut dicit Brenti, dubiū est quicquid de libris certò, & indubitater pro canonicis habendis, de quibus in ueteri, & uera Ecclesia nunquam est dubitatū, dicit. Nam cum ille etiam ueram Ecclesiam electorum tantum, & prædestinatorū congregationem affirmat esse, de quo superius dictum est, incerta est illi uera Ecclesia, quo fit, ut etiam libri canonici sint ei incerti: siquidem non nouit ille ueram fuisse Ecclesiam, quæ illos recepit, nec ullam ueterem Ecclesiam, quæ nō in quibusdam errauerit, agnoscit. Quomodo non dubitandum est illi, de libris canonicis? Sed hunc locum inferius commodius explicabimus: Nunc hæc satis sit annotasse. Ex quibus ostenditur, quàm inconsideratè illi agunt, qui Ecclesiam, & scripturam ita distinguunt, quasi alterius auctoritas alteri detrahat, ut Vuirtenberghenses uidentur agere. Si enim dixerimus Ecclesiam iudicare debere de dubia expositione scripturæ, statim inferunt iniuriam fieri scripturæ: cum reuera hæc duo ita coniuncta sint, ut alterum in altero, qui rectè querit, semper inueniat: nisi quòd ut ostensum est, Ecclesia est antiquior scriptura, & eius auctoritate nobis est tradita. Quomodo uerò hoc non sit scripturam Ecclesiæ subijcere, dicendum est, ut Brentio sãtis fiat manifestè. Nos certissimo habemus, quod omnis reuelatio, quæ à Spiritu sancto procedit, subijcit sibi Ecclesiam. Quidquid enim uel uerbo, uel scripto Deus loquitur, superius est omni intellectu, & omni humana, & Angelica ratione: Scripturam uerò sacram ostendimus à Spiritu sancto scriptam esse: non itaque dubitandum est, quin illi Ecclesia sit subdita. Hanc sententiam semper tenuerunt, & quantum sunt Catholici, qui æqualis uolunt auctoritatis esse Ecclesiam, & scripturam: & quidam plus tribuant Ecclesiæ, nihil putantes detrahi alteri ex alterius excellentia: maxime quum quicquid scriptura, uel Ecclesia habet, totum sit à Spiritu sancto, qui inter eas, prout uult,

diuidit auctoritatem. Hoc nonnulli asserunt quos non damnamus, quia hoc sentiunt non damnantes etiam eos, qui aliter sentiunt, sed nobis multò magis contrarium placet, uel hac sola ratione, de qua diximus: quia Spiritus sanctus reuelat, & dat Ecclesiæ Scripturam sacram: quare non potest non illi subdita esse, si enim Paulus super ipsius prædicationi subditus erat, si ea ipsa, quæ per os eius Spiritus sanctus loquebatur Ecclesiæ, illum ita obligabant, & tenebant subditum, quia erant à Spiritu sancto reuelata, ut merito ille dixerit, Licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet, præterquam quòd euangelizauimus uobis, anathema sit. Quomodo non omnibus fidelis, & tota Ecclesia eidem subdita est, siue uerbo solo, siue scripto reuelata sint? quod si ita est, si certissime Ecclesia subdita est scripturæ, quomodo illi ius tribuimus testificandi, & interpretandi scripturam, nisi quia hoc non ut superior scriptura facit: sed ut subdita? Cum enim Vuirtenberg. in capite Ecclesiæ dixissent, Ius hoc, quod Ecclesiæ damus, non sic intelligendum: quòd habeat liberam potestatem uel mutandi scripturam uel noua dogmata fidei condendi, aut nouam religionem, & nouum cultum Dei statuendi: hoc nos maxime probauimus, ostendentes hoc esse certissimum, & à nostris etiam recentioribus doctoribus, & nominatim à Thoma assertum. Ex quo etiam illud aperte sequitur, quod ibidem affirmant, & nos laudamus, Ecclesiam agnoscere uocem sponsi sui in libris canonicis, & habere certam regulam, iuxta quam obscura interpretatur, & dubia definit: Prophetica scilicet, & Apostolica prædicationem. Hæc certissima, sunt non quia Ecclesia uult, auctoritatem dat scripturæ: sed Deus potius hoc agit, dans eam ut reuelationis propriæ Ecclesiæ, quod illa agnoscens subijcit se reuelationi, & testificatur nobis, se hic agnoscere, & certa fide intueri uerba, & Spiritum sponsi sui. Et rursum, cum de sensu huius scripturæ dubium est, non quòd sibi placet definit Ecclesia: sed quod ex illa regula prædicationis Propheticæ, & Apostolicæ certum habet, id definit, ostendens filiis suis hunc esse sensum sponsi sui. Itaque semper subdita manet Ecclesia scripturæ, ut ipse Spiritus diuino, & reuelationi eius: & tamen nobis dat ipsam scripturam, & explicat illam: Hoc est subijcere scripturam humano iudicio? Quis hoc dicat, nisi qui obstinato animo decreuit omnibus contradicere, & nihil intelligere? Sed uide quid illos moueat, si Ecclesia subdita est scripturæ, si iuxta eam & regulam Apostolicæ, & Propheticæ prædicationis iudicare debet, cur non licebit nobis eius iudicium ad hanc regulam exigere, ut si illi non consonet, reijciatur? Hoc est frequentissime in ore Brentij, sed uide quàm incōsideratè, nec seipsum agnoscit. Quod agit, non est

Cap. 47.
Ecclesiã subdita esse scripturæ, & de libris canonicis, sensuque eorū iudicare, non cōradicere, sed utrumque uerissimum esse ostenditur.

Cap. 48.
Ostenditur pro honore scripturæ, sed pro libertate eos, qui Ecclesiæ iudicio in dubio non standum docent, est

est Ecclesiam scripturæ subdere, sed suo iudicio. Si tu Brenti de iudicio Ecclesiæ iudicatus, superiorem te constituis Ecclesia. Nec enim, ut apertè dicamus, iudicium Ecclesiæ aliud est, quàm quòd ita sit intelligenda scriptura, uel ita sentiendū iuxta regulam prædicationis Apostolicæ. Si ergo hoc iudiciū tu iterum examinas, nonne superiorè te facis Ecclesia: idq; duplici ratione, Primò auctoritate: secundo scientia & iudicio? Itaq; dum Brentius pro maiestate scripturæ putat, aut simulat se agere, agit reuera pro sua auctoritate, ut liceat illi, suisq; omnibus superiores esse Ecclesia, & eius iudicium cōfiteri, & seipsum sapientiores Ecclesia cōfidenter dicere. Quantò iustius, & sensui humano, fideiq; conuenientiùs Catholici imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius pronunciantes. Iniuriam, inquit, facit iudicio reuerendissimæ Synodi: si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit. Huius legis auctoritate te premo Brenti, omnesq; cōfessionis tuæ. Si iudicium ecclesiasticū rejicitis, imperiales leges, & auctoritatem nō potestis non agnoscere, Cauete ne ex illis sitis, qui nec Deum timent, nec hominem reuerentur. Sed quoniam de lege diximus ciuili, & iudicio seculari, illius exemplo agamus ultimo cum illis. Si inter duos causa agitur, & uterq; habet pro se Iuris peritorum sententias, qui suas leges ita exponunt, ut in contrarias sententias secundam eas scindantur: & alij iudicandum pro altero, alij contrā sentiant, ita quòd dubium est de sensu uero legum: aditur iudex à litigantibus, & Aduocatis: & post causæ disceptationem audiunt sententiam, in qua iudex alterā partē damnat, alteram absoluit, & simul aliorum Iuris peritorum sententiam probat, aliorum rejicit. Quis rogo, si hic sit supremus iudex, à quo prouocari non possit, dicet, Hunc iudicem superiorè constitutum fuisse legibus, quia interpretatus est eas? Quis non intelligit, quàm hoc sit falsum? Iudex ille litigantibus est superior, & Aduocatis, illos iudicat, nō leges quas sequitur, per quas iudicat. Sic igitur Brenti inter nos quæstio est, uerbi gratia, An uita cælebs, uotumq; eius sit cultus Deo gratus, atq; ad sui obseruantiam uentem obligans, an non? Disputamus de scripturæ locis, qui de hoc loquuntur, Volo omnes esse sicut meipsum. Propter fornicationem unusquisq; suam uxorem habeat, Et illud de uiduis, Habentes damnationē, quia primam fidem irritam fecerunt. Et illud, Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Et, Qui potest capere capiat. Vos interpretamini prout uobis uideatur, nos prout accepimus à Patribus, quantum etiam nobis uidetur, si Ecclesia ferat sententiam, si in Synodo reuerendissima hoc constituatur, uos falsum sensum scri-

pturæ habuisse, nos uerum. Quæro iam nunquid Ecclesia hoc definiens fecit se superiorem scripturæ? Certè nō magis quàm iudex ille, de quo diximus, suis legibus se superiorem constituit, aut certè tu cum asseris sic intelligendam scripturam. Non ergo nos agimus, ut scripturam subijciamus Ecclesiæ, & iudicio humano, sed ut priuata humana iudicia Christianorum circa fidem, & scripturam subijciantur publico Ecclesiæ iudicio, non ut Ecclesia iudicet scripturam: sed nos, qui diuersa de illa sentimus. Tantum agimus, ut ego, & tu, nosq; omnes, & uos oēs publico Ecclesiæ iudicio subiecti simus: quod uos apertè refugere ostenditis: idq; facitis quasi honorem seruantes scripturæ sacre: Sed reuera illam subuertitis, cum Ecclesiæ non uultis esse subditi, de qua scriptura dicit: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, Et est columna, & firmamentum ueritatis. Hoc maxime ostendit, quod in fine huius loci de scriptura Brentius agit. Reiectis enim Traditionibus, Patribus, Concilijs tandem inquit, Quid igitur tandem fiet? Quis erit controuersie huius finis? Quod erit ultimum iudicium? Quibus respondet: Agnoscimus iudicem, quem in Symbolo Apostolorū didicimus, iudicem uiuorum, & mortuorum, eius dicit expectandum iudicium. Quod multis exemplis noui, & ueteris Testamenti conatur probare, confirmas suos ad constantiam, uel obstinationem potiùs. Sic enim ait de me, Habet quod sæpe, ac multum in suo scripto urget, quem iudicem, aut quod supremum iudiciū agnoscamus, atq; ita claudit hunc locū in quo susceperat uindicandam scripturæ auctoritatem, ut intelligas hunc fuisse scopum eius uindicandi sibi libertatem. Dicas igitur Brenti manifestè nulli humano iudicio uos uelle parere, & reuocare quicquid diximus in præcedenti loco de principū officio in Ecclesia, & apertè dic te nulli Principi uelle obedire, nisi sequatur quæ tu doces, & uanam esse oēm auctoritatem, non solū ecclesiasticam, sed & seculari: Quæ enim nunc asseris, hoc manifestè continent. Et uide tu, aut quisquis communi sensu non caret, cur magis uos noui doctores nulli teneamini parere circa hæc fidei dogmata, quàm nos? Cur, inquam, magis uobis liceat solius Christi iudiciū audire uelle, quàm nobis, idq; in qualibet alia cōtrouersia fidei? Si fiat, opus erit noua annunciatione de cælo, aut miraculis in omni cōtrouersia religionis, & frustra erit, quod quid laboris in Concilijs Ecclesiasticis assumptū est à Patribus, uel assumi potest. His itaq; putamus sufficienter responsum esse criminatio nibus Brentij, quibus nos arguit, quòd Ecclesiam subijciamus humano iudicio: & ostensum esse, quàm uerissimè scriptura sit superior omni creaturæ: & tamen nō minus

Matth. 18.
& 1. ad Tim. 3.

Cap. 49. Summa obstinatio in proprio sensu Brentij ostenditur, si multum quàm sibi sit contrarius.

L. nemo. C.
de summa
tri. & fide
Cat.

1. Corint. 7.

1. ad Tim. 5.

Matth. 19.

Cap. 30.
Quid sit
Apostolica
traditio.

uerè Ecclesia tradit nobis scripturam, & interpretatur dubia. De ratione uerò, qua hoc Ecclesia facit, dicitur cū egerimus de ceteris trib. quæ proposita sunt. Nunc igitur de traditionibus dicendum est nobis, quæ merito coniungendæ sunt Scripturæ. Igitur circa traditiones asserendas non est nobis diutius laborandum, constat è superioribus. Apostolicam prædicationem primum omnium esse (quod ad externa attinet) quibus ædificatur fides, in hanc fundantur traditiones, non quæcumq; sed Apostolicæ. Sit ergo hic constitutum, nos non de alijs traditionibus loqui, quàm de Apostolicis. Quanquã non negamus posse Patres, atq; Concilia aliqua tradere, & constituere præter illa, quæ scripta sunt, cū id diuinæ gloriæ, & salutis animarum expedire iudicauerint, hæc est enim auctoritas illis concessa ad gubernandos fideles: de qua Paulus inquit, Obedite præpositis uestris, & subiaceite eis: ipsi enim peruigilant, tanquam rationem reddituri pro animabus uestris. Has Prælatorum traditiones præter Apostolicas illas, nunc omitimus, cū illas quærimus tantum, quibus scriptura tradita est nobis, atq; exponitur, & dubia circa fidem definiuntur ab Ecclesia. Non igitur quas illa post Apostolos tradidit, iure illo, quo ad salutem æternam gubernat populos: sed quibus à Deo acceptis per Apostolos gubernatur, & quas in omni suo recto iudicio consulit. Iuxta quam distinctionem, traditionem Apostolicam nos uocamus, quicquid Apostoli acceperunt à Christo, atq; unanimiter, & concorditer docuerunt Ecclesias. Quum enim certū sit, in substantia fidei, cultus, & morum Christianorum Apostolos à Christo, & spiritu eius edoctos, atq; eadem omnino docuisse, quia uno, & eodem spiritu. Docere autē non sit aliud, quàm tradere id, quod docetur, eis, qui audiunt, & discunt: merito Apostolicam traditionē uocamus quodcumq; dogma à Deo acceptum, quod Apostoli docuerunt prædicantes Euangelium. & (ut diximus) fidem, cultum & mores Christianos formantes, & à Deo instituta tradentes. Hanc traditionē extendimus ad scripta etiam & non scripta. Quamuis enim appropriato nomine traditiones eas dicere multi consueuerint, quæ sine scripto recepta sunt in Ecclesia ab Apostolis, nihil tamen obest si uniuersalius accipiamus: cū hoc Catholici omnes certum habeamus, Apostolos multa docuisse quæ non scripserunt: & ea ipsa quæ scripserunt, multò latius docuisse, pluribus scilicet uerbis, & quidem non semel, sed frequentissimè, nec unius linguæ hominibus, sed diuersarum & multarū, cū in una tantum Græca: uel ut multum duabus, hoc est, etiam Hebraica scripserunt. De quibus satis dictum est proximo loco. Traditio igitur Apostolica nobis sit quoduis dogma à fidelibus, &

Ecclesijs, quas Apostoli docuerunt, ex eorum doctrina certa fide susceptum. Ex hoc enim, quod postea scripserint, breuius certè & compendiosius exponendum est, ex eodem etiam quod non est scriptum, certa fide percipitur. De his igitur traditionibus loquitur antiquissimus Irenæus. Et quamuis superius multorum grauissimorum Patrum testimonia in nostra Assertionem catholica adducta esse diximus, quibus probatur tradita esse quædam sine scriptura, & plurima eorum in eis ipsis quæ scripta sunt, traditio nem consulendam manifestè docent.

Sed locus hic Irenæi est nobis diligenter expendendus: quia & nostra confirmat, & Brentius tertio hoc loco de traditionibus conatur in alienum sensum trahere. Irenæus igitur in principio tertij libri de ratione conuincendi efficaciter Valentinum, & ceteros hæreticos differens refert, primò eos & scripturas & traditionem contemnere. De quo supra locuti sumus respondentes Brentio. Et mox, quod ibi diximus, inquit, Apostolorum traditionem ab omnibus uideri posse, qui uera uolunt audire: eam ex successione Ecclesiarum, quas fundarunt Apostoli, dicit agnoscendam esse, & recenset Romanæ Ecclesiæ pontifices continuò succedentes in ea ab Apostolis, usq; ad Eleutherium duodecimo loco, eo tempore, quo hæc scribebat Ecclesiam illam gubernantem. De quibus omnibus satis superius dictum est. Inter ea Polycarpi auctoritate utitur, quem Ecclesiæ Smyrneni præfectum Episcopum ab Apostolis refert, & Romanæ uenisse sub Aniceto, multosq; hæreticos ad Ecclesiam conuertisse. Vnam, inquit, hanc ueritatem annunciãas ab Apostolis se percepisse, quam & Ecclesiæ tradidit. Post hæc omnia sic loquitur, Tantè igitur ostensiones quum sint, non oportet apud alios quærere ueritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere: cū Apostoli, quasi in depositarium diues plenissimè in eam contulerunt omnia quæ sunt ueritatis. Hæc proponit: in quibus bene considera, quod non ad solam scripturam nos mittat, sed ad Ecclesiam nos mittit, in quam dicit Apostolos omnia, quasi in depositarium quoddam contulisse, & non in scriptura solū: non aut ipsam negasse scripturam, quoniam de ea in his uerbis mentionem non fecit. Constat in principio huius libri non longè ante hæc de quatuor Euangelijs scriptis dixisse. Non itaque scripturam dico ab Irenæo non agnosci: sed id assero, quod non ad solam scripturam nos mittat. Et ut aperte quid sentiat Irenæus agnoscamus, audienda sunt quæ sequuntur. Persuadet omnibus ad Ecclesiam ueniendū esse, Hæc est enim uita introitus, inquit, oēs autē reliqui fures sunt & latrones: propter quod oportet deuitare quidem illos: quæ aut sunt Ecclesiæ cum magna diligentia diligere, & apprehendere

Cap. 31.
Locus Irenæi de traditionibus non de ijs solū, quibus scripturæ sunt traditæ, intelligendus, ut Brentius inquit: sed de omnibus, quæ Apostoli docuerunt, ostenditur.

dera ueritatis traditionem. Quid enim, etsi
 quæ de aliqua modica quaestione discepta-
 tio esset, nonne oporteret in antiquissimas
 recurrere Ecclesias in quibus Apostoli con-
 uersati sunt, & ab eis de præsentis quaestione
 sumere quod certum, & re liquidum est? Hæc,
 rogo, attentius considera. Ad Ecclesias anti-
 quissimas mittit in dubijs, in quibus inquit,
 Apostoli conuersati sunt. Et non ex literis
 dicit quod erendum esse, sed ab eis Ecclesijs, hoc
 est, testimonijs earum sumendum esse, quod
 re liquidum (inquit) est. Non quod scriptu-
 ram neget legendam esse, sed quia sciebat ex
 uerbis eius dubia frequenter oriri: quæ in
 diuersos sensus trahuntur. Id quod sequen-
 tibus uerbis magis explicat: sic enim post ea
 quæ citauimus immediate loquitur, Quid
 autem si nec Apostoli quidem scripturas re-
 liquissent nobis, nonne oportebat ordinem
 sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, qui
 bus committebant Ecclesias? Cui ordinatio
 ni assentiunt, multa gentes Barbarorum eo-
 rum, qui in Christum credunt, sine caractere
 re uel a tramento scriptam habentes per spi-
 ritum in cordibus suis salutem, & ueterem
 traditionem diligenter custodientes. Vides
 ut hic aperte traditionem distinguit à scri-
 ptura, & eam refert ad omnia quæ ab Apo-
 stolis prædicata sunt, & ab ea sumendam es-
 se certitudinem in omnibus controuersijs
 docet. Quod etiam parum post sequentia o-
 stendunt. Hanc (inquit) fidem qui sine lite-
 ris crediderunt, quantum ad sermonem no-
 strum Barbari sunt: quantum autem ad sen-
 tentiam, & consuetudinem, & conuersatio-
 nem propter fidem per quam sapientissimi
 sunt, & placent Deo, conuersantes in omni
 iusticia, castitate & sapientia: quibus si alijs
 annunciauerit ea quæ ab hæreticis adinuen-
 ta sunt, statim concludentes aures longius
 fugient, nec audire quidem sustinentes bla-
 sphemum colloquium. Sic per illam ueterem
 Apostolorum traditionem, nec in cõceptionem
 mentis quidem admittunt quodeun-
 que eorum potentio loquium est. Hæc eo lo-
 co Irenæus. In quibus iam apertius habes, &
 quam sit latior traditio scriptura, & quam
 apertior: quod Barbari habeant traditionem
 sine literis, per illam omnia aliena dogma-
 ta rejiciunt, & eo modo ad traditionem con-
 fugiendum, ac si neque scripturam nobis reli-
 quissent Apostoli. Brentius autem hunc lo-
 cum Irenæi de traditione interpretatur, qua
 nobis Scriptura sacra, & quæ in ea continen-
 tur tradita, inquit, sunt. Hæc, ait, traditio ne-
 cessaria est nobis, & modis omnibus ample-
 ctenda, de qua loquitur, ait, Irenæus. Nam
 propterea existimat illum successionem E-
 piscoporum recensere, non ut Episcopis li-
 ceat noua dogmata contra scripturam finge-
 re: sed ut ex successione illa habeamus te-
 stimonia, quibus scripturam certò agnosca-
 mus. Hanc traditionem scripturæ, inquit,

certissimè à se & suis teneri, & pro ea, inquit,
 tanquam pro aris & focis pugnamus contra
 traditores. Hic est sensus Brentij: sed quàm
 consonus auctori, quàm uerax, ipse iudicat.
 Irenæus aperte dicit Barbaros habere tradi-
 tionem sine scriptura, & ex ea omnem uitã
 re hæresim dicit: si Apostoli non tradidissent
 scripturam, ex illa traditione sola agnosci
 posse ueritatem. Et docet post traditam
 scripturam ad hanc traditionem in dubijs
 confugiendum. Quomodo ergo loquitur
 de traditione scripturæ, quum dicat aperte
 traditionem hanc apud Barbaros esse sine li-
 teris & a tramento? Hoc non est aperte cor-
 rumpere sensum Patrum, expositionem è
 diametro pugnantem cum manifestis eorundem
 uerbis afferre? Inquit Irenæus, Traditio-
 nem hanc habet Barbari sine literis, & Bren-
 tius inquit, Loquitur Irenæus de traditione
 scripturæ. Nunquid scriptura potest haberi
 sine literis? Constat itaque quàm sit confictus
 hic sensus, & quàm manifestè Irenæus tradi-
 tionem Apostolicam omnem doctrinam,
 quam ab eis susceperunt Ecclesiæ, dicat, siue
 scripta sit, siue non scripta. Et eadem ratio-
 ne sumitur à Tertulliano libro de Præscri-
 ptionibus hæreticorum: sic enim conclu-
 dit multa quæ de hac re grauissimè loqui-
 tur. Quid Apostoli prædicarint, quid illis
 Christus reuelauerit, non aliter probari de-
 bet, nisi per easdem Ecclesias, quas Apostoli
 condiderunt, ipsi eis prædicando, tam uiua,
 quod aiunt, uoce, quàm per epistolas. Postea,
 constat proinde omnem doctrinam, quæ
 cum illis Ecclesijs Apostolicis matricibus, &
 originalibus fidei conspiret, ueritati de pu-
 tandam, sine dubio tenentem, quod Eccle-
 siæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Chris-
 tus à Deo suscepit, reliquam uerò doctrinã
 omnem de mendacio præiudicandam, quæ
 sapiat contra ueritatem Ecclesiarum & Apo-
 stolorum, & Christi, & Dei. Hoc modo nos
 hic loquimur de traditionibus, ad quas in
 omni controuersia docent Patres hi consu-
 giendum esse: tam cum de sensu scripturæ,
 quam cum de re alia ad religionem pertinen-
 te agitur. Inter has etiam illæ sunt, quæ sine
 scriptura in Ecclesia tenentur. De quibus
 nunc est nobis cum Brentio congregiendũ:
 quæ uix certè intelligas, prober illas, an
 get. Cap. de scriptura quanta dicit aduersus
 eos, qui traditiones præter scripturam susci-
 piunt, de quibus non nihil superius. Tradi-
 tionarios & traditores nos appellat, & ex-
 ppresso disputat de sufficientia (ut inquit ille)
 & pfectione scripturæ. Id quod primò ex uerbis
 illius legis, Quæ tibi præcipio, hoc tantum fa-
 cies, nec addas quicquã, nec minuas. Quod,
 inquit, idem nobis eadem grauitate dicitur,
 Si nos, aut Angelus de cœlo aliter euân-
 gelizauerit, præter id quod euangelizatum
 est, &c. Et ne responderi posset quod Paulus
 non dixit, Præter id quod scriptum est,

Cap. 32. Lo-
 ca de sufficiẽ-
 tia scriptu-
 re, quæ B. ci-
 tat non pro-
 bare, nõ esse
 traditioni-
 bus sine scri-
 ptura statã-
 dum.

sed quod euangelizauimus uobis, quod ad prædicationem referri debet. Addit Euangelium, quod Apostoli prædicarunt, non uoce tantum uulgarum esse, sed in scriptura prophetica prius comprehensum, ut Paulus inquit, Segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per Prøphetas suos in Scripturis sanctis: & iam, etiam inquit, tum mandabatur literis Apostolicis. Iis adiungit curam Christi & Apostolorum circa probanda ea quæ docebant ex scripturis.

Nam, inquit, Apostoli in Synodo illa sua, de qua Actuum 15. scribitur, non audent quicquam definire absq; sacræ Scripturæ auctoritate, ex solis traditionibus *αγοραϊοις*. Citant enim Prøphetarum oracula. Et Petrus, inquit tanti fecit sacrani scripturam, ut ipsa manifestè damnet Patrum traditiones. Redempti, inquit, estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis.

1. Pet. 1. Et Paulus Colossensibus scribens apertè dehortatur, ait Brentius, à sectandis hominum traditionibus. Videte, inquiens, ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Et idem etiam seipsum reprehendit. Abundantiùs, inquiens, existens amulator paternarum mearum traditionum. His itaq; & traditiones proprio nomine reprehendi uidentur, & exemplis Christi & Apostolorum admonemur omnia probare ex scripturis. Sufficientes ergo sunt, & continent quæ ad ueram nostram salutem cogniti sunt necessaria, apertè testante Paulo cum inquit, Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, &c. Et, Ut perfectus sit, inq; homo Dei, & ad omne bonum opus instructus. Quibus uerbis nihil potest manus dici de sufficientia scripturæ. Quibus etiam illa suffragantur Christi, Habent Moysen & Prøphetas, audiunt illos. Et quæ apud Ioannem, Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta, &c. Hæc autem scripta sunt ut credatis, quod Iesus est filius Dei: & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Igitur satis nobis ad salutem & fidem sufficiunt quæ scripta sunt. Petebant hæc omnia responsonem, nisi Brentius respondisset sibi. Nam post hæc omnia, quæ de perfectione scripturæ, & quod contineat omnia sufficientia ad salutem dicta sunt, refert, quod nos in scholijs diximus, exponentes scripturam sufficientem esse: quia in uniuersum omnia complectitur, uel eò maximè, quod docet audiendos Prælatos, & Ecclesiam: atq; in ea esse auctoritatem gubernandi nos ad salutem. Quare specialia iam ab Ecclesiæ auctoritate sunt suscipienda. Cum itaq; hæc refert, irridet quidem ea, & ut inquit acumen meum: sed reuera nihil respondet: nec est acumen meum hoc, sed sincerissima ueritas Pauli, Tenete, inquit traditiones nostras siue per epistolam, siue per sermonem. Tenetur Brentius hæc

ratione, si scripturæ credendum est, & obediendum: illa præcipit non scripta teneri. Quibus Brentius nihil aliud dicit, quàm non esse suscipiendas traditiones, quæ cum scriptura pugnant: neq; cuius credendum sine iudicio obrudenti nobis quasuis traditiones Apostolicas. Quæ duò nec nos unquam diximus, & toleranda non esse apertè fatemur. Quis patietur audire recipiendum esse aliquid quod pugnat cum scriptura, aut Apostolicam traditionem scripturæ posse contrariam esse? Illud etiam quis Catholico rum unquam petijt, ut cuius credatur dicenti, Hanc esse Apostolicam traditionem? Illas solas recipiendas dicimus, quas testimonijs fide dignis Ecclesiarum constat probari. De quo postea. Dicit igitur Brentius nunc, an contra has certissimis testimonijs probatas quicquam afferat. Quod si non: nihil est inter eum & nos in hac re quæstionis. Sed uideo illum utrinq; urgeri: hinc apertissimis illis uerbis Pauli de tenendis traditionibus, & alijs certissimis testimonijs Patrum. Unde sic apertè proprio loco de traditionibus inquit, In hac igitur disputatione negari quidem nec debet, nec potest, quin tam Christus multa dixerit & fecerit, quàm Apostoli multa tradiderint & instituerint, quæ non sunt ab ipsis literis comprehensa. Hæc sunt eius uerba, idq; statim confirmat uerbis illis Ioannis, Multa & alia signa fecit Iesus: & Pauli, Tenete traditiones, &c. Vides his disertis uerbis Brentium traditiones non scriptas confiteri: tantum postea in hoc loco petit, ut non recipiamus fictitias traditiones pro Apostolicis: quod nos etiam quàm maximè uolumus. Finita itaq; uidetur causa traditionum, quod attinet ad earum auctoritatem: Si enim quæram à Brentio, an ista quæ Apostoli tradiderunt, & instituerunt (ut ille inquit) nec tamen scripta sunt, minoris auctoritatis sint quàm scripta: puto eum non negaturum æqualis auctoritatis esse cum Apostolica prædicatione, in qua continentur etiam non scripta. Iuxta uerbunt illud Pauli, Tenete traditiones, &c. siue per sermonem, siue per epistolam. Cur igitur paulò antè in eodem capite statim post principium dicit traditionarios siue traditores, quorum tubam me nunc præcedere affirmat, suscepisse his temporibus seruitutem Iudaicam & Cabalisticam, atq; tyrannidem inducendam in Ecclesiam. Quare rogo? Quia, inquit (uerba enim eius referam cuius & priora quæ diximus sunt) Non contenti scriptura diuinitus commendata & confirmata, iactant Apostolos multa tradidisse posteris sermone, quæ non minorem habent auctoritatem, quàm quæ scripto mandata sunt. Verissimum est nos ita dicere, & Brentius fatetur in his quæ citauimus, negari nec debere nec posse nonnulla instituta ab Apostolis sine literis. Inter hæc non magis

Cap. 93.
Quam dicit
sa, nec sibi
stans sic
tj doctrina
circa tradi
tiones.

2. ad Tim. 3.

Luc. 16.

Ioan. 20.

gis distat, quàm q̄ nos retulit dicere multa esse eiusmodi: ille dicit nonnulla. Possunt nonnulla multa esse: sed utcuq; sit, non de numero & multitudine traditionum disputamus, sed de ueritate earum. Hanc nos afferentes grauisimis criminationibus & conuicijs onerat, Cabalistas, Talmudicos, traditores & inuectores Iudaica seruitutis, & tyrannidis in Ecclesiâ uocans. Et, ut diximus, eodem loco dicit, negari non posse nec debere, tradita esse ab Apostolis aliqua, sine literis. Merito itaq; dicimus illum coarctari. Hinc enim confitetur illas, cum urgetur super dictis testimonijs. Cui certè tum dicturumus, ut reliqua sua soluat argumenta, quibus Petrum & Paulum inquit reprehendere traditiones, & cætera quæ ex illo proxime diximus: Sed quid aget, qui cum ad illa attendit, & suis placitis & socijs uult consentire, negat planè traditiones: &, ut uides, apertissime sibi ipsi contradicit in capite de scriptura, post illa, quæ contra traditiones dicit. Et ut probet omnia confirmanda scripturis, ita inquit, de Paulo loquens, Qui postquam raptus fuerat in tertium cælum, & dixerat Euangelium Christi in Paradiso: tamen in docendis fidei dogmatibus confert se ad testimonia scripturæ: siue, inquit, prædicet siue scribat confirmat sua scripturis. Et post nonnulla alia, quibus hoc confirmat, responsurus obiectioni, sic inquit, Et quamquam alicubi iubet tenere traditiones, quas siue sermone, siue epistola docuit: tamen non mine traditionum non intelligit traditiones aforicas: sed doctrinam testimonijs scripturæ confirmatam. Cum enim dicit, Si nos, aut Angelus de cælo, &c. & affirmat Euangelium hoc promissum per Prophetas in scripturis sanctis: perspicuè significat, quòd nulla traditio contra & præter testimonia scripturæ agnoscenda sit pro dogmate necessario ad salutem. Contra testimonia scripturæ certissimum est nihil suscipiendum, sed præter illam falsus est ipse Apostolos aliqua instituisse, nunquid illa non sunt suscipienda? Itaq; satis ostendit, quàm sibi contentet nouitas. Antiqua uerò & Catholica sententia, testantibus grauisimis Patribus, agnoscit Apostolicas traditiones easq; sequitur siue in exponendis scripturis, siue circa alia, quæ scripta non sunt. Iuxta hoc facile Brentio respondemus: cum nobis obijcit Euangelium comprehensum esse literis Prophetis: atq; ideo cum præter Euangelium nihil sit suscipiendum, nihil non scriptum suscipiendum. Respondemus, inquam, id, quòd ipse retulit, nos dixisse: scripta esse in genere omnia, non uerò singula in specie, quòd multò magis de scripturis Prophetis, quam Apostolicis dicimus. Sunt in illis multa quidem mysteria Christi & Euangelij, magis sub quadam communi ratione quàm in specie singula. Cum Moyses inquit, Pro-

phetam suscitabit tibi Deus de gente tua & fratribus tuis, sicut me, ipsum audietis. Omnia quæ postea Christus locutus est, probauit, & ibi omnia comprehensa sunt. Quæ ratione Paulus intelligit Euangelium promissum esse in scripturis sanctis, quia in eis promissus est Christus, promissa eius doctrina, exempla & miracula. Cæterum nunquam Paulus se ita constringit, ut nihil assereret quòd non probaret scripturis. Satis erat illi probasse Christum uerum Messianum, uerum hominem, uerum Deum, uerum redemptorem & iudicem omnium. Cum enim ait, Accepi à Domino, quòd & tradidi uobis: quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. non opus illi fuit ex Prophetis probare. Nam licet sint aliqua, quibus hoc erat adumbratum in sacerdotio Melchisedech: aperte tamen non ita scriptum erat, ut probaretur iam tunc completum esse. Quum Paulus id scriberet, nec Prophetas citat, sed traditionem Domini, Accepi, inquit, à Domino, quòd tradidi uobis. Sic de cæteris omnibus quæ ad Euangelium pertinet, dicere possumus: quòd quadriduanum Lazarum resuscitauerit Christus: quòd ibi lacrymatus fuerit: quòd Martham & Mariam diligebat: quòd hæc sedebat ad pedes eius, illa ministrabat, & alia sexcenta, nō est opus ex Prophetis probare: sed id duntaxat aperte probatur, plurima miracula Christum editurum: Vana igitur est illa ratiocinatio. Euangelium est comprehensum in Prophetis: nihil ergo nisi scriptum suscipiendum. Sicut illud multò apertius falsò dictum est, Apostolos in sua illa Synodo nihil ausos fuisse definire absq; scripturæ auctoritate. Certè cum definirunt non imponenda legalia gentibus, uti sunt auctoritate Prophetica, in qua de uocatione gentium facta est mentio. Sed postea cum iubent abstinere à sanguine & suffocato, absq; auctoritate scripturæ faciunt: nec à Christo se id accepisse affirmant, sed illi hoc statuunt nouum præceptum, quòd putarunt pertinere ad fouendam concordiam Iudæorum & Gentium, atq; unitatem Ecclesiæ: idq; auctoritate illa, qua regendam Ecclesiam susceperunt. Et habemus in hoc loco exemplū manifestū, posse pastores & gubernatores Ecclesiæ illa præcipere & statuere, quæ iudicauerint tranquillitati Ecclesiæ, salutiq; suorum conducere. Et sunt quidem hæc extra scripturam, sed confirmantur etiam eius auctoritate. Verissimè diximus, quicquid Brentius asserat, omnia esse in scriptura, quia in ea iubemur Christo credere & Apostolis, atq; eorum successoribus obedire, audire Ecclesiam, & huiusmodi multa, quæ omnia alia communi ratione comprehendunt: non explicitè & disertè: sed (quòd aiunt) implicitè, & sub uniuersali illa ratione. Hoc modo est scriptura sufficiens, perficitq; & instituit ad om-

Deut. 18.

1. Corint. 15.

Cap. 54.
Qualiter
scriptura omnia continet, & tamē præter eam sint quedam tradita.

Cap. 55.
Petri & Pauli auctoritates quæ ad de traditionibus explicantur: quæ à B. in alienum de-
vortæ sunt
sensum.

2. Pet. 3.

Act. 15. v. 16

Cap. 56.
Qualiter cer-
tò probari
possint Apo-
stolica tradi-
tiones.

ne bonum opus. Nihil addimus scripturæ uel Euangelio, traditiones suscipiētes, quas ipsa scriptura suscipi iubet. Non est opus pluribus hæc dicere, sed illa non sunt omittenda, quæ citat Brentius ex Petri & Pauli uerbis: ut aperte agnoscat, quàm purè scripturam sacram tractet. Petrus, inquit, manifestè damnat præ scriptura Patrū traditiones. Quid rogo audio? Petrus damnat traditiones Patrum? Quorum obsecro? Nunquid eorum, de quibus dicit, Memores sitis eorum, quæ prædixi, uerborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum uestrorum præcepto rum Domini, & Saluatoris? Nunquid illorum, de quibus dictum est, Interroga patrē tuum, &c? Patrum traditiones damnat Petrus. Quibus uerbis? Redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis. Quanta est hæc peruersio scripturæ? Paternam traditionem uocat Petrus manifestè, quæ ab infidelibus parentibus tradita est, aut in cultu dæmonum à gentibus, uel superstitionis à Iudæis. Deniq; ipse inquit, Redempti estis de uana conuersatione paternæ traditionis. Hoc est redemptos esse ab infidelitate, & ignorantia Christi, à seruitute legis, sub qua qui erant, non solida & uera, sed trāsitoria hæc bona quærentes, meritò dicuntur uanè conuersati: maximè tunc, post aduentum & prædicationē Christi. Siue itaq; de Iudæis, siue Gentibus intelligas hunc locum, de uanis & ab infidelitate deriuatis traditionibus manifestè est accipiendū. Quàm longè uerò hæc sunt à traditionibus Apostolicis. Simile est huic, quod ex Paulo ad Colossenses citat. Dehortatur (inquit Brētius) Paulus à sectandis hominum traditionibus. Videte ne quis uos decipiat per philosophiā & inanem fallaciam, secundum traditionē hominum. Hic aperte de traditione infidelium est sermo: sicut cum de se dicit, Abundantiùs æmulator existens paternerū meorum traditionum. Hæc erāt quædam legis iustitia, in ieiunijs, purificationibus & obseruantijs, quibus gloriabantur, & Christi Euangelio resistebāt. Quàm manifestè hoc est scripturam corrūpere, & in sensum omnino contrarium trahere. Ipse Paulus qui illa dicit, suas traditiones non scriptas teneri iubet. Et in Actis Apostolorum confirmat Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum: damnat uerò traditiones infidelium Iudæorum. Itaq; responsum est his, quæ contra traditiones Brentius adducit. Afferimus ergo, quod ipse etiam Brentius, ut ostendimus, affirmat, instituta quædam esse ab Apostolis sine scriptura. Et illud ei libentissimè damus, discernendam esse traditionem incertam & dubiam, ab ea quæ certa est. Et non recipiendas esse pro Apostolicis traditionibus, nisi quæ fide dignis testimonijs probantur. Certum est & hæreticos quædam nomine traditionum Aposto-

licarū uenditasse, contra quos loquitur Irenæus loco quem superius explicauimus: & Catholicos de hac re etiam diuersa sensisse de nonnullis traditionibus, & errasse etiam quosdam. Certè Cyprianus & Africani Episcopi in causa Baptismatis ab hæreticis collati putarunt, ut ostendemus postea ex August. se traditionem sequi, cum reuera contrarium sequuti sint. Et Papias Ioannis auditor, de quo Brētius dicit, qui quàm plurima sibi à maioribus tradita referebat, ex quibus regnum illud Christi mille annorum dicebat, quod occasione dedit nonnullis errandi. Hæc omnia ex ignorantia (ut Eusebius prudenter coniecit) dixit, quia secundum literam & corporaliter suscepit, quæ mysticè & spiritualiter intelligenda erant. Multa contingere possunt, unde meritò in dubiū ueniet, num sit aliqua traditio Apostolica. Fatemur igitur certis testimonijs opus esse, & quidem non leuibus, sed tanta re dignis. Vbi meritò attentè cogitandum est, quæ iustè dici possint sufficientia testimonia Apostolicæ traditionis. Nec enim uni aut alteri scriptori, nec quidem pluribus etiam magna sanctitate & eruditione pollentibus credendum est. Quod ostendit Concilium illud Cypriani, & quæstio illa antiqua tanta contentione inter Præfides sanctissimos agitata de celebrando Paschate cum Iudæis, uel Dominica die resurrectionis. De qua habes apud Eusebium, Asianos omnes Episcopos traditione maiorū purasse cum Iudæis celebrandum Pascha, contra alia totius ferè orbis Concilia. In quibus & reliqui omnes Episcopi traditionem Apostolorum etiam se sequi existimabant, celebrantes Domini co die. Et uix tandem in Concilio Nicæno terminari potuit hæc quæstio, ut habes in epistola eiusdem Concilij ad Ecclesiam Alexandrinam & Aegyptios omnes. Meritò igitur quibus testimonijs traditio Apostolica probetur, considerandum est. Quod Irenæus & Tertullianus manifestissimè nobis tradiderunt, docentes ad Ecclesias Apostolicas, quas uocant matricem & originarias fidei, eas scilicet, quas Apostoli fundarunt & docuerunt, ad quas dederunt literas, quibus præfecerunt discipulos suos in Episcopos, consulendas esse circa Apostolicam traditionem. Et satis illi ostendunt unius ex his Ecclesijs testimonium sufficiens esse, cum alter Romanæ solius mentionem facit, & Tertullianus his qui in Achaia sunt, Corinthū: qui in Macedonia, Philippos: qui in Asia, Ephesum: qui in Italia, Romam ostendit. Quid rogo manifestiùs ostendipotest? Quid Apostoli docuerint & tradiderint, unde melius agnosceretur, quàm ab ipsis Apostolorum discipulis, nec ab uno aut altero, sed à consensu multorum? Ignatius Ioannis discipulus, qui aduersus hæreticos traditionibus Apostolicis præcipuè agebat, inquit apud

Lib. 3. eccles.
hist. cap. 39.

Lib. 5. eccles.
hist. cap. 23.
v. 24.

Hist. eccles.
Tripart. lib.
2. cap. 12.

Lib. 3. hist. eccl. cap. 36. apud Eusebium, quod traditiones has, ne quid apud posteros incertum maneret, scriptas reliquerit. Hunc laborem tam pium si haberemus, aut maiores nostri habuissent, non est dubium, quin multum præstitisset ad traditiones confirmandas. Sed ut eunque sit, Deus Ecclesiam suam non deseruit, quare nec de esse illi possunt quæ ad salutem necessaria sunt: & ideo nec sufficientia testimonia traditionum, quas Deus uoluit perpetuo seruari, & ad salutem necessarias esse constituit. Hoc est quod Ecclesiæ promittitur, ueritatē perpetuō in ea mansuram. Igitur post Irenæi & Tertulliani sententiam, in qua Ecclesias Apostolicas testes esse fide dignos Apostolicæ traditionis censent, Augustinus ad Ianuarium illud ut certissimum habet, ea quæ per totum orbem seruat Ecclesia sine scriptura, uel ab Apostolis tradita esse, uel à totius orbis Concilijs. Et merito quidem: quoniam omnium Ecclesiarum in quauis re consensus, manifestat causam aliquam unde consensus hic ortus fuerit, communem quidem Ecclesijs omnibus, & in quâ conueniunt omnes. Potest quidem Spiritus sanctus sine hominum ministerio id efficere. Sed quia Ecclesiam constat ab hominibus ex commissione Christi fundatâ esse, & gubernari per homines, etiam sicut unam fidem, sic, & eundem cultum, & consonantiam in reliquis omnibus ad Christianam uitam spectantibus per illos operatur Deus. Si ergo omnes Ecclesiæ conueniunt, necesse est id uel ex prædicatione Apostolorum esse, quæ consona fuit & communis omnibus Ecclesijs, uel saltem ex Concilijs uniuersalibus, quæ ex totius orbis Ecclesijs conueniunt: & ideo in eis constituitur quod omnes Ecclesias astringat. Igitur iuxta hoc eius quod ab omnibus per totum orbem Ecclesijs custoditur, certum est ipsas esse testes, quod Christianæ religionis sit, quod non repugnet scripturæ: cum totam per orbem Ecclesiam impossibile sit à ueritate defecisse, siue hoc ab Apostolis sit traditum, siue in Concilijs definitum. Consensus igitur omnium Ecclesiarum in quauis re probat, illam esse traditionem à maioribus, cui contradicere, ut Augustinus inquit, insolentissimæ insanix est. Nec de illis magis dubitandum, quàm de ipsa scriptura, satis ille ostendit. Primum igitur hoc habemus efficacissimum medium ad probandam traditionem, cui merito sumus astricti. An uerè Apostolica sit nec ne, ex eadem Augustini sententia consensum esse omnium ecclesiarum: consensum, inquam, perpetuum, ab ipso Ecclesiæ ortu. Considera itaque duplicis ordinis traditiones, in quibus uniuersæ conueniunt Ecclesiæ. Aliæ sunt de quibus nullum unquam extitit dubium, nec initium illarum inueniri potest: sed perpetuo constat illas fuisse in Ecclesia. De his igitur non dubitari

Epist. 118. & sequenti.

potest Apostolicas esse, quales sunt Abiuratio Sathanæ à baptizandis, Inunctio illorū, Baptismus infantum, Oblatio sacrificij altaris. Horum apud omnes mentio est, nec ullus tam antiquus inuenitur, qui de eis dubitet, uel nouas esse in Ecclesia existimet: sed semper eum de eis mentio fit, tanquam ab Apostolis recepta habentur. Dionysius Pauli discipulus apertè dicit hæc ab Apostolis esse, cui consonant posteriores omnes. Sunt porrò aliæ traditiones, de quibus legimus dubium fuisse, & diuersas legimus Ecclesiarum sententias, quas tamen postea intuemur probari ab omnibus. De his quid aliud cogitandum est, quàm quod sint in uniuersalibus Concilijs definita? Inter hæc puto constitui posse celebrationem Pasche in Dominico die, & non decima quarta lunæ cum Iudæis. Vidimus priori tempore fuisse diuersas sententias, uidimus definitionem Concilij: ab illo ergo est omnium Ecclesiarum concordia. Simile putat Augustinus esse dogma de suscipiendo Baptismo hæreticorū. Hæc igitur summa est certissimæ & efficacissimæ probationis traditionum ab Apostolis & Patribus descendentium. Quæ Augustinus utendum esse docet in recipiendis libris canonicis: ut de his, quæ ab omnibus catholicis Ecclesijs præter dubitationem habite sunt inter traditiones, nulla ratione dubitetur. In his uerò quæ non ab omnibus recipiuntur, sequenda est auctoritas plurium & grauiorū Ecclesiarum. Quod si æquales sint Ecclesiæ, maioris auctoritatis sunt sequendæ. Hæc August. eo loco de libris canonicis. Quibus illud addendum restat: quod cum his pensatis res dubia manet, nec satis constat quot & quales Ecclesiæ in una parte sint, aut in altera, nihil potest conuenientius fieri, quàm ut Concilium uniuersale iudicet, cuius iudicium merito sequendum est. Quod igitur Brent. ad probandam traditionem primò omniū uult eam exigendam ad regulam Scripturæ sacræ, & illam quæ cum sacris literis conuenit suscipiendam esse, non satis consideratè dictum est. Nam in altera parte sibi ipsi contradicit, in alia uerò ipsi ueritati. Quod nobis nunc attentè explicandum est secundum diuersa genera traditionū, quæ etiam distinguit Brentius. Igitur prima omnium traditionū meritò illa dicitur, qua nobis sacra Scriptura tradita est. De qua superiùs nonnullam mentionem fecimus, sed est nunc attentius consideranda. Fatetur itaque Brentius successionem Episcoporum legitimum esse testimonium librorum canonicorum, quod præcipuè de successione in Ecclesijs Apostolicis, quas uidelicet Apostoli uel per seipos fundarunt & gubernarunt, uel per suos discipulos. Ut enim Irenæus inquit, Non est dubitandum Apostolos, eos quibus committebant Ecclesias, plenè de omnibus de-

Lib. 2. de doct. Christiana cap. 8.

Cap. 57. Non oem traditionē ad regulā scripturæ exigere possunt in traditione sacrorū librorū ostenditur, & agitur de ea quæ prima est omnium traditionū.

cuisse, & hos similiter suos discipulos q̄ eis succedebant. Hac ratione non permittimur dubitare de libris ueteris Testamenti Apostolos plenissimè docuisse eorumq̄ testimonia multò esse fide digniora circa illos q̄ Iudeorum siue sacerdotū ueteris legis, quorū diligentia asseruabantur sacri libri. Quare si Apostoli spiritu illo libertatis soluti à timore & litera, quosdam ex illis libris, quos Iudæi in canone non habebant, agnouerūt tanquam canonicos, & à Spiritu sancto editos, non licet nobis Christianis de his dubitare, unde factum esse credimus, ut quosdam nos habeamus in canone, quos Iudæi nō habuerunt, ut librum Sapientiæ, Ecclesiasticū, &c. De quibus etsi in principio Ecclesiæ diuersæ fuerunt sententiæ: postea tamen re diligenter examinata, fide dignis testimonijs in Concilijs definitum est pro canonicis habendos, quos inuenerunt uel à pluribus, uel maioris auctoritatis Ecclesijs tempore Apostolorum inter canonicos habitos. De quo nunc satis hoc sit. De libris itaq̄ ueteris Testamenti traditio facta Ecclesiæ non illa tantum intelligenda est, quæ deriuatur à sacerdotū ueteris legis testimonio, sed magis ab Apostolis, quos de libris illis omnibus quiam extabant de rebus ad salutem pertinentibus, & mysterijs fidei nostræ suis discipulis & Ecclesijs locutos esse, & Spiritus sancti sensum de illis aperuisse dubitandum non est. Libros uerò noui Testamenti, qui tunc paulatim scribebantur uel ab Apostolis uel eorū discipulis, constat eo tempore scriptos fuisse, quo ab Apostolis in carne presentibus agnosci potuerunt, & probari. Quos igitur Apostoli ipsi scripserunt mittentes Ecclesijs, uel priuatis, certum est eorum fide digno testimonio ab eis susceptos, quibus eos Apostoli destinabant, & ab illis alijs comunicatos. Hoc dicimus de Euangelio Matthæi, quod siue tertio decimo anno à passione Christi, siue post eum Petrus & Paulus Romæ euangelizarēt, scriptum est Ecclesijs ex Iudaismo maximè conuersis, & ideo Hebraicè. Hoc de Euangelio Ioannis, quod post reliqua omnia postulantis omnibus Ecclesijs Asia constat scriptum à Ioanne, postquam fuerat reuersus ex exilio. Idem etiam de omnibus epistolis Pauli & cæterorum Apostolorum, & Apocalypsi etiam sentendum. Cætera duo Euangelia Marci & Lucæ cum Actis Apostolorum, nō est dubium ab Apostolis, & eorum auditoribus atq̄ discipulis probata esse: prout antiquis historijs de Euangelio Marci à Petro approbato aperte scribitur. Hæc est traditio sacrorum librorum. De hac igitur querimus à Brentio, quo pacto uelit eam probari. Si dicat exigendam esse ad regulam sacræ Scripturæ, constat intelligi nō posse. Ad quam, rogo, scripturam exigenda est traditio scripturæ? Possit forte aliquis liber, de quo dubium esset, illa

ratione probari an consentiat alijs testimonijs scripturæ: sed de tota scriptura manifestum est intelligi non posse. Primum est, ut certò sint nobis constituti libri sacri nullius alterius scripturæ auctoritate, cum hæc sunt primò scripta. Cum igitur Euangelium Matthæi & reliqua tria Euangelia selecta sunt, reiectis quamplurimis alijs Nazaræorum, Nicodemi, & similibus, quorum meminerunt antiqui, hoc fieri non potuit ullo testimonio scripturæ: sed testimonio Ecclesiarum Apostolicarum, & aliarum omnium. Patet itaque non omnem traditionem probari posse ex Scriptura sacra: sed solo consensu Ecclesiarum. Quo argumento superius egimus, & nunc apertius idem ostenditur: falsè scilicet dici à nouitatum amatoribus solam Scripturam sacram, quæ Spiritus sancti oraculum est, regulam esse certissimam omnium, quæ ad religionem pertinent: omnia alia, quæ iudicia humana sunt, siue sint Concilia, siue Patres, siue Ecclesiæ errare posse: & ideo nihil in eis ut certum, & ad fidem pertinens habendum: nisi quod consonat scripturæ. Hoc, inquam, falsum esse præter illa, quæ superius diximus, hoc testimonium librorum canonicorum efficacissimè probat: non enim potest confirmari scriptura aliqua. Et quamuis, ut diximus, scriptura à Spiritu sancto sit, nobis tamen solius Ecclesiæ testimonio est cognita, hoc est, testimonio patrum nostrorum, qui nos docuerunt, sicut ipsi testimonio etiam eorum, à quibus edocti sunt, eam susceperunt: atque ita usque ad ipsos Apostolos. Hæc igitur testimonia hominum sunt, & quæ nos habemus, & multi maiorum nostrorum habuerunt, non ab Apostolis ipsis nobis prolata sunt: sed ab Ecclesijs nostrorum temporum. Itaque si rectè pensemus quòd omnis scriptura, historia præcipuè, in qua dicta, uel facta aliorum describuntur, mortuum quoddam testimonium est, & necessariò à uiuo pendens, constat, quòd hæc esse quatuor Euangelia testimonio presentium Christianorum Doctorum scilicet & Ecclesiarum habemus, atque ita cæteros libros canonicos. Hominum sunt hæc testimonia qui errare possunt: sed nisi hæc certissimè constent, & in eis nullum errorem esse posse credamus, necesse est ut de tota scriptura dubitemus, nec potest hoc exigi ad aliquam scripturam, quoniam hoc testimonium præcedit scripturam omnem. Et uide hoc esse quod August. superius retulimus dixisse contra epistolam Fundamenti, Si nō crederem, inquit ille, Ecclesiæ dicenti Manichæum esse hæreticum, si non crederè Christianis hoc sentientibus, mox dubitarem de ipsa scriptura, cui non credidi, nisi Ecclesiæ, hoc est, presentium Christianorum auctoritate motus. Non loquebatur Augustinus de Apostolis, nec de Ecclesia quæ sub illis fuit.

Nam hoc no b dixi Manicheum esse haere-
 tum, quod on go potest tempore fuit. Et inqt
 Aug ubi uisio coloso bari crediti dicitur Ma-
 nichaeum esse haereticum. Breuius dicitur
 hos b ob hros canonicos. Contra hunc patet
 psonam tradidit in liberos: ea uero est
 udu, quom immoiam, & certis itant esse
 au facta uero necesse est, non probantur scri-
 ptura, quod dicit Breuius corde de illa dicit.
 Sed bora ad uos in alias traditioes illud
 nec uoluntate sumo exigenda ad scripturam.
 Ad argo uunc riam, utiqd considerandū
 est. Nam hanc reuelo pocius pietatis pra se
 ferat, quod dicitur, ob hros scriptura quod
 magis dogma, etiam quod ex Apostolica tra-
 ditione haberi dicitur, per scripturam ex-
 m p n d m, quod illi consentiat, recipien-
 dum in niois, reijciendum. Hic clamat
 Breuius, Saman, ut traditioes suas quas
 ab uis dicit ad scripturam sacram. Et quod
 scriptura uisum est, nec in dubium a Ca-
 tholicis in uocant: uocant, nullam dogma
 scripturae uerum esse aut reci-
 piendum: tamen quoniam in his omnibus,
 quas in traditione non scriptas recipimus,
 ad scripturam sensu dubium est: quoniam
 Breuius eo sensu sensu accepientes scriptu-
 ram gloriatur, ut uisum aut quam pluri-
 mos traditiones non deone Christianis per-
 tinet ad uocant ad esse menta in uisum a qui-
 bus p n h uis aroet. Quia nos, sacrificium al-
 taris in uocantem in sanguinem, & innume-
 ra b h a h o m e a scripturam esse: quod nos cer-
 ti sumus esse in uisum negamus, & expo-
 nit in uisum scripturam, & ut parellis in
 loq uamur, uocant in uisum, non in uisum
 p d p p e m o m m u s g e r m a n e q u a d m M i l V n
 de quo uocet clamat esse contra scri pturam,
 contra Christi gloriam. Oblationem sacrifi-
 cij, uel sacrificij ponem quam pra dicamus,
 de Merito bonorum operum, nos contra scri-
 pturam, & in uisum scripturam contra-
 uentit. Non ergo ex scriptura, quae ambig-
 uis sensu est, potest traditio hae sacrificij
 altaris, aut uisum. Sacrosanctam dicitur.
 Quare id quod traditioe p n m t esse, tradi-
 tionem om p m exigenda ad scripturam,
 contra dolum contra ore & fraudem: ut ad
 in caros sensus scri pturam, imo ad falsos & a-
 se confictos nos trahant ad haereticum. Quare
 nos merito asserimus, longe aliter agendum
 esse, & scripturam potius per traditionem
 exponendum, quam traditionem per scriptu-
 ram. Hic clamat Breuius, nos derogare scri-
 pturae, & uocant in uisum. Spiritus sancti
 subijcere, in uisum & humanae traditionis.
 sed uaria sunt haec & praestigia. Praefero A-
 postolicae uiam est uisum scripturam. Nam
 est uisum in uisum. Hec est etiam est proba-
 tum a Spiritu sancto. Quia quibus uisum est in
 falli uisum de dicitur in uisum. Nam quae
 nos liberos, non credimus. Nam quibus ex-
 ponentibus. Quae scripturae credimus Apo-

stolorum, quia Ecclesia illam nobis ostendit, & dixit esse Apostolorum. An non cre-
 demus ipsorum uocem & praedicationem, quam
 eodem modo Ecclesia nobis ostendit & di-
 citur. Non quae? Eiusdem enim rationis u-
 ritas est, ab eadem scilicet auctore, eodem
 testimonio nobis traditum. Ceterum tradi-
 tio in uisum aperta, quanto uox ipsa & pra-
 sentia uisum praesentia scriptura. Ita superius
 aperte probauimus ex praedicatione Aposto-
 lorum in uisum quidem atq; plenis-
 sima fideles auditores plene, & praeter haesita-
 tionem de singulis dogmatibus intellexisse:
 & Ecclesias ipsas, & praecipue peculiare di-
 scipulos percepisse singula de unitate & tri-
 nitate diuina, de Christi incarnatione, & re-
 liquis mysterijs fidei, de sacrificando, & cere-
 ris omnibus ad cultum pertinentibus. Haec
 fuerunt perspicua & lucida in cordibus au-
 ditorum. Ab isto consensu cum postea de lo-
 cis scripturae & sensu eorum quaestio esset,
 petiuit, quid sentiendum. Inde damna-
 tus est Arius & alij heretici. Vnde merito di-
 citur traditionem esse expositionem luci-
 dissimam scripturae: non a luce ad tenebras
 uocamus, sed a scriptura mortua quae in di-
 uersos sensus trahitur, ad uisum illam lege
 scriptam cordibus a literis ad opera. Ut ex
 his quae Apostoli fecerunt & instituerunt
 fieri in Ecclesijs, quae ipsa liquida constat,
 ut inquit Irenaeus, intelligenda sint quae scri-
 pturae. Cum in dubium uocantur, docent
 quae uisum Patres uerba ipsa Euangelica, ex
 operibus Christi & Apostolorum exponen-
 da esse: sicut Augustinus facit in illis uerbis,
 Ego autem dico uobis non iurare omnino.
 Et, Si quis percusserit te in unam maxillam,
 prebe illi alteram &c. Quoniam enim unus
 est spiritus Dei qui loquebatur & operaba-
 tur, & opera aperta sunt merito, quia Pau-
 lus frequenter iurat Deum in testem uocans,
 intelligimus non esse prohibitum a Christo
 in uniuersum iurare: sed iurare absq; neces-
 saria causa ex infirmitate aliorum orta. Et
 quia Christus Dominus percussus a lupa a
 sacerdotis seruo, non alteram offert maxil-
 lam: sed potius expostulat, Si male locutus
 sum, &c. intelligimus illud quod dictum est,
 Praebe illi alteram, magis ad preparationem
 animi referendum. Vera enim charitas pa-
 ratum reddit eum, qui percutitur, ad sulti-
 mendam maiora etiam pro salute eius, qui
 percutit. In opere uero sic docet exhibere se,
 ut fiat quod utilius creditur infirmis. Eade
 ratione dicimus, quoniam idem spiritus est
 in traditionibus Apostolicis sine scriptura
 & eorum scriptis: cum certis testimonijs
 Ecclesiarum habemus Apostolos obtulisse
 sacrificium altaris, orasse pro defunctis, ba-
 ptizasse paruulos, & haec facienda docuisse
 Ecclesias: ex his, inquam, tam manifestis o-
 peribus intelligimus, qualiter intelligenda
 sint uerba Pauli de unico sacrificio Christi,

Cap. 58. Tra-
 ditiones reli-
 quae post ea
 qua scriptu-
 ra est tradita
 ut se habent
 ad scripturam
 & quod ea
 exponunt no-
 nunquam, et
 non in uisum
 exponuntur
 ab ea.

Lib 1. de ser-
 mone Domi-
 ni in monte.

et postea
 et postea

Ad Heb. 9. Christus semel oblatuſ eſt ad multorum ex haurienda peccata: ut ſcilicet ſacrificium altaris non aliud ſit ab illo Chriſti: ſed eiſdē commemoratio. Et alia de retributione iudicij, prout quiſq; geſſit in corpore ſiue bonum ſiue malum: ut non inde ſuffragia uiuentium deſunctis non prodeſſe ſequatur. Et illud Euangelij, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ita accipimus, ut paruulos in ipſo Sacramento & fide Eccleſiæ intelligamus credere. Negant Brentius & ſui duorū illorum priorum locorum ſenſus, quos Catholicos aſſerimus: tertium uerò ſenſum negant Anabaptiſta: illi conſentunt. Quid ergo acturi ſumus in diuerſitate ſententiarū, quā ut ſequentes traditionem ex illa exponamus ſcripturam? Sed nec illud negamus, quandoq; traditiones exponi ex ſcripturis: ut quicquid horum apertius eſt, cum ab eodem ſit ſpiritu, meritò alterum exponat. Traditio Inuocationis Sanctorum exponitur ex uerbis Pauli, Vnus eſt mediator Dei & hominum. Agnoſcimus illos inuocari ut interceſſores, eorum ſuffragia peti apud Deum & Chriſtum: non uerò eorum meritum & opere remitti nobis peccata, aut ſalutem conferri: ſed interceſſores tantum eſſe ſuis orationibus. Exponunt igitur hæc duo ſe inuicem. Sed nullo modo hoc permittimus Brentio, ut ſuo ſenſu ſcripturam intelligens uel probet, uel reiiciat traditiones. Illud etiā agnoſcimus, prudenter & neceſſario conſiderandum eſſe, poſtquam traditio certo teſtimonio probata eſt, ut quo conſilio & in quem ſinem ſit conſtituta, cogitur. Hoc uerò non ex ſcriptura ſolum (quam nonnunquam id fieri poſſit) ſed eodem teſtimonio, quo traditio probatur, agnoſci poteſt: ſenſus Eccleſiæ & conſuetudo id oſtendit. Nam abrenunciatio illa Sathanæ à baptizatis, illinitio illorum Chriſmate, conſecratioq; fontis, non ut neceſſaria ad ueritatē Baptiſmi accipienda eſſe docet ipſa Eccleſia, quæ probat Baptiſmum in neceſſitate ſine his peractum caremonijs. Ad hunc igitur modum in ceteris omnibus ſicut traditionem ſuſcipimus Eccleſiæ teſtimonio: ita & ſenſum eius ſinemq; & uſum ex eodem ut ſumamus neceſſe eſt. Quibus in communi de traditionibus propoſitis, ad ſpecialia cum Brentio deſcendendum eſt. Conatus eſt ille recēſere aut omnes, quarum meminiffe potuit, aut quamplurimas traditiones, eaſq; reiicere quantum ualuit: quibus meritò reſpondendum eſt. Primam reſert de abſtinendo à ſanguine & ſufocato ex Synodo Apoſtolorum: ſed hæc magis inter ſcripta computanda eſt. Verum urcunq; ſit, conuenit nobis de ſenſu huius. Cum enim ex ſcriptura quæ docet legalibus caremonijs non eſſe nos aſtriectos: tum ex opere ipſius Eccleſiæ conſtat, illa non ut neceſſaria ad ſalutem nec perpetuō

Cap. 99. De traditione Apoſtolorū, de abſtinentia ſanguinis &c. Et de die celebratio- nis Paſche.

obſeruanda impoſita eſſe: ſed ut diximus, ad concordiam Iudæorum & Gentium: quoaduſq; ſcilicet coaleſceret inter eos amicitia: ne offenſi Iudæi cibis quos conſuetudine quadam abominabantur, non libenter cohabitarent Gentibus. Obſeruatum eſt aliquanto tempore, nec eodem in omnibus Eccleſijs: ſed in omnibus iam ante mille annos ceſſaſſe uidemus. Secundam reſert traditionem de celebratione Paſchatis, de qua magna, ut diximus, fuit inter antiquos contentio. Ex hac igitur Brentius ſuſpicatur, aut Apoſtolos nihil de hac re tradidiſſe Eccleſijs, uel ſi tradiderunt, non tanquam legem neceſſariam, ſed ut liberrimam quandam obſeruantiam. Putat enim contralibertatem, quam Paulus prædicat, cum inquit, Alius iudicat diem inter diem, id eſt, diſcernit unum diem ab altero: alius iudicat omnem diem, id eſt, nullum diem diſcernit. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet, eſſe, ſi præſcribatur, certum tempus neceſſarium celebrandi Paſchatis: ſed hæc nimia libertate, neq; regulis ſcripturæ moderata dicuntur. Reiſcendi igitur dies dominici, omnia feſta, & ieiunia Eccleſiæ reiſcenda à numero traditionum Apoſtolicarum contra certum fundamentum ſuperius poſitum. Auguſtinus quidem aſſerit anniuerſariam celebrationem Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis, Aduentusq; Spiritus ſancti, & Ieiunium Quadrageſimæ traditionem eſſe Apoſtolicam: uel à plenarijs Concilijs haberi. Sed ab Ambroſio & alijs Ieiunium Quadrageſimæ dicitur traditio Apoſtolica. Et certè cum conſtet hæc omnia omnes Eccleſias perpetuō tenuiſſe, meritò ab Apoſtolis tradita eſſe credimus. Neq; his contrariū eſt, quòd in illis nonnulla fuerit diuerſitas. Exempli gratia. Dum alij quartadecima luna, alij die Dominico Paſcha celebrabant, certè in celebrando aliquando Paſchate omnes Eccleſiæ ſemper conuenerunt: ſicut & in Ieiunio, cuius & in literis Apoſtolicis mentio eſt. Has igitur meritò traditiones Apoſtolicas dicimus: & habemus huius rei maniſeſtiſſima teſtimonia, quæ omnia Brentius ſuo ſenſu nobis aufert, quæ tam certa auctoritate confirmata ſunt, Patrum ſcilicet omnium. Et uerba Pauli quæ citat de diſcretionem dierum intelligimus de ea diſcretionem, quæ propria uoluntate, non communi lege Eccleſiæ aſſumitur. Vbi nihil eſt præceptum, ueriſſimum eſt, Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet: ubi autem ab Eccleſia definitum eſt, tunc obedientia debetur, teſte ipſo Paulo, Obedite præpoſitis ueſtris. Aliud uerò, Nemo uos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti: peruerſiſſimè ad hæc feſta, & obſeruantias totius Eccleſiæ reſertur à Brentio, cum apertè Paulus ad ea quæ ſunt legis ueteris id reſerat, Quæ ſunt, inquit, umbra futurorum. Corpus autem Chriſti, & libertas

Rom. 14

Epistoła ad Iannariū & ſequenti

Ad Colloſ.

bertas Evangelica, de qua tantopere Bren-
 tius blanditur sibi & suis, non eximit nō so-
 lum ab his quæ tradita sunt ab Apostolis,
 sed, nec ab his quæ à Concilijs & Prælati-
 legitima ratione constituuntur. De quibus
 in Confessione catholica manifestissimis
 Patrum testimonijs egimus. Illud etiam ma-
 gis est ab omni Christiana modestia alie-
 num, parvi faciendam esse dierum designa-
 torum ad recolenda redemptionis nostræ
 beneficia obseruantiam. Nihil erat in lege
 ueteri magis commendatum, quam ut me-
 mores essent educationis ab Aegypto, transi-
 tus maris, itineris per desertum, ad quod e-
 rant certi dies festi deputati summa cū ob-
 seruatiā celebrandi. Hæc omnia nōne um-
 bra erant eorum quæ nos habemus? Festū
 Phasæ, Pentecostes, Tabernaculorum, nōne
 nostra figurabant? Erit ergo ingrator
 Christianus populus populo Iudæorū, qui
 tam longè maiora beneficia suscepit? Sed,
 inquit Brentius, Iudæorum sunt hæc, & ad
 Pædagogiam illam pertinent. Verissimum
 est, hæc eos celebrasse in mysterio quodam
 ignoto sibi & abscondito, pueritiæ erat. Cæ-
 terum reuelata facie, & manifestè recordari
 summorum beneficiorum Dei populi Chri-
 stiani est. Nam credere tantam esse perfectio-
 nem Christianæ fidei, ut his non egeat Chri-
 stianus, est extra uiam iam nos collocare, &
 æquales facere beatis, qui iam facie ad fa-
 ciem Deum uident. Nos uerò, qui per specu-
 lum & in ænigmate contemplamur, & obli-
 uiscimur frequenter, & torpemus erga diui-
 na, necesse habemus excitari festiuitatibus,
 alijsq; externis, quod ipsa nos docet expe-
 rientia. Nōne Paulus scribit, ut coniugati
 ipsi ad tempus separantur à matrimonijs cō-
 plexu, ut orationi uacent? Ex quo, & con-
 sensu Ecclesiarum agnoscimus à disciplina
 Apostolica traditas nobis obseruatias, quas
 tota Ecclesia suscipit in eo gradu, in ea obli-
 gatione, quam interpretatur Ecclesia, & con-
 sensus Patrum. Quod uerò fuit nonnulla di-
 uersitas, aut contradictio, aut contentio cir-
 ca hæc, non probat non esse Apostolicam
 traditionem: sed non tam manifestam, non
 tam assidue inculcatam, ut non potuerit à
 quibusdam minus obseruari, minus com-
 mendari memoriæ posteriorum, unde ori-
 ri potuit diuersitas, uel certè non eodem
 modo ab Apostolis traditam, quia non ad
 præcipua capita salutis pertinebat: sicut
 fuit etiam de nonnullis libris canonicis di-
 uersitas & contradictio. Sed præualet Conci-
 lii definitio, quam non dubitamus diligen-
 ti inquisitione & testimonijs Ecclesiarum
 Apostolicarum factam esse. De his diximus
 in Assertionem catholicam, quod satis sit ad con-
 firmandum pios. Nunc satis putamus re-
 sponsum esse Brentio. Tertio loco refert
 Brentius Basilij sententiam de traditioni-
 bus, & impugnat magno conatu. Loquitur

enim Basilius tam aperta, tanta fiducia &
 certitudine, ut non potuerit ille tantam lu-
 cem sustinere. Distinguit eo loco dogmata
 quæ in Ecclesia prædicantur ex doctrina scri-
 ptæ, & quæ ex Apostolorum traditione in
 mysterio & in occulto tradita. Et statim in-
 quit, Quorum utraq; parem uim habent ad
 pietatem. Hæc ibi Basilius, & multa alia qui
 bus hoc confirmat. Vbi & ratione assignat
 (quare tradita sint quædam non scripta)
 factum scilicet esse ad caelanda mysteria atq;
 abscondenda à curiosis & otiosis, maximeq;
 infidelibus. Nam quæ nec intueri, inquit, fas
 est non initiatis, qui conueniebant horum
 doctrinam publicitè circumferri scriptam?
 Quod etiam similitudine legis ueteris con-
 firmat, in qua non omnia quæ erant in tem-
 plo omnibus patebant, sed alia Leuitis om-
 nibus, alia solis Sacerdotibus, deniq; quæ-
 dam uni tantum reseruata erant. Hæc est,
 inquit, ratio, cur citra scriptum quædam
 sint tradita, ne dogmatum cognitio propter
 assuetudinem uulgò ueniret in contem-
 ptum. Et, ut Brentius inquit, traditiones re-
 censet eo loco sequentes, Signo crucis signa-
 re eos qui spem collocarunt in Christo.
 Quod existimo dictum esse maxime de Ca-
 techumenis, quos constat, cum primùm ad
 Ecclesiam uenirent, cruce semper signatos:
 quod ad Orientem uersi precamur: Inuoca-
 tionis uerba cum ostenditur panis Eucharis-
 tiæ & poculum benedictionis: & alia etiã,
 quæ antè & post dicimus tanquam mul-
 tum habentia momenti ad mysterium: con-
 secratio aquæ Baptismatis: & olei Unctio-
 nis, & ipsius etiam qui baptizandus est: oleo
 inungere: ter immergere baptizatum: re-
 nunciare Sathanæ & Angelis eius, & reliqua
 quæ in Baptismo fiunt: quod in prima sab-
 bathi, hoc est, Dominica die ab erectis & stan-
 tibus fiat oratio, sicut toto tempore Resurre-
 ctionis usque ad Pentecosten per dies scilicet
 quinquaginta: genua flectere in oratio-
 ne, & rursum erigere. Nōne hæc traditio-
 nes externarum caeremoniarum ex eo loco
 Basilij Brentius retulit? Et mirum est, in
 quas se uertat formas, ut Basilium reiiciat.
 Modò, inquit, agnoscimus Basilium, & reue-
 remur magnum & insignem doctrina &
 pietate: ac dolemus, quod necessitas nos co-
 gat ab illius sententia in hac parte recedere.
 En modestiam: sed quæ rogo necessitas?
 Quoniam, inquit, in re seria & ad salutem
 pertinenti, diuina magis quam humana se-
 quenda est auctoritas. Magna certè necessi-
 tas, fatemur: præferenda est diuina auctori-
 tas humana. Verùm Basilius non contra di-
 uinam auctoritatem, sed ex illa potius cre-
 didit suam sententiam esse. Vide enim quid
 ait de non scriptis traditionibus, postquam
 dixerat, quæ parem habent uim ad pietatem
 cum scripturis, sic loquitur. Nec his quisquã
 contradicit, qui uel tenuiter expertus est

Lib. de Spiritu
 cap. 27.

Cap. 60.
 Basilij sententia
 de traditionibus
 lib. de Spiritu
 sancto expli-
 catur, & de-
 fenditur à Brentio
 in Assertionem
 catholicam.

que signa Ecclesiastica. Nam si consuetu-
dines que scripto prodita non sunt tanquã
non multum habentes momenti conemur
reijcere imprudentes etiam ea damnabim⁹
quæ in Evangelio necessaria ad salutem ha-
bentur: imo potius ipsam fidei prædicatio-
nem ad nudum nomen contrahemus. Vi-
des itaq; quanti momenti traditiones credit
esse sine quibus ipsam prædicacionem Eua-
ngelii inquit ad inane nomen contrahi. Re-
censet etiam maioris momenti traditiones
quam eas quas Brentius attulit. Ipsa inquit
professio fidei qua credimus in Patrem &
Filium & Spiritum sanctum ex quibus scri-
ptis habetur. Eadem ratione inquit gloria
Deo offerimus per hanc uocem. Gloria Pa-
tri & Filio cum Spiritu sancto huc in Spiri-
tu sancto nihil ex nobis dicentes sed uelut
ex regula Domini doctrine. Et contra
eos qui hoc negant. Nunc inquit doceant
nos ne baptizemus quemadmodum acce-
dimus aut ne glorificemus quemadmodu
credidimus. Item ex hoc habemus non hic
agitur contra scripturam credamus homi-
ni sed an quod Basilius inquit contra scri-
pturam sit. In qua questione quicquid Bren-
tius loquatur plus apud nos ualeat auctori-
tas Basilius quam eius omnia: nam ex scri-
ptura nihil habet nisi suo sensu. Et uide ad-
huc modestiam. Hanc inquit sententiam
Basilius ut honorificentia tantu uiri parcere-
mus mallemus silentio obruere quam exa-
gare. Et hoc nomine acerrime in nos inue-
hitur & iratores esse dicit ignominia Pa-
trum peiores: ipso Cham qui si non obte-
xit uerenda patris non tamen tanquam ue-
nustissimam & pulcherrimam partem lau-
dauit. Et uide in qua uerba prorumpit hæc
modestia. Illi inquit de his qui hunc locum
Basilius pierunt immundi porci non soluta
ipsi denudant uerenda Basilius uerum etiam
contendunt ea esse honestissimum mem-
brum corporis. Et deniq; ut liberius ei lo-
qui liceat non in Basilius sed in nos se di-
cturum proferatur. Sed quicquid simulet
res manifesta est non est difficile aliena re-
prehendere. Multo certe difficilius est Pa-
trum se exhibere discipulum pieq; de illis
sentire & inquirere potius uerum illorum
sentium quam facile superficiem uerborum
reprehendere. Non nobiscum sed cum Basi-
lio Damasceno in hac parte illi agendum
est. Siquidem Damascenus libro primo Apo-
logetico pro ueneratione imaginum cum
tumma ueneratione hunc locum Basilius citat.
Sic inquit eximus ille Basilius xxvij. è tri-
ginta capitulis que sunt de Spiritu sancto
ad Amphilochium scribens de dictione
Cum his uerbis Dogmata & prædicaciones
quæ hactenus in Ecclesia seruata sunt non
nulla habemus ex doctrina scripta prodita
quæda ex traditione &c. Et post illa ita in-
quit Damascenus. Hæc Basilius magni sunt

uerba. Et quadam tradicione rotæ efficit &
illis quas Basilius & nonnullas hodie con-
firmans de ueritate auctoritate Pauli ad Theo-
salonicenses traditiones sine scripto seque-
das. Cum his Patribus age Brentius. imo quasi
omnibus aliis antiquissimis. Vide quos ap-
pelles immundos porcos qui hunc locum
Basilius proferunt & agnosce in Damasceni
etiam doctrina & sanctitate commendatum
Ecclesiæ hoc te dicere. Sed iam tandem quod
ad rem attinet audiamus. Profert Brentius
primò Basilius uerba in laudem & commen-
dacionem scripture. Omne uerbum inquit
ille oportet confirmari testimonio scriptu-
re: & inde colligit Basilius hoc uelle ut tra-
ditiones omnes ad scripturam exigantur
quod nos non negamus ut supra expositi
est. Nulla traditio scripture repugnans reci-
pienda est: sed sensus scripture non quem
Brentius sed quem Patres afferunt agnosci-
mus. Quod itaq; Basilius omnia esse confir-
manda scripture dicit & ipsam esse commu-
ne pharmacopolium aduersus omnem iri-
digionem ostendit cum optime de scri-
ptura sentire & admoneri debuit Brentius
inde alia quæ de traditionibus postea dicit
non esse his contraria. Semper hic fuit mor-
errantium ut dum nimium in partem unã
seruntur omnia damnant quæ illi uidentur
contraria. Pelagiani catholicis Patribus
peccatum originale agnoscentibus impone-
bant quod negarent cum Manichæis gene-
rationem hominis & nuptias à Deo esse. Sic
isti nunc agunt ut si traditiones non scri-
ptas confiteamur uideamur scripture detra-
here: sed catholica Ecclesia longe aliud feti-
rit. Patres omnes satis dictum est traditio-
nes agnoscent sine scripto & scripture tam ue-
nerantur quos nos sequentes ex scripture
confirmamus traditiones sine scripto susci-
piendas rationem certissimam probandi
traditiones ueras esse & Apostolicas. Ostem-
dimus aperte esse consensum Ecclesiarum
idq; ex ipsa scripture & non esse inuicem
auctoritatem earum quam scripture tero-
ratio docuit quoniã utrumq; à Spiritu san-
cto est per Apostolos & utrumq; iisdem tes-
tibus probatur Ecclesiarum scilicet consen-
su. Hæc certissima sunt. Iam igitur sic contra
Basilius Brentius agit hoc est contra hanc
eius sententiam. Traditiones illas pueriles
& pedagogicas ait si Basilius aduertisset quo
modo ausus esset equare cum auctoritate sa-
cre scripture aut cum Sacramentis Christi
in scripture traditis. Hæc est eius ratio ex
qua & ait consignari cruce rem non necessa-
riam aut ad pietatem aliquid conferentem
magis esse quam si circulo consignaremur:
quare non credendum est ab Apostolis hoc
traditum esse qui disertis uerbis & manife-
sta doctrina mysterium & imitationem cru-
cis docent non signaculis digitorum. Quod
si tradiderunt ut pedagogicam quandã
hoc

Inf. cap. 2. p. 100

ed. 1715
sine illud
hanc ob
di. aduon
uiriq; 2. h
dign. of. 171
ob. 1715
a. h. uirib. 1715
innotuit 1715

Hoc est, ad instituendos paruulos, sed liber-
 rimam docuerunt esse. His igitur nobis re-
 spondendum & uerbum illud Basilij, Quæ-
 dam non scripta parem uim ad pietatē ha-
 bere attentē intelligendum. Primum non
 inquit Basilius, omnia quæ tradita sunt sine
 scripto tam necessaria esse ad salutē, ut quæ
 scripta sunt. Namque in his scriptis uel non
 scriptis gradus quidam sunt: nec omnia æ-
 qualiter aut necessaria aut utilia haberi o-
 portet. Scriptum est non esse mentiendum:
 non tamen est equale quod ad necessitatem
 atinet cum præcepto, Non occides. Scriptū
 est in ieiunijs, uigilijs caterisque afflictioni-
 bus corporis seruiendum esse Deo: & ta-
 men de his etiam uera est illa sententia Pau-
 li, Corporalis exercitatio ad modicum uti-
 lis est, pietas autem ad omnia. Fateamur igitur
 gradus esse in his quæ scripta sunt simi-
 liter & in non scriptis. Quædam ut necessa-
 ria ad salutē, alia ut minus necessaria agno-
 scimus, & in hac diuersitate tam certa fide
 credenda sunt paria ut magna, tanta reue-
 rentia discenda & docenda. Hoc Basilius in-
 quit, Parem uim ad pietatem habent: non,
 inquit, minus credenda sunt, non minori
 suscipienda reuerentia. Nonne uerissimum
 est omnia uerba scripturæ parem uim habe-
 re ad pietatem, pari reuerentia credenda es-
 se & honoranda? Iota unum aut apex non
 præteribit ex lege: sed tamen sunt inter ea
 maxima: sunt minima: omnia suo loco ha-
 benda. Diliges dominum Deum tuum, in-
 quit Christus, est maximum mandatū. De
 alijs autem inquit, Qui soluerit unū de man-
 datis istis minimis, minimus uocabitur, &c.
 Vnde & in Euangelio loquitur Christus Pha-
 risæis, Decimatis mentam, & anethum, & cy-
 minum, & reliquis illis quæ grauiora sunt leg-
 is, iudicium, & misericordiam, & fidem.
 Hæc oportuit facere, & illa non omittere.
 Sunt igitur in scriptura quædam, quæ facta
 non multum adiuuant: ommissa, maximè cō-
 tempta, & non credita damnant. Facienda
 sunt etiam minima: sed non omittenda ma-
 iora. Eodem modo in traditionibus dici-
 mus. Absit ut Basilius aliter senserit, quod
 Brentius sinistrè certè accipiens eius uerba
 intelligit. Ut ergo exēplo eius utamur, hoc
 quod agit nō est patris uerenda irridere aut
 detegere: sed nō uerenda reprehendere &
 deturpare. Non scripta sed tradita ab Apo-
 stolis parem habere uim ad pietatem cum
 scriptis intelligimus, pari ratione credenda
 esse & suscipienda: obseruanda uerò pro
 suo gradu. Crucis igitur consignatio qua
 primò in Ecclesia Catechumeni cum ad di-
 scendam & audiendam fidem admitteban-
 tur, consignabatur, & secundum quendam
 modum, ut Augustinus inquit, per eam, &
 orationem, atq; impositionem manus san-
 ctificabantur: certa fide credenda est, ab A-
 postolis tradita, idq; omnium Ecclesiarum

consensu habenda est ut Christiana cetero-
 nia, non temerè, non incertis aut obscuris
 auctoritatibus: sed ab ipsis Apostolis inue-
 nta in Ecclesiam ad excitandam in nobis pas-
 sionis Christi memoriam. Fide tenendum
 est, signum crucis honorandum & ueran-
 dum à nobis, quod signum Filij hominis di-
 citur in Euangelio: atq; ideo siue digitis crux
 formata in aëre, siue quacumq; alia materia
 expressa adoranda, ut Damascenus inquit,
 est, non ob materiā, sed ob Christum, cuius
 signū specialiter dicitur: quia per eam triū-
 phauit ille. Hoc Apostoli uoluerunt animis
 uenientium ad Christum primò omnium
 infigi: & ideo eorum fuit traditio, ut Cate-
 chumenis primò omnium traderetur & cō-
 mendaretur cum impositione manus, & o-
 rationibus Ecclesiæ, ut Augustinus ait. Atq;
 ideo hoc etiam fide certa tenendum est ex
 traditione, orationes Ecclesiæ quæ in consi-
 gnatione fiūt, siue Catechumeni siue cuius-
 cunq; alterius efficaces esse apud Deum ex
 persona Ecclesiæ, & uerba ipsa, & opus con-
 signandi Deo probari. Et deniq; ex Passio-
 nis Christi uirtute defendere ab incurribus
 Daemonum, protegere in bonis operandis,
 & roborare atq; confirmare animum ad ui-
 tanda omnia mala, & agenda omnia bona
 credit pietas Christiana: quæ omnia ex hac
 traditione deriuata sunt. Inter hæc etiam &
 admonitionē quandam in crucis consigna-
 tione agnoscimus, qua ad memoriam Pas-
 sionis Christi excitamur, ad cogitandam re-
 demptionem nostram, remissionem peccato-
 rum, uictoriam de Sathana, adoptionem
 filiorum Dei, & cœlestis hæreditatis promif-
 sionem. Quæ omnia in cruce habemus, & in
 cruce signamur, ad ea cogitanda admo-
 nemur. Quod cum facimus, magnū fructum
 consequimur: cum uerò uel omittimus, uel
 negligentius perficimus, non propterea om-
 ni fructu priuamur: sed Catechumeni con-
 secrati & dicati Deo manent, & quasi regio
 caractere indelebili quidem hostibus for-
 midabiles effecti in protectionem suscepti
 diuinam. Omnes uerò alij post hoc, uel post
 Baptismum se consignantes, atq; illud itera-
 tō & frequenter repetentes, si non suis mē-
 ritis uel operibus, saltem Ecclesiæ oratione
 quæ solet coniuncta esse (nec enim sine uer-
 bis sacris consignamur) & uirtute ipsius
 Passionis Christi diuinæ protectionis nō
 dubitant se gratiam consequi, quæ nulli nō
 utilis est, et si non in omnibus æqualis. Alij
 enim plus, alij minus protegentur uirtute
 crucis. Hoc igitur Basilius, hoc Augustinus
 de consignatione Catechumenorum dixē-
 runt, non suum sensum sed Ecclesiæ referen-
 tes. De alijs uerò consignationibus Tertul-
 lianus libro de corona militis hoc ipsum do-
 gma de traditionibus nōn scriptis suscipien-
 dis confirmans multis exemplis, sic inquit,
 Ad omnem progressum, ad omnē aditum

Lib. 4. ca. 13.
de orthodo.
fide.

Matth. 23.

Cap. 61. De
traditione cō-
signationis
crucis Pa-
rū
fides con-
tra
Brent. defen-
ditur.
Lib. 2. de
pec. meritis
& remissio-
ne cap. 26.

& exitum, ad uestitum, & caleatum, ad la-
uacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad
sedilia, quacunque exercet nos conuersatio
frontem crucis signaculo terimus. Vide q̄
apertè consuetudinem hanc antiquissimā
ostendit. Et quia ultimò hoc inter traditio-
nes posuerat, statim sic ait, Harum & aliarū
huiusmodi disciplinarum si legem expositi-
lās scripturarum, nullam inuenies. Traditio
tibi prætendetur auctrix, consuetudo cō-
firmatrix, & fides obseruatric. Vide itaque
hæc tria, traditionem, consuetudinem & fi-
dem à Tertulliano coniungi. Primò uult tra-
ditiones suscipi ex consuetudine, & credi:
postea docet rationem esse inquirendam,
ut in cæteris rebus fidei, sic enim statim in-
quit, Rationem traditioni, consuetudini, fi-
dei patrocinaturam, aut ipse perspicies, aut
ab aliquo qui perspexerit disces. Interim nō
nullam esse credes, cui debeat obsequiū.
Quod utinam Brentius & sui consideraf-
sent. Obsequium debemus traditioni, obse-
quium, inquam, de quo Paulus inquit, Ca-
ptiuantes intellectum in obsequium fidei.
Quod tūm maximè fit, cum ueneramur ea
quorum ratio etiam nos latet. Sed crucis cō-
signationem frequentissimam consuetam
esse in Ecclesia perpetuò uel altero teste con-
firmemus, ut in ore duorum uel trium stet
omne uerbum. Hieronymus in illa uerba
Ezech. Signa Thau super frontes, &c. ita ait,
Thau litera crucis habet similitudinē, quæ
in Christianorum frontibus impingitur, &
frequētī manus inscriptione signat. Nullus
est antiquorum qui cum occurrat de hoc nō
manifestè, tanquam de re certissima loqua-
tur. Quòd igitur Brentius inquit, supersti-
tionē & magiam confirmari ex frequenti
consignatione crucis, & diabolicæ fraudi tri-
buere, quod de Iuliano legitur fugatos ab
eo, alioqui impio, Dæmonēs signo crucis,
quod Brentius agit omnino impium est, &
totius Ecclesiæ sensui repugnans. Non puta-
mus hoc esse tam necessarium ut Baptismū,
ut fidem & cætera internæ pietatis opera:
sed certa fide dicimus, cæremoniam esse cul-
tumq̄ externum pietatis Christianæ. Quod
in catechismo ommittere ex pposito, uel ubi
ex Ecclesiæ ordinatione fieri debet, sacrile-
gium & transgressionem Apostolicæ tradi-
tionis asserimus. In alijs uerò ubi consuevit
fieri, si quidem ex obliuione aut leuī quadā
negligentia omittatur, non gratius asseri-
mus peccatum: sed interim admonemus
omnes, ut tantæ tamq̄ antiquæ traditionis
non obliuiscantur. Contra hæc credere aut
docere, recedere est ab Ecclesia uera & anti-
qua, ab omnium Patrum consensu, quod ad-
dèd manifestum est antiqua legentibus, ut
superfluū sit plura addere. Illud ultimò de
hac & cæteris traditionibus quas Basilius re-
censuit est addendum, quòd criminationibꝯ
Brentij satis fiat. Quod cum manifestissimis

testimonijs Patrum, Basilijs scilicet, Tertullia-
ni, Damasceni, & deniq̄ reliquorum omniū
quos de his loqui contigit, & consuetudine
omnium Ecclesiarū constat, externas illas
cæremonias etiam minimas, & non magni
momenti, quod attinet ad externam ipsam
speciem, stantes orare, quandoq̄ genua fle-
ctere, ad Orientem se conuertere, ab Apосто-
lis traditas Ecclesijs maximè inde admone-
mur, & instruemur. Primò ad suscipienda
magna cum reuerentia, & multi facienda
quæcunq̄ in cultu Dei tota obseruat Eccle-
sia, etiam si minima uideantur, quæ non du-
bitamus ex speciali Dei cura & magisterio
Spiritus sancti ab Apostolis commendata
fuisse Ecclesijs. Deinde etiam admonemur
nihil temerè & facilè in cultu Dei admitten-
dum esse, quandoquidem etiā minima quæ
quæ ab Apostolis tradita sunt. Quicquid san-
nè cum hac disciplina Apostolica non con-
sentit, meritò reijciendum est. Deniq̄ ulti-
mò etiam admonemur, quòd qui homines
sumus natura sociales, & secundum fidem
Christianam magis consociari debemus, o-
portere nos non tantum interiora curare
sed externa etiam, præcipuè in Ecclesia: ut
sicut Paulus inquit, Omnia secundum ordi-
nem & honestè fiant in ea. Et propterea Apo-
stolos hoc curasse, ut Paulus ipse de modo
administrationis Eucharistiæ dixit: Cætera
cum uenero ipse disponam. Ex quo Augu-
stinus collegit, ut supra diximus, ab Aposto-
lo traditum Ecclesijs, quod in celebratione
huius Sacramenti seruetur ab omnibus. Et
sicut non dubitamus plurimum ualere Sa-
cramentorū uim, quanquam sint externa, et
ut Augustinus inquit, contempta sacrilegos
faciunt, sic etiam & obseruantiarum harum
quas ab Apostolis accepimus circa Sacramē-
ta, uim non dubitamus non minimam esse,
ut dictum est: & eadem ratione ea contem-
nere grauissimum sacrilegium esse. Hæc igitur
de minoribus his cæremonijs, quas ex
traditione Apostolica Basilius recenset.
Sunt quidem traditiones aliæ maiores, de
quibus postea. Propter quas Basilius eodem
loco dixit, Quòd si traditiones oēs reieceri-
mus, etiam illa damnabimus, quæ ad salu-
tem necessaria sunt in Euangelio, & ad ina-
ne nomen contrahemus Euangelicam præ-
dicationem. Hæc dicta sunt propter grauiorū
rerū traditiones, scilicet Sacramentorū
multorum, ut Confirmationis, & Ordinis,
& Pœnitentiæ atq̄ Confessionis peccatorū.
Hæc si reijciantur, nonne reijcitur qd̄ neces-
sarium est ad salutē? Similiter traditio ipsa
sacrorum librorum, & ut inquit Basilius,
professionis qua in Baptismo Patrem, & Fi-
lium, & Spiritū sanctū profiteamur ad ipsam
substantiam religionis pertinet: cum tamen
non ita hanc trinitatis professionem neces-
sariò in Baptismo exigendam tam apertum
sit in scriptura, ut si non adesset traditio cer-
tissima,

Cap. 9.

1. Cor. 14.

Eiusdem.

Cap. 62. De

maioribus

minoribus

traditio-

nibus in

Basilij senten-

tiam.

missima, in dubium uocari non possit. Hæc sunt grauiorum rerum traditiones, de quibus postea: nunc interim cæteras, quas recensuit Basilius, fatemur minores esse, & quidem non ita necessarias, ut uel ex ratione aliqua mutari nõ possint, uel præter contemptum omiſsa damnent, reumq; faciant grauis peccati. Sic respondemus Brentio, Ad Orientem conuerti non est tam necessariũ, q̃ in spiritu & ueritate adorare: sed reprehendere hoc, & ad ueteris Testamenti obseruantias referre, est impium. Ter mergere in Baptismate non est ad substantiam eius necessarium, mutari etiam potest ob aliquam necessitatem, ut in decreto Concilij Toletani habetur: sed propria auctoritate mutare consuetudinem cuiusq; Ecclesiæ illicitum dicimus. Quod uerò contra hoc dicitur, Apostolos in die Pentecostes non potuisse ter ungeri, cum tantam multitudinem baptisarent, ridiculum est, nec eo die credimus eos benedixisse aquam, aut alias adhibuisse cæremonias, de quibus Dionysius & antiquissimi Patres mentionem faciunt: sed hæc omnia humano more paulatim commendata sunt Ecclesijs. Meminit & Brentius tertio loco Epiphaniij, & refert quod ille inter alia quæ de traditionibus Apostolicis loquitur, Tradiderunt, inquit, sancti Dei Apostoli peccatum esse post decretam uirginitatem ad nuptias conuerti. Quod confirmat etiam uerbo illo Pauli, Postquam luxuriata fuerunt in Christo uolunt nubere. Hoc igitur Brentius impugnat: primò quia uerbum illud Pauli non putat dictum esse propter uotum uirginitatis, aut cælibatus: quasi illud irritum fecerit: sed accipiendum potiùs ideo esse dictum, quia saginata Ecclesiarum facultatibus à Christianismo omnino ad gentilitatem deficiebant: ne si nubere inter Christianos, inferiori loco haberentur: itaq; primam fidem irritam facere, de Christiana fide, quam susceperat, intelligit. Non est nunc latius de his disputandum contra Brentiũ, nos priorem sensum magis conuenire literæ credimus fidem uiduitatis, & cælibatus, quam dedent cum suscipiebantur alendæ in Ecclesia, dicite eas Paulus irritam fecisse. Sed quod deinde dicit contra uirginitatis uotum, quod scilicet sit nouus laqueus conscientie contra libertatẽ Euangelicam, imò, inquit, contra obedientiam legis naturalis, unde meritò, propter hoc uotum prohiberi coniugium, non aliud esse, quàm præterire mandatum Dei, propter traditionem humanam, quod, inquit, non fuit Apostolorũ officium: nihil horum illi fecerunt, non opus habet in hoc loco longa tractatione: his omnibus non est opus aliter respondere, quàm ut librum Augustini legat de sancta uirginitate, & de bono matrimonij: & Hieronymũ aduersus Iouinianũ. Certè si hunc iniquiorẽ dicit in matrimonium, Augu. recipiat

modestissimè loquentẽ, utriusq; tamen Catholica & manifesta ex scripturis sententia est, cælibatum gratissimum esse Deo, eiusq; gratia seruari, ideoq; Deo illud promittere non minus est acceptum obsequium, & cultus Christianus, quod implendum esse docet, Vouete, & reddere domino Deo uestro, &c. Hoc apertè Paulus docet, Bonum est homini mulierem non tangere. Hoc etiã Christus tam apertè ut meritò irridendus sit conatus Brentij, & omnium suorum. Post tant manifestas scripturæ auctoritates & definitiones Ecclesiæ, sufficiat Gangrense Concilium citasse, ubi inter cætera, Nos, inquit, uirginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum castitate, & religione suscipitur, approbamus, & nuptiarũ castum uinculũ honoramus. Deniq; quod tertio loco adfert Brent. quo probet, non esse matrimonium rescindendum quod post uotum hoc contrahitur ex Epiphanio ipso, & ex Concilio Ancyritano, Cypriano quoq; & Augustino, non est, quod nos teneat, qui primò agnosimus matrimonium post uotum, quod simplex uocamus, contractum ualidum esse: post professionem uerò Religionis, aut sacri Ordinis susceptionem, in quibus solenne uotum castitatis & fieri & acceptari ab Ecclesia ipsa definit, nullum esse matrimonium iustissima ratione agnosimus: idq; ex lege certissima Ecclesiæ, quæ potest iusta causa ineptos reddere aliquos ad matrimonium contrahendum. Nulla sunt matrimonia inter consanguineos etiã eos quos diuina iura contrahere permittunt: sic Ecclesia declarauit matrimonia ab eis qui castitatem solenniter, & explicauimus, professi sunt, contracta nulla esse. Hoc nouerunt antequam uouerant, non coguntur ad promittendum aliqui: cum uerò spõte promittunt certi legis Ecclesiæ, nulla eis iniuria fit si obseruare cogantur. Quid uult Brentius, sacrilegia monachorum, & sacerdotum sancta probare? Nam & quod hanc legem Ecclesiæ conatur reprehendere, quasi laqueum iniicientem conscientijs, & contra sententias illas Cypriani, & Aug. quibus asserunt melius esse post uotũ nubere, quàm libidini se dedere, ut omittamus diligentiorẽ huius rei tractatũ in proprium locũ, facile rejicitur. Non negamus antiquiori tempore fortè non fuisse rescissa matrimonia: sed mutari potuit hæc lex ab Ecclesia multis & necessarijs rationib. ut iam uidemus mutata, cui mutationi non dubitamus Cyprianum, & Augustinum cessuros, etiam si quid fortè aliter eis uideretur, & expectaturos Ecclesiæ iudicium, si id retractandum uideretur. Expectet igitur Brentius, non facile definiat rem, in qua in utramq; partem nõ desunt & rationes & pericula: sed de hoc satis etiam in assertione Catholica diximus. Refert ex eodẽ traditiones alias, quas uisus est

Cap. 3.
De traditione
ne uoti cæ-
libatus de
qua Epiphani-
um.
Cõtra here-
si. Apostoli-
corum.

Cap. 8.

Contra her.
Arij. 75.

Epist. 89.
Cōtra heres.
Manichei
Contra her.
ref. 55.

Cap. 64.
De traditio-
ne miscendi
aquam uino
in calice iu-
xta Cypria-
num. Ad Cē-
cilium de Sa-
crāmēto Do-
minici cali-
cis lib. 2.
epist. 3.

Epist. 118.
Cap. 67. De
traditione ce-
lebrationis
Pasche iux-
ta August.

sibi facile posse rejicere, quod quarta & pro sabbatho ieiunandum sit, & sex diebus Paschatis nihil omnino accipiendum quam panem, & salem, & aquam. Sed Brentius sic contra hoc inquit, nec probari posse Apostolos hoc tradidisse, & Augu. illud de quarta & pro sabbathi ieiunio negare. De his fatemur Apostolos fortè hoc seruasse, & in principio Ecclesie in nonnullis locis fortè seruatum. Sed illud est certum tempore August. diuersas fuisse consuetudines. Hoc igitur inter traditiones dubias cōputamus, & quæ pro tempore in Ecclesia mutantur. Vide August. ad Ianuarium, & ad Casulanum. Minutiora uerò alia quæ refert de annis Lazari, & de genere Helie, & aliorum quorundam maiorū traditiones dicit Epiphanius non esse Apostolorum. Refert etiam ex Cypriano, quod dixerit, aquam miscendam esse uino in calice ex præcepto Christi & Apostolorum, & contra illum ait, primò Cyprianum nimium esse in suis asserendis opinionibus: nec credendum esse Christum hoc præcepisse, etsi fortè in cœna uinum aqua mistum pro patriæ more, & sumpserit, & derit suis. Sed nos hoc omnium Ecclesiarū consensu recipimus, & quia agit de probatione facti huius, an scilicet Christus & Apostoli hoc tradiderint multum deferimus antiquitati Cypriani, & Ecclesiarū sui temporis, nō ausus fuisset ille tam certò hoc affirmare, nisi Ecclesiarū consensu. Nec moratur nos etiam si fuerit diuersitas aliqua. Iam hoc in Ecclesia certò constitutum est, sit ab Apostolis, sit à plenarijs Concilijs non admodum curamus: hoc certum ex hac auctoritate Ecclesiarū habemus, sacrilegiū esse, hoc ommittere. Nam quod Brentius contra rationem Cypriani adfert ad eò ridiculum est, ut id etiam agnouerit ipsemet. Cyprianus inquit, Si solum uinum offeratur, sanguis Christi incipit esse sine plebe, si sola aqua plebs sine Christo. Contra quod uide quid ait, Nunc tam fragili uinculo alligauit sibi Christus Ecclesiam, ut si minister solo uino utatur, statim Christus sit sine Ecclesia: & concludit de his uerbis Cypriani nihil aliud iudicari posse, quam quod incogitanti exciderint. Ego uerò magis dixerim, quæ garrulanti exciderint hæc omnia Brentio: atque utinā non sint blasphemie in sanctos, uoluit etiam uerum sensum Cypriani referre, quem ille manifestissimè præ se fert, significat enim, non separari Christum ab Ecclesia re, quia uinum sine aqua offertur: sed significatione tantum: hoc est, non significatur coniunctio Christi & Ecclesie ad quod hoc institutum est. Et quia in Sacramentis significatio necessaria est, magno opere curari id debet, ut sicut in Ecclesia recepta est, circa Sacramenta compleatur. Verè uidit Brentius sensum horū uerborum, & ne non intellexisse diceretur, apposuit. Cur ergo uel

priora illa tam indigna Cypriano nō abstulit? Aut quid aliud est hæc tanta libido reprehendendi, quam meritò cōtemptibilem se reddere? Non omisit ultimum contra Augustinum dicere, quoniam ille annuam celebrationem resurrectionis Dominicæ, Ascensionis, Aduentus Spiritus sancti Apostolicam dicit traditionē. Asserit enim hoc esse cōtra Paulum, Nemo uos iudicet in parte diei festi. Et contra id, quod dictum est in Historia Ecclesiastica, Apostolis non fuisse curam festos dies constituendi. Sed his respondimus in principio: plures quidem dies festos instituere credimus non fuisse curæ Apostolorum: sed hos præcipuos testimonio omnium Ecclesiarum & temporū, meritò ab eis probamus traditos. Paulum uerò non obseruantiam dierum ab Apostolis institutorum, sed Judaicorum ostendimus reprehendere. Frustrà itaque hæc omnia dicuntur à Brentio. Audiamus iam perorationem huius loci: sic igitur inquit, Cùm hæc ita se habeant de traditionibus, manifestum est, quod cùm asseritur ueritatem Euangelij non tantum in scriptura, sed in traditionibus sine scripto contineri, sacram scripturam per eas interpretandam esse, quod certissimum fundamentum fidei. Sathan mendatur abolitionem uel saltem extremū cōtemptum scripturæ sacræ & Ecclesie intercessionem: Cogitat enim, inquit, Ecclesiam abducere à certissimis ad incertissima: à cœlestibus ad elementa huius mundi: à diuinis ad humana: Denique ab oraculis Spiritus sancti ad somnia & deliria profanæ carnis. Quod deinde precat, ne Deus permittat Ecclesie suæ uenire, hoc est dignum tali patella operculū. Sic oportebat à Brentio claudi locum in quo de tota causa sibi ita contra dicit, ut quod à ueritate coactus fuerit concedere instituta scilicet ab Apostolis nonnulla, quæ non sunt scripta, & suscipiendas traditiones quæ sufficienti testimonio probantur, eam præcipuè quæ de libris canonicis est: eadē negauerit apertè docens & in hoc & in præcedenti loco, de scripturæ traditiones quas Paulus commendat solas esse, quæ testimonio scripturæ confirmatæ sunt, & nihil ad salutem pertinens extra scripturam esse. Cùm igitur nunc ait in sua peroratione, Cùm hæc de traditionibus ita se habeant: ad quæ rogo ista referemus? Ad ea quæ dicis negari non posse, instituta aliqua ab Apostolis quæ non sunt scripta, scripturæ sacræ traditionem suscipiendam sine ullo testimonio scripturæ? An ad contraria potius, ubi nullam traditionē, nisi testimonio scripturæ confirmatam, uis suscipi: quò sit, ut libros omnes canonicos incertos reddas: & asseras nihil institutum ab Apostolis, quod non sit scriptum? Vide tuam apertam contradictionem. Instituerunt aliquid Apostoli quod non scripserunt, ad salutem ueram illud

Cap. 66.
Brentius sit
cōtradictor
in negandis
traditionibus
& cōtra scripturam
xime confirmatam.

illud pertinere non est dubitandum, nec enim aliud agebant. Et omnem doctrinam ad salutem necessariam scriptam ab Apostolis, quod postea capite de scriptura dicit, quę igitur dicimus ita esse dicimus potius, quę eum ita non sint, quę cum sibi contradicant, ea scilicet, quę Brentius de traditionibus dicit, nihil illi credendum est. Sed scio ad proxima hæc, quę dixerat, esse referenda. quę cum ita sint, inquit, cum ea scilicet, quę Basiliius de traditionibus dicit libro de Spiritu sancto, non sint credenda: sed credendum magis illum ea reuocaturum, si serio admodum nitus fuisset. Similiter quę Epiphanius refert de traditione uoti uirginitatis seruandi aliena esse ab Apostolica doctrina, quę de ieiunio quarta, & profabbathi incerta, quę ab alijs negantur: & quę Cyprianus dixit de necessitate miscendæ aquæ uino in calice, & ratione eius incogitanti excidisse, & ex uehementiori affectu sua asserendi. Denique quod August. de anniuersaria celebritate festiuitatū quarundam contraria Paulo. Cum hæc ita sint, inquit B. Quod Basiliius, Epiphanius, Cyprianus & August. errauerint alius incogitauerit, alius non serio admonitus loquuti fuerint, merito inde inferret, quicquid uolet: hoc est incertissima esse, & deliria, atque somnia, & ad elementa mundi huius pertinentia quęcunq; de traditionibus dicuntur: & per ora horum patrum meditari Sathanam ultimum excidium scripturæ & Ecclesiæ. Quid enim aliud poterat sequi ex tantorum patrum tanto contemptu? merito itaque nos contrarium dicemus, cum omnia à Brent. dicta in hos patres immodeste & superbe dicta sint: cum in eis sensum suum & non scripturæ, sed quem ille uult, sensui tantorum Patrum Brent. præferat, cum intolerabilis blasphemiam sit per uerba illorum Patrum, quos Deus Ecclesiæ suæ & miraculis, & doctrina atque sanctitate commendauit, Sathanam meditatū fuisse destructionem scripturæ & Ecclesiæ: cum denique falsa sunt contra uerum scripturæ sensum nimio & inconsiderato contradicendi affectu dicta, merito sequitur traditiones Apostolorum non scriptas certissime recipiendas esse, ab eodem fonte illustrationis scilicet Spiritus sancti, & prædicatione Apostolica, à quo scriptura profectas, sine quibus nec scripturæ auctoritatem habent, nec explicari possunt: & quod Brentius inquit traditiones has incertissimas esse, deliria & somnia, uerissimum esse Sathanæ commentum & conatum ad destruendam, euerendamque Ecclesiæ & scripturæ auctoritatem. Claudamus igitur huc de traditionibus locum auctoritate sanctorum Patrum, atque consensu omnium, qui Ecclesias docuerunt ab Apostolis, ut uideat Brentius, quos uocat traditores, & per quos dicit Diabolum meditari ruinam Ecclesiæ & scripturæ: uideat inquam & confundatur, ui-

deant etiam omnes qui uerè salutem suam querunt an Brentio & suis se committere possunt. Attingamus igitur non integrè, & à principio omnes repetentes Patrum sententias, de quibus & in hoc loco, & in Assertionē catholicā loquuti sumus: sed tantum eas, & nonnullas alias uel primis labris degustantes ostendamus grauissimorum Patrum consensum, ut tantæ auctoritati cedat omnis proteruita: & in primis ab ipsis Apostolorum discipulis incipiamus. Ignatius Ioannis discipulus & Antiochenus episcopus, martyriq; probatissimus apud Eusebiū docet omnes Asiæ populos, ut tenaciùs & diligentius Apostolicis traditionibus inhæreant, quod hæreses deuitari possint, has asserit scriptas se reliquisse. Polycarpus Ioannis auditor Smyrnenis episcopus, martyriq; sanctissimus apud Ireneum Romā ueniens hæreticos in Ecclesiam conuertit, traditionem Apostolorum prædicans, & quod ab eis ipse susceperat Ecclesiæ tradens. Dionysius Areopagita, & ipse Pauli Apostoli discipulus, & Parisijs gloriosus martyr, substantiam sacerdotij Christiani eloquia diuinitus tradita esse dicit. Hæc uerò inquit illa sunt quę in sanctis Theologicis libris commendantur ab Apostolis, similiter & quę sine literis transfusa sunt ex animo in animū uerbo corporali intercurrente. Hos proximè sequuntur eorum discipuli, & qui ab his edocti sunt: quasi filij & nepotes. Ireneus traditionem Apostolorum obseruandam esse omnibus, & eam testimonio Ecclesiarum ab Apostolis fundatarū docet probari. Clemens illè Alexandrinus apud Eusebiū in primo libro Stromaton, quę tradita sibi fuerant à doctoribus sanctis, & beatis uiris Pantæno præcipuè scripsisse se refert: & de hoc Pantæno & relijs præceptoribus suis ita inquit, illi quidem diuinæ doctrinæ ueritatem mihi, quę sibi ab ipsis statim primis auctoribus Petro, Iacobo ac Ioanne, & Paulo sanctis Apostolis tradita fuerat, tanquam patres filio commendauerunt. Apud eundem Eusebiū confitetur hic Clemens extorqueri sibi à fratribus, ut ea quę à presbyteris, id est, successoribus Apostolorum uoce sibi sola tradita sunt describeret in libris ac posteris traderet. Egesippus, & ipse temporibus Apostolorum uicinus & probatus in Ecclesia ac celeberrimus, ut Eusebius inquit, doctor, teste eodem Eusebio integer rimam traditionem Apostolicā prædicationis simplici sermone conscriptam in quinque libris memoriæ tradidit: & eodem testante, Ecclesiastici doctores aduersus Menandrum, Basilidem & alios hæreticos pro Apostolica, & Ecclesiastica traditione scriptis certant. Hæc igitur de prima Ecclesiæ ætate: sequenti tempore non potuit tam necessaria doctrina deleri. Origenes in diuersitate sententiarum seruandam, inquit,

Cap. 67.

Auctori-
tes Patrū cer-
tissime de
traditionib.
Apostolicis.

Ignatius.

Eccles. Hist.
lib. 3. cap. 26Polycar. lib.
3. cap. 3.Dionysius
lib de eccle.
hierar. ca. 1.Ireneus ubi
supra.Clemens A-
lex lib 5. eccle-
s. Hist.
cap. 11.

Lib. 6. ca. 11.

Egesippus
Eccles. Hist.
lib. 4. cap. 8.Orig. in prok.
Peri archon.

esse ecclesiasticam prædicationem per successione ordinem ab Apostolis traditam, & solam illam ueritatem esse credendam, quæ in nullo ab ecclesiastica discordat traditione. Tertullianus hinc dirigit præscriptio nem aduersus hæreticos, quid Christus docuit Apostolos: quid illi prædicarunt probandum esse per illas Ecclesias, quas Apostoli condiderunt: & omnem doctrinam quæ cum eis non concordat de mendacio præiudicandam esse docet: neq; cum hæreticis de scripturis disputandum. Epiphanius aduersus hæreses frequentissime ad traditiones confugit: oportet, inquit, traditione utri: non enim omnia à diuina scriptura accipi possunt: aliqua in scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt: de hoc exponit uerba Pauli, sicut tradidi uobis. Traditione confirmat orationes pro defunctis, necessario inquiring hoc perficit Ecclesia traditione à Patribus accepta. Quis autem poterit statutum matris dissoluere? Basilii parem uim habere ad pietatem, quæ nõ scripto tradita sunt ab Apostolis, cum his quæ scripta sunt: & qui ea negauerit, ad inane nomen Euangelij prædicationem deducere, negareq; quæ necessaria ad salutem asserit, ut supra uidimus. Chrysostomus manifeste uerba Pauli: Tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam exponens, hinc inq; patet, quod multa sine literis tradiderunt, eadem uerò fide digna sunt, tam illa quàm ista: itaq; traditionem quoq; Ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras amplius. Augustinus ea quæ per totum orbem seruat Ecclesia, ab Apostolis uel plenarijs Concilijs tradita esse nõ dubitat, & de his sicut de scriptis non dubitandum esse: sed insolentissimæ insanix esse de his disputare manifestissime docet. Theophylactus in eundem locum Pauli ad Thessalonicenses Chrysostomo consentiens manifestius etiam Paulum sine scriptis sermone tantum, & uiua uoce pleraq; tradidisse affirmat: & inquit non secus illa, atq; hæc fide sunt digna. Damascenus, & Basilij uerba, ex libro de Spiritu sancto ueneratur, & pro defunctis orandum traditionem Apostolicam esse dicit: Apostolos in tradendis Sacramētis memoriam fecisse defunctorum, & à tempore hoc Ecclesiam sine contradictione seruasse. Deniq; & adorationem imaginum traditione Apostolica confirmas Pauli uerbis, Tenete traditiones, &c. Plurima, inquit, Apostolos sine scripto tradidisse: est inquit hæc traditio non scripta. De adoratione crucis, sicut de adoratione ad orientem. His Vincentius ille Lirinensis presbyter merito est nobis adiungendus in tractatu illo aduersus profanas hæreses non uitates: ubi ut diximus ostenditur, quantum & pietatis, & eruditionis ille fuerit: quantum enim non absolutus sit hic liber, di-

gnus tamen est, quem omnes legant, & quod tanquam antidoto utantur aduersus hæreses, ibi inquit duplici modo munire debere fidem suam illum, qui decipi non uult. Primo diuinæ legis auctoritate, tum deinde Ecclesiæ catholicæ traditione, ubi mox sibi ipsi opponens cum canon scripturarum sit perfectus, & ad omnia satis, superq; sufficiat, quid opus est ut adiungatur illi Ecclesiæ intelligentiæ auctoritas? & respondet quia sacram Scripturam non omnes eodem sensu accipiunt: sed alius aliter. Vide apertè quod superius de traditione diximus, quæ non solum necessaria est propter non scripta: sed etiam propter ea, quæ scripta sunt. De his uerissime dicæ, quæ cum ita sint. Cum Ignatius, Dionysius, Polycarpus, Apostolorum discipuli, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Pantænus, Egelippus, qui primos illos, uel eorum discipulos habuerunt magistros: Origenes, Tertullianus, Epiphanius, Basiliius, Chrysostomus, Augustinus, maxima Ecclesiæ lumina. Deniq; Theophylactus, Damascenus, & Vincentius Lirinensis, horum fidelissimi discipuli. Cum sedecim hi probatissimi patres testes sint huius Ecclesiæ sensus, quo sine scripto tradita esse quamplurima ab Apostolis, quæ ad salutem necessaria sunt, & in ipsis, quæ scripta sunt ex eadem traditione uerum sensum accipiendum, cum à nullo altero orthodoxorum patrum negatur: constat quod negantes, hoc est, nihil recipientes nisi quod scriptum est in sacris libris, hostes sunt ueræ Ecclesiæ, & per eos Satan meditatur omnia schismata, & quæstionum interminabilium, atq; sine discipli na confusionem: atq; ita & scripturæ ipsius, ueritq; sensus eius euerfionem. Hæc manifestissima sunt: nolunt uel iudicium aliquod, uel rationem finiendi controuersias de dogmatibus fidei, & sensu scripturæ: quod illis uidetur, uolunt manifestum esse, etiam si omnes Ecclesiæ aliter sentiant. Quid ergo fieri potest cum illis, qui soli sensui suo sunt addicti? illis omisis nos agnoscimus traditiones certissimas, & totius fidei nostræ fundamenta. Et ne diutius Brētius incertas, & dubias omnes traditiones efficiat, ostendimus illi manifestissimas, & certissimas non minoris momenti, quàm quæ scripta sunt: sed reuera eorum fundamentum, & explicatio. Prima est traditio librorum facrorum etiam consentiente Brentio, ex qua, ut ostensum est, manifestè aliæ probantur etiam suscipiendæ, quod ipse non uult. Post hæc est traditio symboli tam ipsius Apostolici, quod à Patribus in Ecclesia semper constat susceptum: de quo & Basilium putamus locutum cum dicit, professionem baptismatis esse ex traditione, quam etiam alterius symboli Patrum, à Nicæna & Constantinopolitana synodis maxime explicatum: & iuxta hæc symbola, circa dogmata, atque

Tertull. lib. de præscrip. heret.

Epipha. contra here. 61.

Contra Ariu. 75. heres.

Basilii lib. de spiritu sancto.

Chryf. Hom. 4. in 2. ad Thessal.

Aug. epistol. 108. Cap. 1. & 5.

Theophyl. 2. Thessalon. 2.

Damas. lib. 1. de ueneratione imaginum. Sermo. de defunctis.

Lib. 4. de or. 37. & 13.

Cap. 68. Recensentur gratissime & magnè mentione pauca.

atque fidem, traditionem non scriptam agnoscimus: perpetuam uirginitatem Mariæ, Romanæ Ecclesiæ, atque pontificis primatum, & quod ad alia mysteria attinet explicatissima, & præter ambiguitatem omnem æqualitas personarum diuinarum, duæ naturæ, duæque operationes, & uoluntates in una persona Christi, ex traditione Apostolorum habita semper sunt in Ecclesia, & ex ea in Concilijs postea contra hæreticos definita, cum quod ad scripturam attinet in diuersos sensus trahi possit, & ab hæreticis traheretur perperam quidem, sed interim imponebatur imperitis. Hæc quidem circa dogmata exempli causa sunt satis: circa cultum uero & Sacramenta agnoscimus multo plures traditiones Apostolicas. Circa Baptismum, in primis Consecrationem aquæ, Adunctionem Chrismatis, Abrenunciationem Sathanae ex traditione habemus tam certa fide, ut eis grauissima dogmata aduersus hæreticos, Pelagianos præcipue, Patres confirmarint. Habemus totum Sacramentum Confirmationis atque Ordinis, & Matrimonij, & Extremæ Vntionis, eorum & elementa, & uerba atque effectus ex traditione Apostolica. Non quod negemus in scriptura esse nonnulla de his Sacramentis, sed omnia quæ ad integritatem eorum certa fide necessaria tenemus, cum in scriptura non sint, necesse est Apostolicam traditionem esse. Circa reliqua uero duo Eucharistiam, & Pœnitentiam, habemus etiam certissima traditione sacrificij altaris oblationem, lectionum, psalmodiarum, & canticorum usum, inuocationem Sanctorum, pro defunctis orationes. Et circa Pœnitentiam, peccatorum enumerationem sacerdoti faciendam, necessitatem satisfactionis ex Apostolica similitudine habemus. Hæc non parua sunt, non incerta, sed talia sine quibus magna pars religionis perit, & quod Basilius dixit, Ad inane nomen Euangelium redit. De quibus non est opus plura dicere, quam quod de his habemus certissima Patrum testimonia, in quibus merito Ecclesiæ filij quiescunt. Iam de Patribus dicendum est nobis, Quoniam frequenter Brentius calumniatur quod ad Patres mittam, ad patres, inquam, ueteres & iam mortuos. Et ne calumnetur nos quod confuse & inordinatè modò ad traditiones, modò ad Patres confugiamus, primò hoc obseruandum iuxta ea quæ superius dicta sunt, nos testimonijs ueterum Patrum propriè uti ad probandam traditionem & consensum Ecclesiæ. Cum enim, ut ex superioribus constat, fieri non possit, ut ex Apostolica prædicatione & doctrina non certus sensus & perspicuus dogmatum fidei fuerit fidelis & inscriptus quodammodo in cordibus Ecclesiarum quas fundarunt, & maxime discipulorum quos ipsis præfecerunt Ecclesijs, & ex istorum doctrina idem fuerit cognitum & susceptum ab his quos docuerunt

& tandem hoc ordine perpetuè id permanens stabilitas promissa à Christo Ecclesiæ ostendit: non opus erat si rectè ab omnibus ageretur Christianis, alio testimonio quam euidencia ipsa rerum, ut agnosceremus omnes quod quicquid circa dogmata fidei nouum & inauditum post Apostolos incipit esse, necesse est alienum sit à traditione. Quia tamen exurrectura ingenia proterua nimium sibi ipsis placetia nouerat Deus, & hoc etiam Ecclesiæ suæ prouidit, ut monumenta manerent & testimonia antiquæ fidei, ex quibus, cum nouum aliquod circa fidem oriretur, probari posset etiam proteruis antiqua fides & sensus prioris Ecclesiæ, in qua sine contradictione, siue uel mentione quidem ullius nouitatis fides catholica, hoc est, ab Apostolis tradita sincere seruabatur. Igitur duplici ratione testimonia illorum Patrum, quos certissime constat in unione Ecclesiæ absque ulla schismatis uel hæreseos nota permanisse, sunt nobis necessaria, & ad ea nobis confugiendum est. Primò propter ipsorum auctoritatem, qui quantum homines sint & errare possint, atque decipi siue decipere: tamen quia non solum cum uiuerent probati sunt fide digni testimonia, sed etiam post mortem ab omnibus sequentibus agniti sunt digni fide, & frequentissime etiam miraculis commendati Ecclesijs, tanta uita suæ sanctitate, tanta doctrinae ueritate, ut sequentium temporum consensu merito auctoritatem consecuti sint tantam, ut nullus sine presumptionis nota illis ausit contradicere, in his præcipue, in quibus non singulariter quisque suum sensum alienum ab alijs sequitur, sed consonum & commune cum reliquis. Deinde etiam asserit: quoniam illorum testimonia ostendunt sensum Ecclesiæ, quæ est columna & firmamentum ueritatis, quo fit ut sensus Ecclesiæ circa fidei dogmata non possit esse alienus à ueritate fidei. Cum ergo is ostenditur, non potest efficacius ueritas fidei probari. Ecclesia uero non aliud est, quam congregatio omnium fidelium, cuius præcipua membra illi sunt, quos Deus dedit doctores & pastores, quos reliqui sequi tenentur, ut ostensum est. Ergo necesse est eam talem fidem secutam fuisse antiquis temporibus, qualem sui doctores & pastores docebant. Nouerant Ecclesiæ illud Christi: Qui uos audit, me audit, Et Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite, &c. Sequebatur igitur eos Ecclesia, cuius sensus certus nobis esse debet. Atque his rationibus illud etiam ostenditur, cum Patres appellamus & ad eos confugimus, non unum aut alterum, siue quosdam ex eis, sed omnes communiter, & eorum consensum atque confessionem nos appellare. Non itaque cum suas illi sententias proprias quidem & alijs contrarias referunt (quod in nonnullis

Cap. 69:
Patrum testi-
monia quali-
ter necessa-
ria & effica-
cia sint ad cõ-
firmendam fi-
dem.

lis rebus dubijs factum esse cognoscimus) eorum testimonia tantæ auctoritatis nobis sunt, ut eis fidem confirmemus. Cum enim contrarij sunt, constat alterius falsam esse sententiam. Et constat aliquorum Patrum sententias postea re magis discussa, à tota Ecclesia reiectas esse. Sed tunc demùm testimonia Patrum nobis maximæ sunt auctoritatis, & quidem tantæ, ut sine hæresis & schismatis nota contemni non possint, cum certa & cõmunia dogmata proferunt, cum aliqua affirmant non ut suas sententias, sed ut que in Ecclesia præter omnem contentionem doceantur & teneantur. Quod tunc maximè ostenditur, quando in expositione scripturæ aliquem sensum afferunt non dubitantes de dogmate, quamvis scriptura illa aliū sensum non nunquam habet. Sicut uerbi gratia cum Hieronymus interpretatur locum loëlis Prophetæ, Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, de dubio remissionis peccatorum, fidem Lutheri, q̄ remissa sint peccata, ostendit nouellam esse: uel cum ad confirmanda dubia uel incerta alia afferunt quasi certa, Sicut Augustinus ex Cypriano notat, qui ad probandum baptizandos pueros, neq̄ expectandum diem aliquem, rationem adfert ex peccato originali. Quod, inquit August. tam certum erat, ut neq̄ cogitauerit quidem Cyprianus illud probare: sed ex eo tanquam certissimo alia confirmaret. Cùm itaq̄ ostendimus oīm ætatum Patres idem sine ulla contradictionis suspitione uel metu, sed securitate illa qua certissima docent, asseretes, tunc sensum Ecclesiæ manifestius ostendimus. Et quoniam non semper omnium de qualibet re monumēta habemus, cum duos aut tres siue plures dogma aliqd, ut diximus, consonè & ut certum asserentes adducimus, satisfactum credimus, ut probe tur etiam consensus Ecclesiæ duorum uel trium testimonio, cum alij non contradicunt: siue quia de ea re non loquuntur, siue quia obiter aut obscurius. Sed & illud etiam non omittendum, quòd et si nonnulli sint quos uel Ecclesia aperte damnauit, ut Origenem & Tertullianum: alios quorum opera suspecta haberi uolunt, ut Lactantij, Arnobij, Casiani & similium: cum tamen & hi consensui Ecclesiæ attestantur, & ea referunt quæ in Ecclesia catholica certa habebantur sua ætate, recipiuntur ab omnibus ut fide digna testimonia horum. Hinc est, ut nullus Origenis auctoritate non utatur, & Tertulliani maximè cum non suas sententias referunt priuatim, sed catholicæ Ecclesiæ sensum, cum in ea perseverabant. Sic scripta Tertulliani antequam deficeret ad Montanum multæ sunt utilitatis & auctoritatis, quorum assidua lectione usus est Cyprianus, ipsumq̄ magistrum uocabat. Et sunt in eo magna aduersus hæreses, & quidem contra seipsum, testimonia, Vt illud Christi in eo

impleatur. Ex uerbis tuis condemnaberis. Et hoc de cæteris, quos diximus suspectos haberi, censendum est. Quare cum de auctoritate antiquorum Patrum agitur, duas has classes distinguamus. Alteram scilicet probatissimorum & orthodoxorum, qui, ut Gelasius inquit, in nullo à sanctæ Ecclesiæ Romanæ consortio deniarunt, neq̄ ab eius fide uel prædicatione seiuncti sunt: sed usq̄ ad ultimum uitæ suæ diem cõmunionis eius participes fuerunt. Inter quos idem pontifex Cyprianum, Gregorium Nazianzenum, Basilium, Athanasium, Cyrillum, Chrysostomum, Theophilum Alexandrinum, Hilarium, Ambrosium, Augustinum, & Hieronymum, & Prosperum recenset: Orosium etiam, Sedulium, & Iuuenicum. Altera uerò classis sit aliorum, quorum auctoritas non omnino certa est, nec in omnibus, nec tamè omnino ab Ecclesiæ sensu dissentiens, quæ apocrypha eodem loco à Gelasio dicuntur. Inter hos Origenes & Eusebius ipse Casariensis in Historia Ecclesiastica collocatur. Qui reprehenduntur in quibusdam, sed nō in omnibus. Origenis (inquit Gelasius) opuscula, quæ uir beatissimus Hieronymus non repudiat legenda, recepimus. Et de Eusebio librisq̄ historiarum eius inquit, Propter rerum notitiam singularem usquequaque non dicimus renuendos: quamuis in primo libro tepuerit, & in laudem Origenis schismatici unum librum conscripserit. Iam uerò illa, quæ hæreticorū sunt constat omnino reiicienda. Vbi etiam hoc obseruandum, quòd inter hos Gelasius eo loco Tertullianum, Lactantiū, Arnobium, Casianū, Faustum Regiensē recenset: quamuis, ut diximus, quædam etiam in his sunt utilia & ad antiquitatis maximè cognitionem pertinentia, quare à multis leguntur, & in multis commendantur. Sed opus est in eorum lectione regula Apostoli uti, Omnia probate, &c. Hæc igitur quæ de auctoritate Patrum, necessitateq̄ & ratione ea ut ediximus, tam manifesta sunt, & ex his q̄ superius diximus ita cõfirmata, ut pluribus nō sit opus. Refert Socrates in Historia Ecclesiastica, optimam rationem reuincendi hæreticos à Nestario Theodosio Imperatori propositam hanc fuisse, ut testimonia veterum adhiberet antiquorum scilicet Ecclesiæ doctorū, q̄ ante diuisionem floruerunt. Quid hoc aliud, q̄ non solum illos adhibere testes, qui sine affectu partium locuti sunt, quò nō mine non parum eorum testimonia auctoritatis habent: sed etiam traditionem & sensum consonum Ecclesiarum eo tēpore, cum nulla erat dissensio, fide dignis testimonijs agnoscere? Qua ratione ut perpetuus usus ostendit, sequentes oēs doctores præcedentium auctoritatibus usi sint. Et quidè Augustinum constat summa cum libertate, sed modestia, de omnium hominum scriptis post

In Concilio
70. Episcopi
porū de apocryphis
scripturis.

Cap. 70.
Antiquorū
Patrum aucto-
ritatibus se-
quentes Pa-
tres semper
usos fuisse in
confirmanda
fide.

saeras

Lib. 2. de bea-
pt. contra
Donatist.
cap. 2.

facras literas sensisse, Scripturam, inquit, sa-
cram quis nesciat omnibus posterioribus
Episcoporum literis ita præponi, ut de illa
dubitari uel disceptari non possit, utrū uerū
uel rectum sit quicquid in ea constitit scri-
ptum esse: episcoporum autem literas, & per ser-
monem sapientiore cuiuslibet in ea re pe-
rioris, & per aliorum Episcoporum grauio-
rem auctoritatem & doctiorum prudentiā,
& per concilia licere reprehendi, si quid in
eis forte à ueritate deuiatum est: Ipse, inquit,
Augustinus aduersus hæreticos auctoritate
uicitur Patrum præcedentium. Vnde in quo-
dam loco aduersus Pelagianos sic ait, Post al-
lata testimonia Patrum hæc non ideo com-
memorauimus, quod disputatorum quorumlibet sen-
tentijs tanquam canonica auctoritate nitamur:
sed ut appareat ab initio usque ad præ-
sens tempus quo ista nouitas orta est, hoc de
originali peccato apud Ecclesię fidem tantā
constantia custoditum: ut ab eis qui Domi-
nica tractarent eloquia, magis certissimum
proferretur ad alia falsa refutanda, quam id
tanquam falsum refutari ab aliquo tenta-
retur. Vbi uides manifestè, quod dictū est,
consensu Patrum probari sensum Ecclesię, &
eundem necessariū ad scripturā intelligen-
dam. Alibi etiam contra eosdem, Quia, inquit,
scripturas sacras secundū sensum suum le-
gunt, in illis nec aperta contuentur, utinam
ergo saltem in catholicorum uirorum scriptis
à quibus eas rectè intellectas non dubitant,
quid sit sentiendum de adiutorio diuinę
gratię non negligenter attendent. Idem fre-
quenter in iisdem libris aduersus Pelagia-
nos subinde repetit, maximeque in libris con-
tra Iulianū. In quibus postquam primò li-
bro multorum Patrum sententijs citauit, & in 2.
rursum & 3. eorundem sententijs refellit e-
ius calumnias, inter alia sic inquit contra il-
lū: Ipse dixisti quod omnes iudices ab odio,
amicitijs, ira & inimicitia uacuos esse deceat,
pauci uerò tales potuerūt inueniri: sed Am-
brosium aliosque collegas quos cum illo com-
memorauimus, tales fuisse, credendum est. Ve-
rū si tales non fuerunt cum hæc uiuerent
in causis, &c. ad hanc tamen causam tales e-
rant, quando de illa sententias protulerunt,
nullas nobiscum uel uobiscum amicitias at-
tenderunt, uel inimicitias exercuerunt, nec
nobis nec uobis irati sunt, nec nos nec uos
miserati sunt: quod inueniunt in Ecclesia,
tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt:
quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradi-
derunt. Quid his, rogo, apertius dici potest
de Patrum auctoritate, de ratione agendi ad-
uersus profanas uocum nouitates, & certis-
simè confirmandi fidei dogmata? Vnde &
alibi etiam ita inquit, Ad curā nostram exi-
ssimò pertinere, non solum scripturas san-
ctas canonicas aduersus eos testes adhibere:
sed etiam de sanctorum literis, qui eas ante
nos fama celeberrima & ingenti gloria tra-

ctauerunt, aliqua documenta proferre: non
quod canonicis libris à nobis ullius disputa-
toris æquetur auctoritas, sed ut admonean-
tur qui putant istos aliquid dicere, quemad-
modum de his rebus ante noua istorum uani-
loquia Catholici antistites eloquia diuina
sequeuti sunt: & sciant à nobis rectam & an-
tiquitū fundatam catholicam fidem, aduer-
sus recentem Pelagianorum hæreticorum
præsumptionē perniciemque, defendi. Hoc
etiam ipsum magnę auctoritatis Concilia
apertè testantur, & quidem, ut superius dixi-
mus, omnia hanc rationem sequeuti sunt, ut
sensus scripturę nouos ab hæreticis adin-
uentos ex certissima traditione in scriptu-
ris Patrum agnita refutarent. Vide in Conci-
lio illo Ephesino primo à Cyrillo Romanū
Pontificis locū tenente aduersus Nestorium
celebrato (ut habes in Actione prima Chal-
cedonensis Concilij) post recitatam fidem
Nicęnæ Synodi, sic inquit catholi-
ci Patres, Quoniam præ manibus habentes
libros Sanctorum & beatissimorum Patrum,
Episcoporum & diuersorum Martyrum, e-
ligimus ex his pauca capitula que recitamus,
& confestim Petri Alexandrini, Athanasij, Iu-
lij & Felicis Romanorum Episcoporum, Theo-
pluli Alexandrini Episcopi, Cypriani, Am-
brosij, Gregorij Nazianzeni, Basilij, Grego-
rij Nysseni lucidissimis testimonijs Christū
uerum naturā Deum & non gratia adopta-
tum contra Nestorium ostendunt. Et quin-
ta Chalcedonensis Concilij Actione post de-
finitam fidem aduersus Eutychetem hæc
est Episcoporum acclamatio, hæc fides Patrum,
hęc fides Apostolorum, huic omnes consen-
timus, omnes ita sapimus. hæc nos docent
quę fuerit Conciliorum uerè catholicorum
cura & sollicitudo: certè non alia, quam ut
antiquam fidem Patrum, hæreticorum co-
natibus obscuratam, in lucem educerent.
Quod etiam epistolę illę Agathonis & omni-
Occidentalium Episcoporum ad Constanti-
num maiorem in sexta Synodo plenissimè
ostendunt. Cū enim destinatos à se atque
Concilio suo Imperatori proponit Pontifex
Agatho, quibus, inquit, testimonia aliquorum
sanctorum Patrum quos hæc Ecclesia Apo-
stolica suscipit, cū eorum libris tradidi-
mus: ut facultatem suggerendi consecuti ex
his duntaxat satisfacere studeant, quid hæc
spiritualis mater eorum Apostolica Christi
Ecclesia credat & prædicet, non per eloquen-
tiam secularem, sed per sinceritatem Apo-
stolicę fidei, in qua & ab incunabulis edocti
usque in finem cęli Dominò omnes nobiscum
deprecamur seruire atque obedire. Et statim
præscribit illis ut non aliter agant, nisi quan-
tum, inquit, eis iniunctum est, ut nihil præ-
sumant augere, minuire uel mutare: sed tra-
ditionem huius Apostolicę sedis, ut à præ-
decessoribus Apostolicis Pontificibus insti-
tuta est, sinceriter enarrare. Et post nonnul-

Cap. 71. Quę
liter proba-
tissima Con-
cilia auctori-
tatis Pa-
trū uisa sunt.

Act. 4.

de Petro inquit, Cuius auctoritatem utpote Apostolorum omnium principis, semper omnis catholica Christi Ecclesia & uniuersales Synodi fideliter amplectentes sequuntur sunt: omnesque uenerabiles Patres Apostolicam eius doctrinam amplexi, per quam & probatissima Ecclesie Christi luminaria claruerunt. Et post pauca, Hæc est Apostolorum Christi uia traditio quam ubique eius tenet Ecclesia, quæ præcipue diligenda atque fouenda & fiducialiter prædicanda est. Vtitur uero in ea epistola auctoritatibus Ambrosij, Athanasij, Augustini, Leonis, Gregorij Nazianzeni, Cyrilli, Gregorij Nysseni, Hilarij & Conciliorum Chalcedonensis atque Constantinopolitani. Denique non est obscurum, in hac sexta Synodo actum esse, & à catholicis & ab hæreticis Patrum auctoritatibus, & diligenter inuestigatum uerum illorum sensum collatione exemplarium, conuictosque hæreticos falsitatis & mendacij, ueritatemque fidei, aduersus quam plurimos hæreticos unam uoluntatem & unam operationem in Christo dogmatizantes, in eo manifestè definitam. Patet igitur ex his, quam uanè & reuera minus sincere quam deceat uirum grauem, Brentius reprehendit quod ad Patres remittam in dubijs de sensu scripturæ & dogmatibus fidei. Nunquid Augustinus, Cyrillus cum tota Synodo Ephesina tertia ex qua tuor illis probatissimis ab Ecclesia, & sexta Synodus submitunt scripturam sacram sensui hominum? Aut moluntur eius destructionem tam diligenter aduersus hæreticos testimonijs Patrum utentes? Sed aut Brentius in capite de scriptura, Si ad ueteres iam mortuos mittimur, nominentur ergo, ut sciamus, quorum interpretatio sacrosancta & inuiolata haberi debet. Cui nos dicimus iam eos nominatos esse ab Ecclesia, orthodoxos scilicet omnes qui perpetuò in unione Ecclesie perseverarunt (ut Gelasius inquit) nec unum aut alterum sufficere dicimus, nec interpretationes proprias singulorum aut sensum proprium in eis quarimus, sed Ecclesie: atque ita cum Vincentio illo Lirinensi, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, id tenemus: quod proprie & uerè catholicum est, hoc facimus, sequentes uniuersitatem, antiquitatem & consensionem (ut ille & sanctè & eloquenter docet) quid per totum orbem terrarum confiteatur Ecclesia sanctorum ac maiorum & Patrum, uel omnium, uel penè omnium auctoritate confirmamus. Nunquid hoc est à luce ad tenebras ire, à scripturæ splendore ad humani sensus tenebras & non potius ab hæreticorum, quas offundunt Scripturæ sacra & fidei, tenebris, ad lucem illam de qua Christus inquit, quod abscondi non potest super candelabra posita: ut qui ingrediuntur lumen, uideant: & à literis & scriptura externa ad scriptam ab ipso Spiritu sancto

Cap. 72.
Que B. aduersus patrum auctoritatem loquitur, rescinduntur.

in cordibus uiuam & certam conuerti: quod constat hos omnes Patres egisse: Vide, rogo, quam prouinciã assumpsit Brentius, quam difficilem, cum singulos Patres suspectos reddere & priuare auctoritate conatus est. Habuit, inquit, Ecclesia Græca suos Patres, Origenem, Chrysostomum, Basilium, Nazianzenum & alios: habuit Latina suos, Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Hieronymum, Augustinum & alios, atque his recensitis, ut alios omitterem, Negari, inquit, non potest quin in Patribus sui sint errores & aliena à sensu Scripturæ interpretationes. Origenes, inquit, habet quædam dogmata que non sunt Scripturæ sacrae consentanea: Tertullianus Montanizat: Cyprianus anabaptizat: Hieronymus Origenizat & digammat: Augustinus scribit libros Retractationum, & communicat infantes corpore & sanguine Christi. Hæc uero aduersus ueteres Patres se dixisse inquit, non hoc animo quod censeat eos abijciendos: sed quem animum habeat, nos uero iudici relinquitur. Caterum nauos quosdam siue species potius errorum in Patribus querere, finistre interpretari, & ex eis offendiculum infirmis obijcere, quæ candidè accepta etiam ædificare possunt, quid aliud est quam calumniari, cum maximè nihil ad causam id pertineat? Nos ad consensum Patrum mittimus, non quod ab uno aut altero, sed quod ab omnibus constanter, unanimiter, & perseueranter docetur, illud tenendum dicimus: non eorum diutaxat auctoritate, sed magisterio Spiritus sancti in Apostolorum prædicatione & Ecclesie sensu lucere. Quid igitur ad nos, quod unus aut alter in hac aut illa disputatione etiam errauerit à ueritate scripturæ: illud certò scimus catholicos non propterea ab Ecclesie sensu recessisse, quam interim ignorauerint. De Origene igitur & Tertulliano quod errauerint, non nos moratur, damnati sunt ab Ecclesia. De Cypriano iam omnibus notum est, in causa illa Baptismi hæreticorum eum errasse, ut Augustinus inquit prædecessoris sui exemplo deceptum, dum quod ab eo statutum uidit, putauit traditionem esse maiorum: sed paratissimè se semper exhibuit, ad sequendum Ecclesie sensum, obseruantissimus etiam in hac parte Ecclesiastica unitatis. De Hieronymo uero, primò illud certum est, quod Origenem de grauissimis erroribus arguit, libros præcipue Periarchon: & in Rufinum inuehitur, quod eos Latine reddiderit. In quibusdam fatetur eruditionem eius sibi placere, hoc non est turpiter, ut ita dicamus, & perperam Origenizare. De digamia uero illud constat, in quam plurimis epistolis, in illa maximè ad Gerontiam uehementiorem fuisse in dehortando à secundis nuptijs, sed salua fide. Et si enim aliquando conferat illas scortationi, sed aperte dicit se non

Lib. 2. cap. 1.
de bapt. contra
Donatistas.

se non

le non eas dānare: quanquam & hoc uideatur non nihil postea attemperare, ut non sine reprehensione illas relinquat. In his tamen omnibus nouerunt omnes fidem & ingenium Hieronymi: certe nec in his nec in alijs unquam discessit ab Ecclesia, nec perinaciter, imō nec ullo modo asseruit dogma contrarium fidei. Dum uerō seuerior in moribus & districtioris disciplina tenacissimus, & uerborum pondere efficacissimus est, dum ad meliora hortatur, dum hæreses impugnat, uidetur non satis attentè considerantibus ad extrema desistere. Sic contra Iouinianum etiam unico matrimonio iniquior uidetur, & in causa digamix multo magis secundis nuptijs uidetur detrahere. Iam de Augustino illud primū mirandum in Brentio, quod putauerit derogari Augustini auctoritati quod Retractationes scripserit, in quibus maximum exemplum modestiæ & diligentix atq; circumspectionis circa doctrinam nobis reliquit. Quibus quanta auctoritas scriptoribus accrescat, quis non uidet? Certè uel nomen ipsum Retractationum apud rectè considerantem August. auctoritatem conciliat erga ea, quæ non retractauit: apud introspectentem uerò hos libros multo maiorem ex diligentissima censura & ecclesiastici sensus tenacissima constantia, quas in omnibus illis præ se fert, ex quibus nec minimis quidē uerbis suis parcat. Si August. edidit libros Retractationum, quæ non retractauit, bis ab eo confirmata sunt, quare maioris sunt auctoritatis. Quod uerò de communione infantium loquitur Brentius, satis ostendit eum magis quærere in Patribus quid reprehendat quàm quid sequatur. Ex Augustino non habetur, quod huius rei ille sit auctor. Apparet nonnunquam suo tempore fuisse actum ita in Ecclesijs, & ex hac consuetudine illum accepisse argumentum aduersus Pelagianos, quanquam si rectè omnia Augustini in hac parte pensentur, uerba illa, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, ad spiritualem manducationem magis refert, quod apertè in ipsum locum Ioannis dicit: hæc uerò manducatio spiritualis & unio ad Christum in solo baptisate fit, sine quo August. non esse uitam infantibus probare uoluit, & nihil prater ea. Vnde & quod secundo loco Brentius assumpsit, quod in Patribus sint pugnantes interpretationes scripturæ, & si forte nonnunquam uerum est, nec id quequam nobis officit, qui consensum Patrum sequimur, nō tamen est probatum ab eo. Nam exemplum quod attulit huius loci, Nisi manducaueritis carnem, &c. nihil probat: sed facilitatem Brentij, & prurium quendam reprehendendi Patres manifestat. Nam quod alij Patres de spirituali manducatione intelligunt, id etiam constat Augustinū aliquando intellexisse: sed q̄ de Sa-

cramentali etiam intelligendam fit, multa alij Patres senserunt. Et demus etiam Augustinum alibi sensisse, nō tamen hoc contrarium est priori expositioni, nec enim unius tantum sensus capax est ille locus, sicut multi alij scripturæ loci, de quo supra satis dictum est. Illud omnino negamus Brentio, Augustinū paruulorū communionē necessariam putasse, quasi baptismus non sufficiat: sed hæc ad necessitatem Baptismi probandam attulit cōtra Pelagianos, qui nō baptizatis paruulis salutem & uitā non negabant, & si extra regnū cœlorum, propter uerbum Christi, Nisi qs renatus fuerit, non potest intrare in regnum Dei. Propter hoc igitur Augustinus utitur aduersus eos hoc loco; Nisi manducaueritis, &c. non habebitis uitam, referens illa ad Sacramentū Eucharistiæ, atq; intelligens in Baptismo spiritualiter uel uoto saltem & ordinatione Christi atq; uirtute Baptismatis iam fieri paruulos participes eius, quia unitatis Ecclesiæ sunt participes. Sed de hoc aliās. Nunc satis nobis stabilita est Patrū auctoritas: satis ostensum est, quæ sit necessitas, quæ utilitas, & usus illius. Iam igitur ad Concilia, hoc est, ad Patres uiuos: ad hos enim, uelit nolit Brētius, remittimus in dubijs scripturæ & fidei. Hos ponimus ultimò, tanquā nobis propinquo res & manifestiores, ut scilicet habeam⁹ semper uerū & præsens iudiciū, cuius uide manifestissimā necessitatē ex præmissis. Quis enim dubitat, scripta Patrum id etiam ab hereticis pati posse quod scriptura ipsa sacra. Trahuntur etiā eorū uerba in diuersos sensus: nec desunt hæreticis in scripturis Patrum, unde sua uideantur confirmare: ostendit hęc res ipsa. Pelagius ad integritatē humanæ naturæ & liberi arbitrij sine gratia Christi asserendam testimonijs utebatur mortuorum iam Patrum Cypriani, Ambrosij & aliorum, atq; Augustini ipsius adhuc uiuentis. Si ergo dubius est sensus scripturæ ex traditione iudicandus est, ex quā maximè certa dogmata fidei habentur: traditio uerò ex scripturis Patrum agnoscitur. Cū de sensu Patrū quæstio est, necesse est, ut certum iudiciū habeatur in Ecclesia ubi id defini possit: alioqui semp manebit dubitatio, & liberū erit cuilibet sentire quodlibet: dicit quisq; Hunc esse sensum scripturæ, hanc esse traditionē Apostolicam & sententiam Ecclesiæ, & hoc à Patribus affirmari. Ita de multis inqt Lutherus, & nos circa noua eius hæc dogmata ecōtrariò: hæc ipsa exponimus Patrum testimonia, sensum Ecclesiæ & traditionem Apostolicam. Constat igitur in Ecclesia unam fidem & unā confessionem seruari nō posse, nisi iudicium unū sit & præsens, in quo certa feratur sententia, cui oēs sint subditi. De quo q̄ satis superius & in Assertionē catholica proprio capite de Concilijs & scholjs confessionis Vuir-

Cap. 73. Ne
cessitas ex
utilitas con
ciliorum.

tenbergenſium egimus, non eſt cur nunc pluribus dicamus. Originem Conciliorum ab iſtis Apoſtoliſ deſinatam eſſe, auctoritatem illorū in Eccleſia ſemper agnitam oſtendimus manifeſtiſſimis auctoritatibus, utilitatem eorum ex tota hiſtoria Eccleſiæ manifeſtauiſimus, & ſine contentione, quanta potuiſtus modeſtia, certitudinem illorū oſtendimus, & qualiter non errare poſſe intelligendum ſit, ſatis indicauimus. Poſt hæc omnia non opus eſt multa addere. Sed quia reſpondendum eſt iniquiſſimis certè criminacionibus Brétij aduerſus ſacroſancta Concilia, huius duntaxat in hoc loco ruſum ad monédos eſſe lectores credimus, q̄ cum hæc Conciliorū auctoritas à Chriſti promiſſionibus & poteſtate quam tribuit Apoſtoliſ atq̄ eorum ſucceſſoribus ſit, quia illos magiſtros Eccleſiæ conſtituit, & audiri ab ea præcepit, non pendet ex humana uirtute, nō ex meritis hominum: ſed ex ipſa diuina ueritate. Atq̄ ideo etiam ſi illa deſint quæ ex hominibus ſunt, & ab eis exiguntur, ſanctitas ſcilicet uita & puritas, non propterea erit inefficax eorū miniſterium. Hæc certiſſima ſunt, etiam ab aduerſarijs noſtris conſeſa, ex quibus clamores omnes, quibus contra mores & uitam Prælatorū Brentius clamat, conſtat reiectos eſſe: & id tantum in Concilijs conſiderandū, an legitimi Prælati (ſine quibus probatum eſt Eccleſiam eſſe non poſſe) legitima etiam auctoritate, eius ſcilicet, qui omnibus ſuperior eſt, conueniāt ad implenda miniſteria ſua & quod eis à Chriſto commiſſum eſt. Hoc, inquā, ſatis nobis eſſe debet, ut nullus priuatus, nullus minoris auctoritatis poſſit de eorū ſententia aut dubitare, aut cenſere. Deo necesse eſſe illam relinqui, quem non dubitamus uel ita adfuturum Prælatiſ, ut per eos tanquam per inſtrumenta & organa quædam doceat Eccleſiam ſua ueram fidem, uel ſi occulto ſuo iudicio permiſerit eos, dum nō quantum debent ad inquirendam ueritatē agunt, errare, non permittet diu hoc latere Eccleſiam: ſed ager ut per ſequēs aliud Concilium corrigatur antequā receptū ſit in Eccleſia. Quod oſtendimus exemplo ſecundæ Epheliſinæ Synodi numeroſiſſimæ quidem & multorum Epiſcoporum, in qua error Eutycheſis de cōfuſione naturarum in Chriſto poſt unionē probatus eſt: ſed mox cum non deſſent, q̄ fraude & dolo id actum eſſe querebantur, congregata eſt Chalcedonenſis Synodus, & ueritas explicata prius quam deſinitio altera nocere potuiſſet in uniuerſa Eccleſia. Itaque hunc putamus ſobrium & ſanum ſenſum eſſe illius quod à pluribus aſſeritur. Concilia errare non poſſe. Intelligunt enim legitime congregata, & legitime abſq̄ fraude & dolo agentia. Talia certè ſunt quibus p̄mittit Chriſtus: Vbi cunq̄ ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, in medio eorū ſum.

Cap 74.
Calumia Bré-
tij ad erſus
auctoritatē
Conciliorum
reſcijantur.

Quod cum nō de Concilio tantum uniuertſali, ſed de quocunq̄ legitimo & in unione Eccleſiæ perſeuerante accipiendum ſit, non dubitamus à Chriſto impleri quod promiſſum eſt ſic congregatis: aut ſi eorum culpa hoc eis nōgauerit, Eccleſiæ ſuæ non eſt negaturus quod promiſit, Portæ inferi, &c. Et ſi igitur hominum poteſtas non ſit ſuperior diuina uoluntate, nec (quod Brentius non tantum calumnioſè, ſed blaſphemè etiā nobis tribuit) Spiritus ſanctus ullis ſit alligatus hominibus, tamen cōgregatio legitima probat præſentiam Chriſti, atq̄ oſtendit promiſſionem eius ei non deſuturam, modout diximus, non dolo & fraude agatur. Atque hac ratione non Spiritus ſanctus alligatus eſt hominibus uel obligatus: ſed quia fidelis eſt Deus & mentiri non poteſt, alligat homines ſibi, ſi non per ueram charitatem, ſaltem per illam operationem qua impleat eorum miniſteria. Non eſt cur Brentius clamet, nullū niſi à Spiritu ſancto præditum ſcripturam poſſe intelligere, quæ ab ipſo Spiritu ſancto eſt. Cui paucis poſtea reſpondebimus. Nunc aperte dicimus per malos & alienos à Spiritu ſancto homines facile eſſe Deo etiam prophetare: Nec dicimus, ut Brétius imponit, quod quia quādoq̄ fecit, ſemper teneatur facere: ſed dicimus, quod ipſe fatetur miniſterio peccatorum perſicere Spiritum ſanctum id, ad quod ordinati ſunt. Hæc eſt Conciliorum & auctoritas & certitudo: quæ duo nunquam aduerſarij integre conſiteri uolunt. Si enim non errare fatentur, quod non nunquam faciunt coacti testimonijs ſcripturæ, mox nullum Concilium poſſe certè cognosci legitimum eſſe, dicunt: quod ſi admittant, mox dicunt, errare poſſe quocunq̄ hominum Conciliū ſit. Sed uera fides utrumq̄ horum certiſſimè conſitetur, & illis uerbis à Chriſto promiſſum agnoſcit, Vobiscum ſum omnibus diebus. Et, Vbi cunq̄ ſunt duo uel tres in nomine meo. Et ruſum, Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Vbi non omittendum, quod auctoritate Nicolai de Lyra inepremiſit Brentius, & arguit, quod uulgariffimum & notiſſimum auctorem in Eccleſia non inſpexerim, à quo didiciſſem, quantum errarem in aſſerenda hac auctoritate Epiſcoporum & Conciliorum. Sic enim Brentius ait, Hæc uerba, Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, exponēs Lyra inquit, Ex quo patet, q̄ Eccleſia non conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis uel dignitatis Eccleſiaſticae uel ſecularis, quia multi Principes & ſummi Pontifices & alij inferiores inuenti ſunt apoſtataſſe à fide, propter quod Eccleſia conſiſtit in illis perſonis in quibus eſt notitia, & uera conſeſſio fidei & ueritatis. Hæc ſunt quæ ex Lyra contra me adducit, & irridens ait inuenturum me fortè aliquam expolitionem. Ego uerò dico nullam me uelle quare-

Quarere: sed fateri ingenuè uerissimū esse quod Lyra inquit & manifestissimum: primò in Ecclesia non esse hæreticos & apostatas, quod nunquam negauimus: professione enim fidei & Sacramentis ostendimus superius Ecclesiam congregari. Et nunc Lyra inquit, Ecclesiam consistere in illis, in quibus est notitia & uera confessio fidei: solos ergo hæreticos rejicit ab Ecclesia, qui scilicet neque credunt neque consentunt ueram fidem: isti non solum non sunt uiua membra Ecclesiae (quod de alijs peccatoribus diximus) sed etiam propria uoluntate omnino reliquerunt Ecclesiam. Eos uerò qui agnoscunt & consentunt fidem, negat Lyra pertinere ad Ecclesiam? Imò certè apertè confitetur. Quod si illud torqueat in me Brentius, quòd ait Ecclesiam consistere in aliquo non ratione dignitatis Ecclesiasticae uel secularis, uideat Lyram non negare in illis consistere Ecclesiam, nisi quia à fide, inquit, inuenti sunt apostatasse. Quod uerū esse fatemur quando à fide discedunt, Quis enim ludam neget fuisse Apostolum quamdiu adhæsit Christo, & in eo fuisse Ecclesiam: sed postea cum discessit in locum suum, non amplius fuit in Ecclesia. Sic de cæteris dicimus: nec dubitamus Lyram catholicum uirum hoc sentire, non tantum eos qui perpetuò permanent in Ecclesia, sed etiam eos qui ad tempus permanent, pro eo tempore quo tenent & continent fidem, ad Ecclesiam pertinere, & ueros esse Episcopos: nec putauit ille sine Episcopis & ministris Christi integram esse Ecclesiam. Hoc nos de illo credimus: quòd si aliter Brentius putet eum sensisse, nihil nos moratur. Nec enim ex illis prima auctoritatis Patribus Lyra est, quos magistros suscipit Ecclesia, neque ipse testis esse potest sufficiens Apostolicae traditionis, nec illo loco hoc agitur ut attestetur illi: satis igitur hæc nobis de Lyra dicta. Cætera uerò omnia loca conatur Brentius peruertere, sed frustra, nihil aliud habes quod dicat, quam quod omnes homines errare possunt, & decipi atque decipere: cum catholica fides non hominum uirtuti innitatur, sed promissioni diuinæ quam experientia ipsa agnoscimus implese Deū Ecclesiae suæ totis mille quingentis annis. Stat Ecclesia, stat fides, stat prima illa traditio: nusquam deleri potuit usque ad hanc diem ab Ecclesia, etsi nullas omiserit Sathanas fraudis suæ machinas in eam admouere. Quare nec dubitamus permanentem usque ad finem & fidem ipsam, & hanc Conciliorum uiuentiumque Patrum auctoritatem & certitudinem quam fides uera nos docet: cuius in Patribus manifestissima sunt testimonia. Consentunt enim Catholici omnes (ut in assertionem catholicam ostendimus) non solum quatuor illorum Conciliorum primorum & reliquorum sequentium ueritatem: sed etiam eorum auctoritate constare

nobis fidem catholicam asserunt. Quare non est opus diutius his immorari. Unius tantum Augustini, in omnibus ferè quæ aduersus Donatistas scripsit, frequentissimæ sententiæ quàm certa fuerit hæc auctoritas Conciliorum satis ostendunt, dum definitione de non rebaptizandis hæreticis uniuersalis Concilij certam esse quæ prius dubia erat, in euntanter asserit: nec dubitat Cyprianum illi statim obtemperaturum, si eo uiuente facta esset. Sic igitur inter multa alia libro primo aduersus Cresconium Grammaticum loquitur: Sequimur sanè nos in hac re auctoritatem certissimam scripturarum: nec enim parui momenti est, quòd cum inter Episcopos anterioris ætatis ista quaestio fluctuaret, & uarias haberet inter se collegarum salua unitate sententias, hoc per uniuersam catholicam, quæ toto orbe diffunditur, obseruari placuit, quod tenemus. Et post pauca ita ait, proinde quamuis huius rei de scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur ueritas: cum hoc facimus quod uniuersa nunc placuit Ecclesiae, quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas. Quid hæc Brentius dicit? Derogatur ne auctoritati scripturæ, quando in dubijs eius ad Ecclesiam mittimus? Imò inquit Augustinus quàm maximè confirmatur, quoniam in scriptura Ecclesiae auctoritas commendatur. Nunquid sententiam Ecclesiae quam in re prius ambigua & quæ certum non habebat in scriptura exemplum, oportet rursus exigere, ut Brentius inquit, ad scripturam? Certè in hac materia, quod Augustinus fatetur, ex scriptura certum exemplum non habetur, neque quid Apostoli egerint ac docuerint in scriptura constat: sed, inquit Augustinus, constat Ecclesiae auctoritas, quæ hoc post longam disceptationem definiuit. Vnde post uerba quæ citauimus statim sic loquitur, Et quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, in huius obscuritate quaestionis eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate Scriptura sancta demonstrat. Vides itaque in re obscura nec habente in scriptura exemplum, quanti Augustinus definitionem Ecclesiae facit, non ad aliam illam exigens scripturam quæ certè aperta non est: sed ad illam tantum in qua auctoritas Ecclesiae prædicatur. Et eodem loco Ecclesiam hanc certam & toto orbe diffusam non agnoscere erroris Donatistarum dicit esse. Hanc, inquam, Ecclesiam, cuius auctoritas commendatur in scriptura, certam esse & manifestam asserit, quæ tunc Augustinus tempore Donatistas damnabat. Ne mihi dicat Brentius aut Calumus, Ecclesia uera & stabilis prædestinatorum est congregatio, quæ inuisibilis est & incerta: illa uerò congregatio baptizatorum & profitentium fidem, non est uera Eccle-

Cap. 7.
Aug testimo
nia de Conc
liorum aucto
ritate, et pò
testate.

Cap. 32.
33.

fia quæ errare nō potest. Contra hoc Augustinus, imō per eum ueritas ipsa ostendit, illam Ecclesiam stabilem & firmam, certam esse & manifestam, quæ scilicet in cōmunionē catholica Patrum permanet. Et ne calūniētur nos aduersarij, quōd Ecclesiam pro suo arbitrio fidem nobis tradere dicamus. Quia sine certo testimonio scripturæ, non repetendum Baptisimū hereticōrum Aug. dicit definiuisse, non est omittendum quod idem non dubitat, & huius contentio nis historia satis ostendit hōc ex traditione Apostolorum fuisse: quia cōsuetudinē Ecclesie totius, etiam ante Cyprianum, fuisse res ipsa ostendit. Hanc autē, inquit Aug. fuisse cōsuetudinē Ecclesie, quæ postea multis discussa ambagibus p̄specta ueritate plenariō Concilio confirmata est, satis ostenditur ex ipsis uerbis Cypriani: namq; Cyprianus fatetur cōsuetudinē contrariam fuisse suæ sententiæ. De qua rursus inquit Aug. Quam cōsuetudinē credo ex Apostolica traditione uenientem, sicut multa non inueniuntur in eorum literis nec in Concilijs posteriorum: & tamen, quia per uniuersam custodiuntur Ecclesiam non nisi ab ipsis tradita & commendata traduntur. Vbi uides quā intrepidē, quā manifestē traditionem præter scripturas agnoscit Aug. & uniuersalis Ecclesie cōsuetudinē testimonium esse certissimū eius docet. Vides deniq; Ecclesie & Conciliorum auctoritatem, & rationem definiendi ex traditionibus. Hæc omnia lucidissima sunt re ipsa ostensa ab Aug. Quæ si negentur, necesse est non tantum Donatistarum hæresim, sed in uniuersum omnes simul exuscitari, cum auctoritas Ecclesie & Conciliorum aut certitudo eorū in dubium uocatur. Hoc igitur quod asserimus non est meditari destructionem Ecclesie uel scripturæ, sed ædificationē potius. Non est hoc Aromaticum, aut Talmudicū, sed uerē catholicum. Sed illud etiam in hoc loco non est omittendum, ut ea quæ dicimus de auctoritate Conciliorum & Episcoporum manifestiora fiant, quōd non tantum concilij plenarij consensum, sed Episcopoꝝ etiam in suis proprijs sedibus per literas uel quacūq; alia ratione conspirationem consonam prædecessorum doctrinæ Aug. ipse ad confutandas hæreses & scienda dubia fidei abundē sufficere credidit. Clamabant Pelagiani, q̄ sine plenarij Concilij congregationis damarentur, extorta scilicet ab Episcopis in suis locis sedentibus subscriptione. Contra quos ita inquit Aug. Quasi nulla hæresis aliquando nisi Synodi congregatione damnata sit, cum potius rarissimæ inueniantur propter quas damnandas necessitas talis extiterit: multoq; ac sine comparatione plures sint, quæ ubi extiterūt, illic improbari damnariq; meruerunt, atq; inde per cæteras terras deuitandæ innotescere potuerunt. Habes igitur auctoritatem damnandi hæreses Episcopis ipsis conuenire, nec congregatione Concilij semper opus esse, cum etiam illud Christi, Vbicunq; sunt duo uel tres in nomine meo spirituali unione impleri possit. De qua Paulus dicit, Congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini nostri Iesu Christi. Consensus igitur Episcoporum perpetuus & mortuorum & uiuentium iste est, quo confutantur hæreses: nec concilij, teste Augustino, opus fuit, nisi quā rarissimē. Quod etiam hic ideo admonemus, ut quā superbē Concilium generale ab initio huius dissensionis ortæ Lutherus & sui petierint. Quibus meritō illud eiusdem loci Augustini dici potest, Istorum superbia hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur, & nos dicamus omnium Ecclesiarū catholicarum Synodum eos uoluisse congregari. Orbem, inquit Aug. catholicū quoniam Dño eis resistente peruertere nequeunt, saltem commouere conantur. Sed quid tandem illa Concilij appellatione uoluerint nunc satis apertū est, maximē agente Brentio, cum nō Episcopi tantum alicuius aut pluriū, sed nec totius Concilij uniuersalis, deniq; nec alterius alicuius sententiæ quā Christi uniuersalis omnium iudicis stare se uelle manifestē testatur, ut superius uidimus. Et ut intelligas tantæ huius præsumptionis q̄ sint fructus, quid scilicet ex tam pertinaci animo necesse sit sequi, nō satis fuit Brentio errasse nonnunquam Concilia asserere: sed Concilio illi sanctissimo & à tota Ecclesia, ut unū ex quatuor Euangelij libris, suscepto, Nicæno scilicet imponit. Primū quōd errauerit contra Euangelicam doctrinam: sic enim (ut eius uerba referamus) inquit primo illo loco de officio Principum: Cum Patres Nicæni Concilij post definitam æqualitatem Filij, iudicarent eos, qui Christum professi ad militiam redirent, damnatione dignos, certe humani aliquid passi sunt, quōd damnauerint legitimam militiam, quam Ioannes approbauerat, nec Christus reiecerat. Hæc ausus est Brentius in Concilium Nicænum dicere, q̄ definierit aliqd contra ueritatē Euangelicam. Et quidem certissimū est, militiam licitam esse Christianis: quin & illud constat, primis illis temporibus, & ante & post Concilium Nicænum sanctissimos Martyres & probatissimos Christianos, etiam sub Iuliano illo apostata militasse, atq; tam Christiano animo, ut nō solum militiæ honores, sed & uitā etiam potius amittere, quā aliquid contra professionē Christianam facere parati essent. Crassa certē ignorantia & nimium reprehensibilis in religione Christiana est militiam damnare. Quæ si Concilio Nicæno tribuatur, quis non uideat quantum eius auctoritati detractum sit? Sed ablit hoc, ut tati-

Lib 2 cōtra Donatistas cap. 4.

Eodem lib. cap. 7.

Cap. 76. Episcoporum etiam sine concilio auctoritas in damnandis hæresibus ex August. ostenditur.

Lib. 4. cōtra 2. epist. Pelag. cap. 12.

Cap. 77. Quia ignorantia & iniquitate B. dicit Concilium Nicænum errasse circa deuites post baptismū ad militiam.

ue tantum Concilium contra ueritatem fi-
 dei errauerit, quo necesse est fieri, ut omniū
 Conciliorum auctoritas percat. Quare fal-
 sissimè omnino Brentius hoc tribuit Nicæ-
 no Concilio, & sine ulla auctoritate, imò cō-
 tra ueritatem omnem. Certè inter capitula
 Nicæni concilij quæ habemus à Rufino hoc
 est 13. de causa hac. Qui uerò propter confes-
 sionem militiam abiecerant, & rursus ad
 hanc abierunt, hos tredecim annis pœniten-
 tiā agere, & postea suscipi, &c. Quinquā hu-
 ius capituli aliter in alijs habentur uerba.
 Certè quæ habemus in Concilijs magna ex
 parte ab Isodoro collectis, & in libris Conci-
 liorum qui circumferuntur uiginti tantum
 capita continentur, inter quæ decimum sic
 habet. Quicumq; uocati per gratiam, primò
 quidem impetum monstraueſt deponen-
 tes militiæ cingulum, postmodum uerò ad
 propriū uomitum sunt relapsi, ut quidam
 etiam pecunias tribuerent & beneficijs mi-
 litiā repeterent, hi decem annis post trien-
 nij tempus, quo inter audientes erunt, in af-
 flictione permaneant. Hæc iuxta editionem
 primam habemus in Concilijs, à quibus pa-
 ram secunda distat. Quæ uerba cum in-
 tuor, miror unde Brentius collegerit dam-
 nasse militiam Patres Nicæni Concilij. Iudi-
 carunt (inquit ille) eos, qui professi Christū
 ad militiam redirent, damnatione dignos.
 Si enim intellexit quid Concilium & qua rā-
 tione circa militiam statuerit, & tum quid
 aliud egit quàm ut uolens simplices deciperet,
 & seipsum irrisioni exponeret. Adeone
 putabat oēs ignaros esse rerum omnium Ec-
 clesiasticarum, ut nullus aduerteret malè
 eum & sinistrè interpretatum tanti Concilij
 definitionem? Aut si non intellexit, magna
 certè est historiæ antiquitatis & disciplinæ
 Ecclesiasticæ in Brentio ignorantia. Discant
 igitur & aduertant oēs, quid Nicænum Con-
 cilium in hoc statuerit, imò uideant eius ma-
 nifesta uerba. Primò non Christianos qui
 militauerint, subiicit pœnitentiæ: sed qui
 deposita militia ad primum, inquit, uomitum
 sunt relapsi. Iam aliud est militare, uel
 retinere quam prius habueras, uel quā nun-
 quam habueras acquirere (de quibus nihil
 Concilium loquitur) aliud est, quam reli-
 queras, quam propter Christum & religio-
 nem cōtempseris militiam rursus assume-
 re, & pecunijs atq; beneficijs quærere. Hoc
 damnauit Concilium, & uocauit reditū ad
 uomitū: qua phrasī in scriptura reditus ad
 peccata significatur. Quid ergo intelligem?
 reditū hunc ad militiam prius abiectam si-
 gnificare, nisi id quod manifestissimum est?
 Et Rufinus in sua translatione apertè dicit,
 Qui propter confessionem, inquit, militiā
 abiecerat propter confessionem, inquam, si
 dei. Est enim compertū tyrannos frequēter
 fidem psequentes iussisse, ut Christiani cin-
 gulum militiæ deponerent: erat enim gra-

dus ille in Romana Republica nō parui ho-
 noris & gloriæ: nec nisi ingenui locū in mi-
 litia habuerūt, quod cingulo militari signifi-
 cabatur: ad oēs enim dignitates usq; ad im-
 peratoriam constat eos habuisse aditū: hic
 erat magnus honor in Republica: hoc igitur
 tyranni imperatores lege publica priua-
 bant Christianos. Hinc factum, ut lege illa
 tyrannica manente, multi nōn expectaue-
 rint eijci à militia: sed nondum interrogati
 cingulum deponerent. Hoc est ob confessio-
 nem fidei abieciſse militiam. Qui uerò po-
 stea eam resumebant, & ambiebant ad eam,
 hoc ipso opere fidem negabāt, quā prius cō-
 fessi erant. Si abijcere cingulum erat confite-
 ri fidem, resumere erat negare: igitur Con-
 cilium Nicænum non militiā, sed fidei abne-
 gationē damnauit. Sufficere debuerat Bren-
 tio ad hoc intelligendum contextus ipse eō-
 rum quæ pracedunt in eo Concilio. Imponi-
 tur pœnitentiā his qui fidem abnegaue-
 rant, absq; ulla coactione: similiter & his qui
 timore amissionis facultatū eam negarunt:
 quod factum, inquit, est sub tyrannide Lici-
 nij. Et nōx etiam in eodem capite iuxta se-
 cundam editionē quā nos habemus, hoc ad-
 ditur de cingulo militiæ his uerbis, Si qui
 uerò per gratiā Dei uocati primò quidē o-
 stenderūt fidem suam depositam militiæ cin-
 gulo, post hæc autē ad uomitū reuersi, &c.
 Vbi multò maior his pœnitentiā imponi-
 tur quàm his, qui uel sine ulla coactione uel
 metu tantum priuationis facultatum fidem
 negarunt: maius itaq; peccatū illud, quàm
 hoc. Quare? nisi quia aliud est ignauiter &
 obscure à fide recedere, qd punitur leuiori
 pœnitentiā: aliud uerò post fortissimā cor-
 fessionem & post insignē quandam uictori-
 am, postquā etiam inimicis factus es for-
 midabilis, turpiter deficere animo & suc-
 cumbere ei, quē prostratum habueras. De-
 buitne Nicænum Concilium maiori pœni-
 tentiā punire militantes Christianos, etiam
 si in eis cogitasset aliqd delicti esse, q̄ negan-
 tes fidem citra periculum, mortis maximè?
 Et deniq; ut hanc absoluamus causam, nec
 coniecturis agamus: Nōne manifestè Ec-
 clesiastica Historia auctore Eusebio, Licinij
 odium & tyrannidem in Christianos descri-
 bens sic loquitur? Tyrannidis suæ prima sacri
 legia nostrorū cruore delibat. Primò namq;
 oim de palatio suo, si quis Christianus esset
 exire iuber: tum & de omni militia. Propter
 hoc igitur Concilij Nicæni edictum meritò
 credimus emanasse, q̄ tyrannidis huius uul-
 nera, si qua inflicta erāt, sanarentur. Quæ o-
 mnia cum certissima sint, & tam aperta, ut
 nunquā aliter ea intellexerim Concilij uer-
 ba (quā frequēter uiderim), sed nec
 suspicari potuerim aliū sensum posse tribui
 illis uerbis, nōne meritò intolerabilis est
 tanta in Brentio impostura aut ignorantia?
 Audet Concilio Nicæno tribuere errorē cō-

Lib. 10. eccl.
 hist. cap. 6.

Lib. 9. ca. 10.

Cap. 78.
Reijcitur
alia detra-
ctio Brentij
in Concilio
Nicæno con-
tra nomē Ho-
mouſij.

tra ſcripturam ex uerbulo uno : quod non intellexiſſe ſummæ ignorantie uel inconfiderationis eſt: intellexiſſe uerò & uoluiſſe corrumpere, grauiſſimi delicti. Nonne uel ex hoc uno Brentius dignus eſt (ut non dicam quæ ille contra me) qui ſuſpectus in omnibus ſententijs ſuis habeatur à Chriſtianiſ omnib. & temerariuſ iudex eorū quibus oportebat eſſe ſubiectum, & quibus nullus unquam catholicorum non fuit ſubditus? Et hæc quidem de prima cauſa quàm contra Nicænum Conciliū ſuſcepit. Audiamus iam ſecundam multò indigniorem & grauiorem: eſt enim de tota cauſa eius, certe de præcipua parte (inquit enim contra me capite de traditionibus) quòd exiſtimè Concilijs acceptum ferendum eſſe, quòd habeamus nomen homouſij, quod oſtendere ait quàm oſcitanter doctrinam ueræ Eccleſiæ expendam. Doctrinam de uera & æterna diuinitate Chriſti illuſtratam eſſe à Concilio Nicæno fatetur: ſed dicit, Num ergo Eccleſia amiſſiſſet huius neceſſariæ rei cognitionem, niſi nouum homouſij uocabulum fuiſſet excogitatum? Fortaſſis omnia fuiſſent tranquilliora, ſi maiores, ut ueterè ſcripturæ doctrinam, ita etiam uetera rerū uocabula retinuiffent. Hæc ſunt uerba Brentij, in quibus uidetis quanta reuerentia ſuſcipiat Concilij Nicæni auctoritatem in præcipua ipſa cauſa ob quam congregatum eſt: imò quàm aperte detrahat tantæ Patrum antiquitati. Fuiſſent, inq̄t, fortaſſis omnia tranquilliora, ſi retinuiffent uetera uocabula. Itaq̄ in dubium reuocat Concilium tantorum Patrum: de quo ſemper Eccleſia credit quòd à Spiritu ſancto fuerit. Audes tu Brenti cogitare Patres illos non curaſſe tranquillitatem Eccleſiæ, & propter uocabulum tantum non neceſſarium cauſas dediffe tantæ diſſenſionis Eccleſiarum? Sic dixit alter, indigna illam cauſam fuiſſe propter quam Oriens ab Occidente diſſideret. Sic loquuntur qui de omnibus ſe putant poſſe cenſere: ſed aliter uera pietas Chriſtiana credit. Concilium Nicænum rem grauiſſimam egit, & pro qua aſſerenda & illuſtranda in Eccleſia digniſſimum iudicauerunt omnes ſubeundos fore labores ſanctiſſimi illi Patres, ut ſcilicet innotereſceret omnibus ueritas naturæ diuinæ in filio Dei: ut non æquaretur creaturis: rem, in qua, hanc per neceſſariam egit Concilium Nicænum: Nam hoc negabatur ab Ario. Hoc acceptū ferimus Concilio Nicæno, quòd diuinitatem filij Dei in dubiū uocatum, imò negatam ab Ario, nobis illuſtrauit. De re agebatur inter Arianos & catholicos, res hæc explicata eſt illo nomine proprio ad id ſignificandum: & quanquā oppoſuerunt hæretici, quòd hoc uocabulum Conſubſtantialis non eſſet in ſcripturis, non propter uocabulum hoc agebant, ſed propter rem: ut ſcilicet negarent æqua-

litatem Filij cum Patre, ut creaturam illum dicerent, etſi omnium nobiliſſimam. Itaq̄ nihil uocabulum tranquillitati Eccleſiæ obfuit: ſed dogma ipſum & res multas peperit diſſenſiones in Eccleſia, & longo tempore turbauit Chriſtianos. Falfè igitur inq̄t Brentius, omnia fortè tranquilliora futura. Non ſolum uana eſt hæc eius ſuſpicio, ſed aperte falſa, cum conſtet diſſenſionem illam totà ideo fuiſſe, quia Ariani filium Dei creaturam eſſe dicebant: cui non contradixiſſe, & contra eos uſq̄ ad mortem non decertaſſe nullo modo licebat Eccleſiæ, pluſquam negare Patris ipſius diuinitatem: de hac re agebatur, nō de uocabulo. Sed nos diximus Conſubſtantialis uocabulum in Concilio Nicæno explicatum, ut ſcilicet oſtenderemus res dubias fidei etiam nouis uocabulis, ſed proprijs & manifeſtis explicatas eſſe in Concilijs. Qui huic uocabulo detrahit, qui ſibi per mittit uel dubitare ſaltem, an melius fuiſſet Eccleſiæ illud omitti, cōuincitur uelle quæſtionem hanc de diuinitate Filij nō eſſe explicatā in Eccleſia: ſed obſcuram relinqui. Quid enim aliud in hoc nomine conſubſtantialis laudamus, quàm rei huius explanationem? Aut quid tantopere Ariani laborarunt in Concilio Ariminenſi de hoc nomine delendo, niſi ut ſuam hæreſim facilius propagarent? Non eſt igitur ullā ratione im pia hæc detractio audienda cōtra Patres Nicæni Concilij: id fecerunt in hac fidei cauſa quod Spiritui ſancto placuit, quod Eccleſiæ profuit. Non eſt hic religionis zelus, ut uetera etiam nomina retineamus in Eccleſia: ſed potiùs eſt contradicere cōſilio Spiritus ſancti & uerbis illis ſacræ Scripturæ, qui elucidant me, uitam æternam habebūt. Dogmata ut res ipſe non niſi nominibus elucidantur. Si uetera uocabula retinenda ſunt, nec noua ſubinde, ſed ppria & certiſſima & fidei conſona excogitanda, non magis res explicabuntur. Itaq̄ ſatis patet, quàm oſcitanter iſta cogitauerit Brentius, & quàm temerè dixerit. Quæ nobis dicta ſunt in diſſenſionem Concilij Nicæni, contra quod nullus unquā ſine manifeſta nota ſchiſmatis & hæreſeos locutus eſt. Quæ hac maximè ratione diximus: quoniam ſi huic uni auctoritas auferatur, & tribuatur aut falſitas, aut nimius & indiſcretus zelus circa ea quæ definiunt, ut Brentius dicit, in altero ſcilicet erraſſe, & in altero rem non neceſſariam tradi diſſe & Eccleſiæ tranquillitatem impedi entem, omnibus certè ablata erit auctoritas. Conſtat enim nullum unquam habitū eſſe magis ſacroſanctum. Non permittet Deus aditum aperiri ad piorum aures & fideiū, ut patiantur ſummæ Eccleſiæ auctoritati ab aliquo priuato maximè contradici, uel iudicari de eius definitione circa dogmata religionis & fidei. Illud non eſt omittendū, quòd Brentius epiſtolam nobis citat Grego-

Cap. 79.
Gregorius
Nazianzenus
oſtendit
reſuſcitari
legitimam
conſubſtantialis
nec illis
detraxiſſe,
ut Brentius
imponit.

rij Nazianzeni ad Procopium, ut unico uerbo omnibus Concilijs oēm auctoritatē auferat: inquit enim Gregorius. Statui omnē Episcoporum Synodum fugere, propterea quòd non uiderim hactenus ullius Synodi utilem finem: aut in qua res malè se habentes non magis exacerbata quam curata fuerint. Ea est enim libido contendendi & ambitio dominandi. Hæc inquit Gregorius manifesta & sancta quadam libertate, taxans praua studia Episcoporum. Ex hoc ait Brentius. Quis ergo tali hominum cœtui adesse Spiritum sanctum, aut doctrinæ ueritatem in eo querendam iudicaret? Cui breuiter hoc respondemus, prauorum & ambitiosorum, & quidem hereticorum etiã Episcoporum Gregoriũ declinasse Concilia: non legitima & canonica: talia enim eius temporibus sub Iuliani apostata imperio, quæ scimus primò hæreticis omnibus potestati fecisse redeundi in suas Ecclesias, & Episcoporum schismaticorum relaxasse exilia. Vnde patet quanta conuenticula & Concilia Episcoporum iniquissimè celebrata sunt, sicut sub Valentis etiam tyrannide similiter constat factum esse. Et deniq; à morte Constantini magni fieri iniqua Concilia cœperunt, quorũ principium Ariminensè illud fuit celebratũ: & multa alia in Oriente & Occidente, certè sine ulla disciplina sine ulla Ecclesiastica regulæ moderatione: quod oēs produnt historiæ. Hæc Concilia meritò Gregorius Nazianzenus damnat. Nam & patrem suum sanctissimum alioqui Episcopum cõstat deceptũ etiã subscripsisse falsis dogmatibus, quam ob causam monachis se ab eius cõmunionem subtrahentibus plebs adhæsit. Cui malo mox Gregorius remedium attulit, persuaso patre, ut eius rei pœnitentiã ageret reuocaretq; errorem. Scimus tempora illa quàm fuerint turbulenta, & quanta hæreticorum Episcoporum apud impios Imperatores auctoritas. Gregorius ergo sanctissimus, absit, ut credatur omnia Concilia reiecit: sed manifestè iniqua & illegitima. Nũquid Nicæno Concilio non obediuit Gregorius, quem scimus Constantinopoli Theodosij Christianissimi tẽpore uocatũ, ut populum hereticorũ erroribus infectum reuocaret ad ueram fidem: ubi tantũ profecit, ut, Rufino teste, tunc primũ uideretur sibi Christiani fieri, & nouam lucem ueritatis uidere: atq; ad eò, ut, teste etiam Sozomeno, cum prius in paruo oratorio sacra celebraret intra urbẽ, postea basilica magna à principibus eodem loco construeretur: quã basilicam, inquit idem auctor, ideo anastasiã uocat, sicuti reor, inquit ille, eò q; dogma Nicæni Concilij in Constantinopoli uelut iam mortuum, eo loco expositionibus Gregorij resurrexit. Ecce igitur Gregorium Nazianzenum resuscitatorẽ dogmatis Nicæni Concilij. Non ergo legitima & sancta, sed iniqua

concilia & hæreticorum reijcit, qualia nos multa fatemur fuisse. Legitima uerò qualia sint, satis ostensum est, atq; pro captu nostro hoc loco explicatum, quod ad rationẽ pertinet definiendi dubia fidei & ambiguos sensus scripturæ, à quibus scilicet & qua ratione fieri debeat. Sed ut his ultimam apponamus manum, illud tantũ refellendum est, quod à Brentio nobis obijcitur, ait enim uerum modum scripturæ exponendi non alium esse, quàm Spiritu sancto docente & illustrante scripturam scripturæ conferre, & ex apertiore obscuriorem illustrare. Me uerò, inquit, non ad Spiritum sanctum mittere, quin potius ab impijs & immundis corde scripturã posse intelligi dicere, cum etiã impij sint & immũdi Episcopi iudices illos constituam definiendi fidei dubia: Non deniq; ad scripturam, sed hominũ commenta, traditiones scilicet patres & Concilia, p̄ intellectu scripturæ recurrat. Audiat igitur uerè hæc dicat. Modus hic intelligendi scripturam collatione eiusdem & illustratione Spiritus sancti, absit, ut unquam reijciatur à nobis: id tantũ dicimus hæreticis & proprio adherentibus sensui non hoc sufficere: quoniam nõ desunt eis diuersæ rationes in hac scripturæ collatione, quibus uel apparenter sua defendant illustrationem uerò Spiritus sancti, quoniam interior, & occulta est, certè quò quisq; pertinacior est & superbior, eò certius iudicat & constantius affirmat sibi adesse. Igitur ut in his nõ facile decipiamur, ut nõ pueriliter rixemur in re tam graui, dum quisq; dicit se sequi Spiritũ sanctum, & optimè ex scriptura scripturam exponere in patribus quos uera fuisse Spiritus sancti templa, Ecclesiæ persuasum est, ut diligentiissimè scripturam scripturæ contulisse, & prædecessorum suorum tenuisse doctrinam nõ dubitamus. Hæc quarimus, & ubi non satis inuenimus, iudicio Ecclesiæ subijcimus. Quoniam, ut ex Augustino ostendimus, Ecclesiã in ipsa scriptura nobis cõmendatur, & quidem in magistrã nobis à Deo datur. Conferatur scriptura scripturæ: sed ita, ut quod ipsa docet Ecclesiã audiatur, & traditio seruetur. Inuocetur Spiritus sanctus ab omnibus qui cupiunt Dei uoluntatem agnoscere, Sensum enim tuum, merito, inquit Sapiens, Quis intelliget, nisi tu dederis sapientiam & miseris Spiritum sanctum tuũ? Certissimè scimus nullum rectè quidẽ & salubriter scripturæ sensum tenere, qui charitatem Dei & proximi non seruat: hanc neminem habere, nisi fuerit per Spiritũ sanctum diffusa in cordibus nostris. Scimus spiritu illo sapientiæ, intellectus, scientiæ atq; consilij fieri, ut scripturam salubriter intelligamus: qd fit, cum secundum eam & consilia & actiones nostras instituimus: hæc uerò nõ nisi à spiritu esse, quo qui aguntur filij Dei sunt. Certum est igitur ut sancta scri-

Cap 80.

Modus scri-
pturæ intelli-
gendæ nõ solum collatio-
ne eius, et illu-
stratione
Spiritus san-
cti: sed etiã
lectione Pa-
trum, & defi-
nitione con-
ciliorũ neces-
sarius ostenditur.

Sap 9.

Lib. 10. eccl.
hist. cap. 27.
& sequenti-
bus.

Lib. 5. hist.
eccl. tripar.
cap. 20.

Lib. 11. hist.
eccl. cap. 9.
Eccles. hist.
Trip. lib. 9.
cap. 9.

ptura intelligatur, ut non in reprobum sensum tradamur, ut denique ex impuritate cordis & uitæ non mereamur excæcari à Deo, & in crassimos errores labi. Inuocandū docemus humilimè Spiritum sanctum, maxime cum scriptura sacra legenda est & dubia fidei tractanda: sed ita inuocandus ut semper timeamus, & non audeamus nobis promittere nos certò illum habere. Quia igitur non audemus præsumere nobis adesse Spiritum sanctum: semper illum magis & magis inuocamus, & eius ordinationem sequentes patres audimus & Ecclesiam. Hoc itaque interest inter nos & Brentium: ille gloriatur Spiritus sancti lumine se illustrari: gloriatur hoc lumine, & attentà collatione scripturæ se uerum sensum eius habere. Nos agnoscimus infirmitatē nostram, & inuocantes Spiritū sanctum legimus diligenter scripturam, legimus Patres: & cum eorū consensum habemus, sequimur: quanquam post hæc omnia nondum iustificatos nos credamus. Episcoporum uerò & uiuentium Patrum legitima Concilia suscipimus, nec infirmitate eorum deterremur, scientes quòd scriptum est, Quæ dixerint uobis facite, secundum opera eorum nolite facere: si impuro corde & uita minus Christiana fuerint, sibi nocebunt: nec ad salutē suam scripturam intelligent: interim tamen cum in ministerio permanent, cum ab unitate non discedunt, speramus Deum per illos nō defuturū nobis. Vbi illud ultimò cupimus

Cap. 81. Nl-
mia arrogan-
tia illorū, qui
errare posse
omnes homi-
nes, & erra-
re dicentes
suæ sententiæ
nimium inha-
rent ostenditur.

Gal. 2.

à Brentio percunctari, an cum tanta clamat de imbecillitate humana, quam non aufert Spiritus sanctus ab hominibus in hac uita: cum inquit Petrum & Barnabam humanū aliq̄d passos, & errasse nimium condescendentes Iudæis. Quando Paulus de Petro inquit, quòd uerè reprehensibilis erat: & de Barnaba, quòd duceretur ab eis in illam simulationē: cum Patres errassent, & Concilia, etiam Nicenum damnasse quòd Euangelium probat, asserit, inferens inde nihil recipiendum, nisi prius exactum ad regulam certam scripturæ, cum hæc, inquam, omnia dicit, respondeat nobis, an inter ea meminerit se etiam hominem esse, & quidem unum duntaxat non plures? An meminerit fieri posse ut ille etiam erret: quòd si errauerit, non posse à seipso corrigi, nisi adsit superior uirtus. Si horum meminit, cur quòd sibi uidetur putat manifestum & certū esse omnibus? Cur uel non dubitat ne & ipse labatur in scriptura diuina interpretanda, in qua lapsos esse Patres & Concilia tam intrepidè affirmat? Quòd si hoc timer, cur non putat melius sibi esse aut sententiam suspendere, aut hominem tanquam aliorum cedere sententijs: cum non aliud agatur ab omnib. quam ut scriptura intelligatur? Certè aut necesse est

illum nihil horum cogitare: & cum alios dicit homines, ita sui amore elatum esse, ut se non cogitet hominem: qua nescio quæ maior esse possit obliuio sui, aut si hæc cogitet, præsumptuosè nimium sibi promittere quòd nulli putet esse concessum: & quidem neque August. nec Hieronymo, nec Basilio, nec Cypriano, nec denique toti Concilio Nicæno. Quæ maior, rogo, præsumptio, quam sibi occulta cogitatione & re ipsa manifestè tribuere, quòd tantæ sanctitatis & eruditionis Patribus putat non esse concessum? Igitur uel suo testimonio discat hominem se credere, & humanū nihil à se alienum ducere. Quòd si persistat in tanta suæ sententiæ pertinacia, non dicat nos monachos omnia agere, ut religio omnis ad caputium & cingulum deducatur, ut omnia ad arbitriū nostrum fiant. Sic enim inquit, quòd ideo Episcopis tribuimus auctoritatē definiendi, quia nouimus illos & alijs intentos, & scripturæ sacræ minus studiosos omnia ad arbitrium nostrū facturos. Hoc est eius de nobis, de occultis cordium nostrorū intentionibus iudiciū: cuius, si ita est, nos Deo rationē reddemus. Interim quòd de me dicere possim & fide dignis testimonijs astruere, hoc est quòd & de siderauerim, & pro uirili egerim apud quos cunq̄ potui Episcopos, ut doctrinæ scripturæ & Patrum uacent: ut non mihi & meis similibus, aut maioris quantumuis eruditionis credant: sed ut ex officio tenentur, ipsi scripturas consulant: Patres atq̄ Concilia legant, & secundum eos iudicent, quibus conatibus satis puto ab hac Brentij criminatione me purgari, & multos longè uirtute & eruditione meliores hoc etiā agere scio. Brentius uerò ex suis operibus hoc uelle apertè conuincitur, ut scilicet ad eum, ad suum sensum & iudicium ois summa religionis deuoluatur. Cum enim apertè solius Christi iudicio se uelle parere affirmet, cum Principibus secularibus aduletur, & eorum magis quam Episcoporum iudicio causas religionis agendas dicat: quid aliud agit, quam ut ab eis definiatur controuersia hæc, quorum ipse magistrum se putat, & quos à suo ore pendere nouit? Quid enim si illustrissimus dux Vuirtenbergenfis aliud sentiat quàm ipse, parebit ne illi qui dicit soli Christo se uelle submittere? aut non illi apertè dicet se esse doctorem, & ab eo discendam esse ueritatem? Illius uerè est hoc consiliū, quòd nobis imponit: ille manifestè in religionis causa sua sententia uult omnia agi, & ad se omnia deuolui, cui utinā saniora & humaniora saltem consilia inspiret Dominus, uel saltem suis det oculos ad cauendos tam manifestos laqueos & uitanda præcipitia tam grandia.

DE

DE UTILITATE ET NECESSITATE ALIORVM IVDICIO SINE SVO PROPRIO CREDENDI.



VANQVAM ex his quæ dicta sunt, respõsum sit satis Brentio suisq; quatuor locis: in his enim duobus de Ecclesia scilicet & de eius circa dubia fidei iudicio, & de Princi-

quorum & certè ipsius qui omnium ipsorũ est caput uox illa est aduersus Dominum & aduersus Christum eius: Dirumpamus uin-
 cula eorũ, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Libertas porrò aut omnino, aut magna ex parte in ratione atq; cognitione est, quæ facultas est inter corporeas omnes creaturas homini propria, per quam ceteris præstat animantibus, & Deo ipsi similis est, eiq; naturæ huius ingenuitate subditus, non ipsis Angelis, multoq; minus alicui alteri creaturæ: sed ei soli, à quo solo & conditus est & beatus esse potest: tota itaq; humanæ naturæ ingenuitas à ratione est. Vnde rationis libertatem & ab omni subiectione exemptionem, inter cætera quæ uolumus, conuincimur omnes homines non postremo loco ducere. Et sanè, si rectè expendamus ingenium, mores & studia humana, nos docent nihil esse homini durius, quàm ut rationem ipsam iugo subdat seruitutis. Corpus eiusq; membra, manus & crura ligari, & teneri, atq; impediri eius exteriora opera, & ad alia trahi durum quidem & difficile est homini: sed adeò minus graue hoc illi est, quàm rationem ligari aut teneri, si id ullo modo fieri potest, ut si illa libera dimittatur, omnia alia facilius sit passurus, imò iam non passurus, sed libenter & graterter sibi ipsi impositurus. Si enim cum eo, quem ui cogis, ratione agas: si hoc quod uinculis & compedibus obrinere uis ostenderis uel ei utile esse uel honestum, uel deniq; necessarium: si monstraueris ratione, quòd hoc sit officium ab eo debitum, uel lege aliqua iusta, uel quòd in ea iam conditione est, in qua necesse sit ei hoc pati: ipse hac ratione constrictus imponit sibi, si rationalis est & honestate tenetur, sine uinculis hæc ipsa quæ uinculis conabaris illi imponere. Et deniq; quo plus cum aliquo ratione ages, magis liberaliter & ut dignum est cum homine ages: eoq; ille libentius operatur, & liberior sibi uidetur. Vsq; adeò nulla est captiuitas hominis ratione libera manente, ut hoc proprium seruitutis esse Christus ostendat, agi moueriq; ab alio cuius ignores consilia atq; rationem. Seruus, inquit, nescit quid faciat domini eius: & ideo ait, Vos non dicam iam seruos, sed amicos: quia omnia quæcutique audiui à Patre meo, nota feci uobis. Hæc est itaque magna libertas quæ omnem auferret seruitutem: cognitio earum rerum, quæ agis, atque rationis & finis propter quæ aguntur. Qui enim ita agit ingenuè, certè & liberaliter agit, & quantum conditione sit

psalm. 2.

1041. 19.

Cap. 1.
 Que dicta
 sunt superio-
 ribus locis.
 Quid hoc lo-
 co agendum.

Cap. 2. Liber-
 tatis spe ma-
 xime homi-
 nes trahi ad
 peccatum.

Es. 14.

Hierem. 2.

pum secularium & Episcoporum auctoritate & gradu, de scriptura, de traditionibus, de Patribus & Concilijs de quibus Brentius agit, dictum est quantum pro captu nostro & ad confirmandos pios, & refellenda quæ ille contra uenerandam antiquitatem Patrum atq; consuetudinem antiquitus fundatam in Ecclesia loquitur sufficere possint. Quia tamen cupimus, quantum nobis concedit Dominus, laqueos errorum simplicioribus detegere, & aduersus illos fidei cautissimam prudentiam opponere, de eius solum gratia, & misericordia fisci, qui syncerum hoc desiderium nobis dedit, aggrediemur ostendere quomodo sub specie quadam pietatis & Scripturæ sacræ, non pietatem sed superbissimam libertatem Lutherus & sui maximeq; & apertius Brentius nunc docet, & qualiter sint cauendi. Igitur quoniam inter cætera quæ hominibus naturali quadam propensione charissima sunt, non minimum est libertas illa & ab omni subiectione immunitas (pro hac enim aut seruanda aut recuperanda insitum esse hominibus usq; ad mortem etiam decertare, totius seculi & nationum omnium historia docet) hinc fit, ut fallax & deceptorius spiritus, qui præ se ferre semper conatur pulchrum aliquod & nimium amabile homini ut decipiat, frequentissimè aut certè semper libertatis speciem præsentat, & offerat: ut à Deo atq; obedientia eius abstrahat. Nouit enim quàm sit homini amabilis libertas, quantum cupiat nulli subditus esse, id quod etiam agit, quoniam uitium hoc cognatum est eius naturæ, sed maxime eius superbix, nec potest quæ sibi maxime grata sunt non cupere homini bus persuadere. Hoc primum ille uoluit, Super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero altissimo, quod non aliud est, quàm subiectionem aspernari. Hoc primis hominibus persuasit, ut me ritò toti humanæ naturæ propter illos dicatur, A seculo confregisti iugum, rupisti uincula, & dixisti, non seruiam. Deniq; impiorum omnium & ini-

Epist. ad Paulinum.

Cap. 3. Quantum Deum à nobis subiectio nē intellectu requirat, & quantum Diabolus conetur contrariū persuadere, ex primordijs humani generis ostēditur.

Heb. 11.

seruus, si tamen aut beneuolentia domini consilio eius rationisq; particeps fiat, uel uirtute propria atque prudentia, ratione uigeat, animoq; non deijceatur, liber est. Sicut Hieron. de Platone inquit, quoddam captiuus, uinctus, & seruus atq; crudelissimo tyranno parens: tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Quæ omnia eò dicta sunt ut nouerimus, quod cum nulla alia specie magis blandiatur spiritus erroris, quam libertatis: maximè uerò hoc agit, cum specie scientiæ atq; cognitionis rationali homini blanditur. Scientiam enim largiri homini, hoc uerè est intellectum in libertatē asserere. Meritò itaque, ut hanc esse grauissimam tentationem homini nos doceret scriptura apertè ostendit, quod hoc primùm Sathan promiserit nostris parentibus, atque hac ratione eis persuasit defectionē à Deo, eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. Vides apertè sciendi appetitum, libertatem scilicet intellectus, primùm fuisse aditum Sathanæ ad hominem. Vides curiositatem & immoderatam scientiæ immoderatum appetitum, initium esse omnis peccati hominis. Contrà uerò Deus qui condito à se homini bene consulere decreuit, hoc ei maximè expedire uidens, ut quando creatura est, atque ex nihilo producta, & in nihilum tendens: quando ex se tenebra est, obscuritas & ignorantia, soliusq; participatione eius, à quo est & bonus & sapiens esse potest: illi sit semper coniunctus, illi subditus: id primùm ab homine requirit, ut intellectum atq; rationem, quod primùm in eo est, Deo subijciat, atq; in seruitutem redigat, firmissimè credens quæ uel promittuntur, uel mandantur, aut solùm reuelantur à Deo absque ulla ratione, absque ulla inquisitione maiori, certa, optima, uerissima esse. Hæc est fides gratissima Deo, sine qua, inquit Paulus, impossibile est ei placere. Accedentem enim ad Deum oportet credere, quia est, & quia inquiringentibus se remunerator est. Hæc est fides illa tam frequenter commendata in Abraham ab ipso principio uocationis Dei usque ad eius consummationem. Quod Paulus specialiter annotauit, Exijt, inquit, nesciens quò iret. Vides intellectus captiuitatem: si sciret quò ibat, nulla esset rationis seruitus: parum tribueret Abraham Deo: sed nescientem quò iret Deum sequi uocantem, hoc est credere Deoq; rationem subijcere. Hoc igitur Deus requirit, hoc primò ab homine exigit, quod in primis ipsis nostris parentibus etiam ostendit, interdicens eis à ligni esu mortemq; comminatus: quod hac etiam ratione hoc eum fecisse constat, ut integra ei adhiberetur fides, cum à re non natura sua mala, non aliam deterrēndi rationem habente, imò uerò maximam uim allieiendi ad tantam suam pulchritudinem, quam quia à Deo prohibebatur, interdixit

illi. Meritò igitur Sathanas ipse aduersarius diuinorum operum, necessaria malitiæ suæ ratione inde exorsus est, quod minimè hominem cogitare decebat: rationem ab eo exigens, & ad libertatem quandam intellectus eos uocans. Cur, inquit, præcepit uobis Dominus ne comederetis, &c. Quem aditum si uera fide, nullaq; uel minima uerborum Dei dubitatione, imò deliberatione certissima de uerbis Dei nihil in dubium uocandi, nullam rationem inquirendi excludissent parètes nostri, statim in ipso principio superatus esset aduersarius. Sed dum extorsit incautis hominibus ut de præcepto Dei dubium mouentem audirent, cum cœpisset eis arridere illa rationis inquisitio libertasq; à seruitute, facile in curiositatem & superbiam traxit. Ut horum itaq; duorum tam contrariorum operum consideratione, & bonum fidei captiuitatisq; intellectus in eius obsequium, & malum curiositatis & inquisitionis superflua ultra quam scilicet ordinationis diuinæ regula constituit, agnoscamus: Deus primò omnium hanc fidem exigit ab homine: Diabolus hanc primò curiositatem inuexit illi. Qua tentationis specie non tunc solum lubricus ille serpens utitur, & propterea semper nobis timendus à Paulo dicitur: admonemurq; omnes id cauere non solum uerbis, sed exemplo etiā. Inquit enim, Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Hic est zelus ille Apostolicus, hæc est diligens illa custodia, qua fidelis seruus sponsam domini sui zelat & obseruat. Aemulor enim uos, dixerat prius, Dei æmulatione: despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Hæc est ergo Christianæ animæ castitas, hæc, quam Christo seruare tenetur, fides, ut à simplicitate non excidat, quam si Eua seruasset, nequaquam fornicata esset à Deo: nec semen illud quod à Diabolo concepit, peccati & damnationis in nos transfudisset. Quare meritò nos admonet Paulus, ut uel saltem illius malo nobis caueamus, ne excidamus à simplicitate quæ est in Christo Iesu: à qua sanè simplicitate excidere non uideo quid iuxta contextum literæ melius possimus intelligere, quam diuinarum rerum ultra regulam ab eo præfixam perscrutationem, & scientiæ non ueræ sed instantis desiderium. Hac itaque tentatione Pseudoapostolos usos esse, satis eo loco Paulus indicat, atque ea auertisse Corinthiorum animos à se. Et quidem semper hæretici splendorem scientiæ ostentate conati sunt, eamq; promittentes à fidei illa simplicitate, quam Deus exigit, incautos auerterunt. Ex scholis philosophorum, ex uana illa curiositate constat priores hæreses ortas esse, dum rationem creationis rea-

rum

Cap. 4. Quod Sathanas ipse per hæreticos frequentius conuenit, & scientiæ specie decipiat, & ad curiositatem ducat.

2. Cor. 2.

rum non ex scriptura, sed ex his quæ apud Philosophos legerant, superba ingenia discere maluerunt: aut certe utrumque confusa quadam ratione commiscere. Hinc Valenti ni Marcionis & aliorum, fabulosas & iocundas fuisse constat: hinc Menandri & prius Simonis error, Creatum mundum ab Angelis: Hinc innumeri illi cœli, & creatio hominis ab illis conficta à Basilide: & denique Manichæi inter hos omnes mendacissimi. Hac specie scientiæ, ut Augustinus oculatus testis manifestat, conabantur decipere, dum promittebant omnibus rerum omnium liquidiſſimam rationem: nec quicquam credendum esse hominibus asserere, quod prius certa ratione non ostenderetur. Fateatur August. & deplorat in quantas tenebras & crassissimos errores spe hac scientiæ lapsus fuerit, & quàm longo tempore ab eis detentus. Huic igitur errori specie quidem dissimillimum uidetur, quod nunc Lutherus & sui agunt: sed si attentè cogitetur est reuera quàm simillimum. Deterrent illi à philosophia & humanis rationibus, puritatem scripturæ iactant: sed sub his omnibus proprium sensum ingerunt, contentis Patribus, & rebus omnibus quæ ad uerum scripturæ sensum agnoscendum nos adiuant. De quibus satis iam dictum est. Sed hoc loco aperire conamur errorem grauiſſimum, quò omnis eorum conatus iam olim & ab ipso initio satis à prudentibus agnoscebatur tendere, & eidem inniti: sed nunc à Brentio, sicut alia quæ diximus, manifestè detectus est. Vociferatur enim & aperte docet, quòd non solum ad unumquemuis priuatum hominem pertineat, de doctrina religionis iudicare, & ueram à falsâ internoscere (hæc enim sunt eius uerba quæ superius citauimus) sed hoc etiam addit, nullo modo licitum esse in causâ æternæ salutis alienæ sententiæ ita inherere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur: sunt enim & hæc propria eius uerba. Itaque non solum iudicium de rebus religionis & fidei, & quidem de omnibus, maximè uerò dubijs & controuersis (de his enim loquitur) permittit omnibus: sed etiam imponit, & sub dispendio salutis omnibus necessarium asserit, non solum iudicare, sed iudicare ex suo proprio iudicio, nec sequi alterius sententiam. Vbi uide, rogo, quòd peruenit species illa modestiæ noni huius Euangelij, cuius prædicatores nihil magis clamant, quàm renuntiandum esse humanæ rationi, solam diuinam auctoritatem sequendam: quæ rogo maior species modestiæ? sed econtrâ quæ immodestia maior, quàm de ipsa scriptura, de ipsa fide iudicium tam integrum cuiilibet permittere: imò imponere, ut nulli sit licitum alterius iudicium sequi, & renuciare proprio? Non, inquit, licitum est alienam sententiam

sine nostro ipsorum iudicio amplecti. Verbum certè nouum, uerbum inauditum & mirabile. Nullo modo, inquit, licitum est, hoc est, nulli homini cuiusuis ingenij aut conditionis, nulli idiote, nulli uetula licitum est, alienam sententiam sine suo iudicio sequi in causâ salutis æternæ. Ex quo fit, ut nec licitum illis sit non inuestigare diligenter scripturas, earum sensus de his rebus, quæ ad æternam salutem pertinent, & eousque inuestigare & disquirere quousque proprium habeant iudicium, & non ex alterius sententia, nec quod alter, quisquis ille sit, siue quotquot & qualescunque sint, docent aut sentiunt, sequatur: nisi propriam sententiam habere possit. Et ne puerilia agamus, nouimus quidem nihil ab homine, qua homo est, nihil, inquam, humane fieri sine proprio iudicio & sensu: maxime quod ad credendum pertinet: quicquid ab homine fit, non ali er sit, nisi qui iudicat id ita sibi faciendum esse. Hoc proprium iudicium est, sine quo nulla humana actio esse potest. Non credit homo, nisi ut Augustinus inquit, uolens: quod si uolens & iudicans ita sibi uolendum esse: atque eadem ratione de rebus cunctis hoc est iudicium, quod humana ratio necessarium docet: hoc, inquam, iudicium quod ex quacunque, aut uera, aut falsa, aut à se, aut aliò cognita ratione haberi potest, non opus erat in rebus fidei, & in causâ æternæ salutis à Brentio doceri, quod in omni re certum est esse. Sed quoniam est etiam iudicium de non iudicando, de relinquo iudicio superiori sententiæ siue Deo, nihil ipsi iudicantes, sed alterius sententiam sequentes, non aliud his uerbis à Brentio agitur, quàm ut persuadeat in causâ salutis æternæ hoc illicium esse: quod, ut uerbi gratia dicamus, inquit Apostolus contra eos, qui temerè opera fratrum damnant. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Ecce iudicium de non iudicando fratrem. Simili ratione à Brentio quæram, an licebit mihi dicere simplici mulierculæ, uel idiote rustico, denique cuiusque alteri, cui uel non conuenit ex officio quo in Ecclesia fungitur, uel non uacat lectioni & studio rerum difficilium intendere. Noli iudicare de his, quæ controuersa sunt circa fidem: noli audire rationes nouatorum: quæ non satis exercitatos habes sensus ad discretionem boni & mali: noli ergo aliter iudicare: sed hoc iudica tantum, ut offendicula, & scandala, quibus eorū uerba plena sunt, caueas: sequaris uerò catholicorum iudicium, hoc est eorum, qui in antiqua religione, sine ulla inuouatione permanent. Huic certè quæstioni respondet Brentius, & hoc agit omnibus neruis, ut nulli hoc licitum esse asseret. Iubet Christus, inquit, ille, uni-

Cap. 6.

Declaratur
sententiæ Brentii,
& rationes eius proponuntur.

Rom. 14.

uersa Ecclesie, & singulis eius membris: Attendite à falsis prophetis, &c. Quicumque ergo, cuiuscumque sit ordinis, tenetur cauere sibi, quocumque modo potest, à falsis prophetis. Quomodo autem cauebunt, nisi prius iudicauerint ac cognouerint qui sint Pseudoprophetae & impij doctores? Paulus exigit, ut si ipse, aut Angelus de caelo praedicauerit praeter id quod prius docuerat, anathema habeatur. Ergo ait Brentius, eo ipso exigit, ut diligenti studio expendat, utrum, quae praedicatur doctrina, etiam ab Angelo, consentiat, uel pugnet cum Euangelio quod diuinitus confirmatum est in Ecclesia. Ioannes maioribus & minoribus natu dicit, Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, an ex Deo sint: Quoniam multi Pseudoprophetae exierunt in mundum. Ad singulos ergo ait, pertinet hoc praecipuum, ut cognoscant, & iudicent quam doctrinam probare, quam refutare debent: etiam si sit concilij, etiam si omnium hominum, quandoquidem etiam si Angelorum sit, probanda est. Ad haec, Christus inquit, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum. Nemo uero ait Brentius potest ex uera & certa fide Christum & Euangelium eius confiteri etiam cum periculo omnium facultatum, ut uerba illa obligant, nisi ante cognouerit, & certo statuerit certum esse Euangelium, & uerum, quod sequitur. Denique lex iubet patres, inquit Brentius, ut doceant filios suos, ut uerba legis meditentur. hoc ad omnes pertinet, non ad solos filios Aaron. Quo modo uero docere possunt legem nisi prius cognouerint, & iudicauerint illa esse uerba legis? Haec sunt rationes Brentij, quibus proprium iudicium omnibus necessarium esse circa omnia fidei mysteria docet, omnibus, inquam, quando ad omnes pertinet confiteri Euangelium, cauere à falsis prophetis, docere suos. Vide itaque aperte qualiter proprium iudicium erga singula dogmata fidei cuiuslibet tribuit: uide, ut non permittit in causa aeternae salutis (ut inquit) alterius iudicium sequi, & iudicare sibi non esse iudicandum.

Cap. 7.
Quod B. sententia impossibile reddat salutem simplicibus & idiotis, denique maxima pars Christianorum.

Et quidem praecedenti loco satis ostensum est, quantum haec sententia schismatis & dissensionis interminabilis gignat in Ecclesia: ut si in ea haec ratio credendi seruetur, quam uerissimè impleatur illud, quod scriptum frequenter legimus in libro Iudicum: Non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi uidebatur rectum, in Israel id faciebat: nec possit, aut debeat alius de alterius fide curare: cum quilibet possit, & debeat suum iudicium sequi. Nunc autem, quam fit salutem omnium perniciosum, quam alienum ab omni fide, ad hoc omnes astringere, ut sine proprio iudicio nihil erga religionem, & fidem amplectantur, est nobis attentè considerandum, & detegendum quanta

lateat hic Sathanæ fraus. Certè necesse est, ut qui haec loquitur, uel ipse sic deceptus sit, ut eo iam tanquam instrumèto aptissimo utatur Sathanas, ad alios decipiendum: aut quod multo est grauius fallere tantum uelit, & quod falsum nouit, alijs persuadere. Nos uero non limus tantum facinus Brentio tribuere, sed affectu quo tenetur, loqui credimus: ideoque ferat patienter si fraudes has Sathanæ, quibus nescius tenetur, detegamus. Primò igitur intueamur in quanta pericula inducat maiorem Christianorum partem, in qua diuina & praecipua trahat: quam difficulta imponat, quam ardua & excedentia uires plurimorum exigit haec sententia. Illud certum est fidem omnibus esse necessariam ad salutem: sine illa nec paruuli, nec magni, placere possunt Deo. Si igitur nullus licite potest in causa aeternae salutis, ad quam certum est pertinere fidem, sine proprio iudicio alterius sententia inhaerere: necesse est omnem, qui uerè credit, proprium iudicium circa singula etiam habere, non aliunde, ut manifestum est, eum docere, quod ex ipsa scriptura sacra, ueroque eius intellectu: non ex alterius solùm sententia, sed proprio suo concepto. At uero & sententia omnium Patrum, & certa experientia constat, scripturam non posse uerè intelligi in quam plurimis, nisi ab exercitatis, & diu, multumque in ea uersatis: nec in ea tantum sed in lectione etiam antiquorum, & fide dignorum Patrum, quos constat cum magna laude scripturas tractasse. Nullus dubitat eum, qui ad scripturas intelligendas accedit, nihil posse, nisi multo studio, diligentique diuersorum locorum & scripturae, & Patrum circa dubia & difficulta agnoscere. Nullus igitur potest licite quicquam credere, nisi prius tam sufficiens & diligens studium scripturae sacrae, partumque doctrinis adhibuerit: ut proprium circa omnia dogmata fidei, scripturaeque sacrae difficulta loca possit habere iudicium. Nec enim temerarium iudicium, quod scilicet sine sufficiente causa examinatione concipitur, credimus Brentium docere, in rebus, quae ad salutem aeternam pertinent, ex proprio ergo iudicio, maturo, graui, & digna tanta rei consideratione habita, uult oēs de omnibus iudicare, quae ad religionem & fidem pertinent. Merito igitur exclamabimus. Quis poterit saluus fieri? quod inquam paruulorum praecipue, idiotarum & simplicium est, qui possit hoc studium scripturae sacrae adhibere? inter quos quanti sunt, qui nec linguam ipsam scripturae, aut Latinam, aut Graecam intelligere possint, nec etiam in uulgarem suam linguam translata legere. Denique & si utrumque possint, tamen sine longo studio, sine multa lectione, & sapientium atque exercitatorum doctrina à nullo ualet sacra scriptura plenè, perfecteque agnosci: quod satis proximo loco probauimus: quod Hieronymus & Augustinus, & denique

deniq; oēs Patres & uerbis, & operibus fatetur. Mutēdi sunt igitur oēs, qui salui esse uolunt, ad scholas, ad assiduum studiū scripturę, & iubendi sunt totam uitam huic studio infumere, ut uidelicet nō ex alterius sententia: sed ex proprio ipsorū iudicio, quicquid credunt, agnouerint. Verū esse Euāgelium, ueroq; sentī scripturę cōuenire: quis rogo unquam tam difficilem reddidit salutē hominibus? quis idiotis, & simplicibus usq; a deo unquā clausit uia salutis? ut manifestē hęc sententia claudit, quod ut magis explicetur, quæramus à Brentio, quando ad hoc, qui credunt, tenētur, quando non licitū est alienę sententia sine proprio iudicio inhærere. Num cū aliqua res fidei in dubiū uerti cœperit hoc. n. & si non parum difficile, ut cūq; tamen rationabile, & qd tolerari possit uidebitur forsā alicui, ut scilicet, cū de re aliqua fidei in Ecclesia cœperit dubitari, & controuerti, teneantur omnes diligenti studio propriū iudiciū non ex aliorū sententia formare: quod tamen nō parum constat multorum saluti esse cōtrarium, qui de his iudicare non possunt. At uerō Brentius neq; hoc cōtentus est, sed omnes, qui tenentur ad confitēdam fidem, ad cauēdos falsos prophetas, ad quæ sanē constat oēs omni tēpore teneri, & ad id paratos esse deberi, obligat, ut sine proprio iudicio alienā sententiā non sequantur: nempe quia agitur de æterna salute. Mox igitur à principio fidei suscipiendæ, mox ut cuiq; credendū est, propriū iudiciū non ex aliorum sententia quisq; tenetur habere, alioqui Brentius dicet, eum nō satis facere his præceptis diuinis de confitēda fide, & cauēdis falsis Prophetis.

Vide itaq; quā proximē hoc accedit ad Manichæorū errorem, illi. n. nullum uolebant credere nisi prius rationē agnosceret, & apertē intelligeret: hinc fiebat, ut minus capaces, rudesq; omnes, primō quidē auerterent à credēdis his, quæ in scriptura sacra ueteris Testamenti uel secundum aliquam metaphoram & similitudinem de Deo dicebantur: quę reuera illi conuenire nō possunt: ut illud, Iratus est furor meus: Pœnitent me fecisse hominem: Leuabo ad cœlum manum meam, & huiusmodi alia: uel quę secundum dispensationem illorum temporum, & rationem propheticę uitę in gestis sanctorum patrum leguntur, minus conuenientia tempori Euangelicę gratiæ reuelata: ut de quatuor uxoribus Iacob, de Agar, Abrahę tradita à Sara, & similibus alijs. Deinde uerō eosdem hac ratione qua docuerat eos illa reiicere, & confutare, quod August. inquit facillimum quidem erat, licet id ipse, cū eo errore laboraret, nōdum agnosceret: hac inquam ratione suos præsumptuosos iam, & aliorum contemptores effectos, nec tamen rerum spiritualium capaces: cū ad Dei naturam cogitandam transferrent in

crassissimos errores, & fabulas portēt totissimas deducebant, qd necesse erat ita fieri: ut qui nondum capaces erant cogitandi diuinam naturam, quō maiori præsumptione, atq; conatu hoc aggrediebantur, eō magis tantę lucis splendore excæcarētur: & à tam alto loco ruentes, in infima lapsi hoc ipso præcipitio superbientium animarum uires confringerentur. Sic factum, ut qui tumore sciētę inflati simplices, & humiles, & ipsam Scripturę sacre maiestatem propter humilitatis speciem contemnebant, in tam crassos errores inciderent: ut ab omnibus merito contemnerentur. Hoc dicent nouatores nostri se non agere, qui omnes ad credendum primō omnium admoneant. Sed uide, quā aliter sit: & quā uerē in hoc proprio iudicio circa fidem omnibus permitendo imō & imponendo Manichæorum errori appropinquent: & demū ad illorum præcipitia, & pericula deducant sibi credentes. Credere admonent omnes: sed soli Scripturę sacre, soli inquam ita, ut eidē dubiē, obscure, & in diuersos sensus à diuersis interpretatę, non credant, nisi ex illa declaratur, deniq; ut in hoc nullius sententiam sequi possint, nisi quam suo ipsorum iudicio probauerint. Cogita ergo nunc, qualis sit hęc fides, nempe proprio iudicio inherens: nam alienę sententię inhærere prohibenti, suo uerō proprio iudicio omnino præcipiunt. Non exigunt quod Manichæi à suis, ut prius quā credant, sciant, & agnoscant rationem: sed iubent, ut prius quā credant, scripturam scrutentur. Hoc enim ex exemplo Actuum Apostolorum confirmat Brentius. Thessalonicēses nobiliss. suscepisse uerbum Pauli, & Silæ cum omni auiditate, quōtidie scrutantes scripturas: si hęc ita se haberent. Ecce inquit Brentius, Pauli spiritum, atq; doctrinam exigunt ad scripturas: omnes igitur ad hoc agendum horum exemplo admonet: itaque iuxta hęc, & quæ superius diximus, siue cū in dubium aliquod ad fidem pertinens uenire inceperit: siue mox à principio cū suscipitur fides, diligenter discutienda est scriptura: & proprium iudiciū de ea habendum. Quis autem, ut dictum est, non rideat, hoc non minus supra captum simplicium esse, supra uires, & facultatem, supra otium, & tempus populorum, & turbarum, quibus nec magis est facultas scripturam legendi, quā certam scientiam, & cognitionem eorum quæ credenda sunt, quā Manichæi docebant, attingere. Certē si dicerent omnibus, Nisi scripturam legeritis, & quidem ita legeritis, ut ad eam possitis exigere omnem fidem uestram, & proprium formare iudiciū, non potestis præceptis Euangelicis satisfacere, quis eos non desereret? quis non uideret uix ullum relinqui, qui posset saluus fieri: sed imponi omnibus im-

Cap. 8.
Quod hæc
Brentij sententia
Manichæorum
errori de necessa-
ria scientia
ad credendū
similis eodē
modo, quo il-
la superbos
& aliorum
contemptores
efficiat
suos, & in
præcipitia
deducat.

Actu. 7.

portabile iugum? non certè minus quàm Manichæi imponebant, cùm scientiam liquidissimam naturæ diuinæ necessariam omnibus antequam crederēt affirmarent: putâ sine minus difficile est linguam scripturæ familiarem habere, phrasas eius perspetas & agnitas tenere, diuersa loca & in faciem pugnantia posse conferre, & denique in diuersitate sensuum, & scripturæ proprium habere iudicium quàm scientia illa Manichæorum? Certè non minus hoc impossibile simplicioribus, & idiotis: quare in primis illos à salute deterret, & quidem omnino excludit hæc sententia. Sed audi, quid deinceps agunt, dum enim hoc specie quadam nimium blandientis cognitionis, atque scientiæ simplicioribus cœperint persuadere: mox aggrediuntur docere eos scripturas, id est ex suo sensu. Docent eos Hieronymum errasse, atque alios, & in scripturis exponendis sibi ipsis contradicere: moxque ea loca proponunt, quæ prima facie, & ut illi dicunt, simplicissimè accepta suis sensibus fauent: quod non esse difficile exercitatis in scriptura satis est manifestum: atque ita doctos eos in scriptura, aut se facturos, aut magna ex parte iam fecisse persuadent. Hoc nonne similitimum est Manichæis, qui, specie scientiæ oblata suorum oculis, docebant eos, quæ iuxta corticem in scriptura erant, non intelligere: sed rejicere. Ipsissimum est, quod nostri faciunt aduersarij: scripturæ scientiam promittunt, & necessariam docent: & mox superficiem eius uocantes simplicitatem, & germanum sensum, docent patrum sensum rejicere: unde & eorum etiam, sicut Manichæorum, discipuli inflati cognitione scripturæ, quam sibi tribuunt, necesse est ut excæcentur, & quotidie cæcitate ipsa magis superbiant, & in maiores ducantur errores: sic necesse est, & sic nos docet omnis historia & scripturæ, & Ecclesiæ factam esse, atque hac ratione.

Cap. 9.
Exemplum
nisiatur, q
sub specie sci
entia scrip
tararum Lu
therani in er
rores, & ig
norantiâ su
os inducant.

Vides igitur ut nouatores nostri cognitionem offerant, ad hanc alliciant omnes: sed conferant non aliud, quàm proprium sensum: hoc est ignorantiam operam specie quadam, & apparentia scripturæ. Ostendamus hoc exemplo aliquo. Cur, inquit Paulus, conuertimini ad egea, & infirma elementa, quibus denuo seruire uultis: dies obseruatis, & menses, & tempora & annos: hoc omnium oculis Lutherani presentant: inde quicquid in lege ueteri fiebat sacrificiorum, & cæremoniarum, oblationum, uentationum & reliquarum obseruationum religionis & cultus Dei illicitum dicunt Christianis: sicut præscriptionem festorum dierum. Nam uerba hæc Pauli inquit, manifestè hoc significat, cùm eorū discipuli hoc crediderint uerborū hac specie illæcti, mox & dies festos Ecclesiæ, & chrisma sacrum, &

ieiunia rejicienda credunt: contemnuntq; omnem antiquitatem Ecclesiæ, & sensus certissimos Patrum. Inde facile est in alia, & alia trahere: ut rejiciatur peccatorum confessio, contritio, & pœnitentia posthabeatur, & fidei solius iustificantis splendore quodâ crassissimæ tenebræ in eorū cordibus generetur: ex quibus demum eò uenitur, ut nulla agnoscat Ecclesia firma, & stabilis: nec deferatur laus ulla, uel locus detur Deo, sacratæ uirginitati, cœlibatui, atq; omnimodæ continentiæ, imitatio paupertatis Christi, abiectioq; temporalium omnium diuitiarum superstitiosa, & quidem sacrilega habeatur. Vnde rogo, nisi quia prius assueuerunt sequi propriam sententiâ, & quod prima facie offert scriptura. Certum est enim illud facilius esse, & applausibilis imperitorum, & superbientium maximè auribus. Mox ut audieris uerba illa Pauli reprehendentis obseruatores dierum, intelligere in uniuersum hoc prohiberi ab Apostolo: uel cùm legeris illa alia, adolescentiores uiduas uolo nubere, illud accipere, quasi prohibeat Paulus eas in cœlibatu uiuere. Hoc agunt, qui propriū sensum in scripturis sequi uolunt: in scriptura inquam nondum primis labijs uel degustata, imò nec salutata à limine: sed à nouis his doctoribus dilaniata, & disceptata, simul cum doctrina Patrum.

Quorum auditoribus si ego dixerò, nolite hæc ita intelligere, longè aliter locū hunc, dies obseruatis, &c. interpretatur Aug. & alium, uolo adolescentiores uiduas nubere, longè aliter intelligit Chrysostomus, Hieronymus, & eodem modo de cæteris omnibus locis: legite ergo potius illos, sequimini illos, quibus nulla ratione uestri cōparari possunt. Certè quid responsuri sunt non uideo, nisi hoc tantum, quod sibi melior uideatur suorum sensus, quod non possint sequi alterius sententiâ nisi suo ipsorum iudicio, quod in his omnibus consentit cum hoc, quem sui magistri eos docent, sensu. Quibus si rursus dixerò, & cur uos iudicium uestrum tam breui momento conceptum, tam sine studio, & labore in uolenda scriptura, cuius paucissimas nostris sententias: quare inquam hunc tam leuiter inuectum cordibus uestris sensum præferre uultis sensui Augustini, & Hieronymi: quibus multò manifestius est, uos non esse comparabiles, quorum labor & assidua lectio: continua oratio, & puritas (quibus scriptura sacra intelligitur) manifestissima sunt in Ecclesiâ: Cur inquam non prudentius, non tutius horum sequimini iudicium: nisi quia sine causæ perfecta cognitione, sine lectione doctrinæ horum patrum, ex affectu in uestros doctores, ex falsis eorum uel criminacionibus patrum, uel interpretationibus iudicatis: atq; ideo temere? Nonne ergo melius est iudicare, non esse uobis iudicandū: non posse

Cap. 10.
Quam tempo
re iudicandi
sensu scriptu
re Lutheri
discipuli.

posse nos in his scripturæ dubijs proprium habere iudiciū, quas nec legere uacat: multo uerò minus omnem patrum doctrinā, quæ ad cognoscendam causam necessaria est: Quid rogo respondere possunt: nūquid, quia proprium iudicium habere debent, licet quod libuerit iudicare. Quod si non licet, quod nullus negat: uideant quā temere iudicent sine ullo labore, sine ulla uera scientia scripturæ, cēsentes de his, circa quæ audiūt errasse doctissimos, & sanctissimos quosque. Agnoscant ergo quā graue onus ipsis imponant, & in quanta præcipitia deducant, qui uolūt eos proprium iudicium habere.

Longè certè litera Catholica fidei modè docet, multo suauius, & tutius, salutiq; omnium conuenientius: admonet omnes, quod ad cognitionem attinet, quemque sua sorte, suo gradu, atque dono contentum esse: nec quicquam quærere, quod captum suum excedat: sed simplicissima fide contentum, ex manifestissimis morum præceptis ad puritatem cordis, ad Dei & proximi charitatem magis, magisq; indies accedere: atque ita diuinæ charitatis, & beneficiorum eius assidua meditatione, & humilima consideratione familiariorem Deo fieri, & his impetrare earum rerum, quæ ad salutem suam pertinent, iudicium, & cognitionem quantum satis sibi esse possit. Hæc est Christianæ animæ præparatio: hoc uerum studium sacræ scripturæ, quod non solum imperitis non est impossibile, sed facillimum, etiam & magis his peruium, quàm sapientioribus, & doctioribus: propter quod clamat Christus, Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: nec uerba hæc sola Christi, sed multo magis res, ob quam dicebantur, hoc manifestius ostendit. Messiam desideratum tam diu à Judæis non agnouerunt sapientes, & scribæ, sed idiotæ piscatores. Hoc unum ex maximis gratiæ mystetij, de quo Paulus dicit: Infirmi mundi elegit Deus, & ignobilia, & contempnibilia, & ea quæ non sunt. Nōne manifestissimè nos docet humilibus, & idiotis nō solum locū esse apud Deum: sed etiam primum? Ipsis etiam exercitatis, & doctis tantò melior, & Deo propinquior locus patet: quò humiliores sunt, & minus sibi ipsis fidunt: iuxta illud saluberrimum consiliū: Ne innitaris prudentiæ tuæ, & ne sis sapiens apud te ipsum: quæ si rectè pensamus, ostendunt maximè expedire omnibus, sed simplicioribus amplius, aliorum inhærere sententiæ, in causa salutis æternæ, sine proprio iudicio: hoc est enim contrarium sententiæ huic Brentij. Nec enim unquam catholica fidei sanitas permittit credere, necessariam esse scripturæ scientiam omnibus: ideoque nec omnes teneri ad exigendam fidem suam ad scripturæ regulam,

quam nec legere, nec scire tenentur, manifestè dicit: atque ideo sine proprio iudicio alienam sequendam esse sententiam: sed neque his, quibus necessaria est scripturæ scientia, qui ad eam discendā, & legendā tenentur, expedire, ut alios sine proprio iudicio non sequantur, eiusdem fidei modestia manifestat. Quare temerè & inconsideratè Brentius necessarium ait, quod non solum necessarium non esse omnibus: sed nec alicui quidem, quin potius contrarium omnibus conducibile, & multis etiam necessarium constitit. Maiores etiam doctissimi, & summi sequi possunt aliorum sententiam in religione, sine proprio iudicio: quantum rectius simplices, & idiotæ, & illis quidem consultius est, & tutum ita agere, sed in multis non erit necessarium. Possunt enim proprium habere iudicium nonnunquam, istis autem & necessarium, supra dicta manifestè ostendunt.

Sed iam hæc, quæ proposita sunt, suo ordine explicemus & confirmemus. horum igitur primum illud est, neminem ultra uires ingenij, doni & gradus, quem in Ecclesia habet tentare debere quod ad cognitionem attinet. Quod sic manifestatur: Primum quidem non obscure, aut rarè docet nos scriptura in Ecclesia diuersos gradus esse hominum, etiam sanctorum & iustorum secundum intellectus, rationisq; perspicuitatem, & uires: alios scilicet alij aptiores, & capaciores ad intelligenda altiora, maximè & obscuriora: id quod siue ex ipsa naturæ dispositione aut educatione, & exercitatione, siue ex dono Dei contingat, non ad hanc rem multum pertinet: scimus utrumq; contingere. Propterea Paulus apertè loquitur, perfectorum est solidus cibus eorum, qui pro cōsuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni & mali. Vide itaque consuetudinem, & exercitium quosdam efficere capaces & aptos ad solida percipiēda, & discernendum bonum à malo: & eodem loco inquit de alijs, Imbecilles facti estis ad audiendum, &c. facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim, qui lactis est particeps, expertus est sermonis iustitiæ: Paruulus enim siue infans est. Vbi iam uides apertè hanc distinctionem intellectus etiam in fidelibus, etiam in bonis: Alij sunt paruuli incapaces perfectæ doctrinæ, egentés lactis, alij perfecti, quorum est solidus cibus: nec tamen propterea Paulus à salute aut Ecclesia alienos ducit, sed potius sciipit educandos. Nōne & Corinthijs apertè inquit, Non potui uobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tantquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis, & secundum hominem ambulatis: Itaq; carnales eos dicit, & secundum

Cap. 12. Vnde de in Ecclesia diuersitas sit graduū erga diuina cognoscēda, & quantū periculū sit, hoc transgredi.

Heb. 5.

1. Corint. 13

Cap. 11. Modestia catholica Ecclesie, quæ suos docet in intelligēda scriptura, et mysterijs eius, proponitur.

Matth. 13.

1. Corint. 1.

10th. 16.

hominem ambulare, quos tamen non propterea rejicit: sed suscipit potius lactandos uberibus, quousque adolescant: imò eisdem in principio epistolæ sanctificatos in Christo Iesu, uocatos sanctos salutat. Christus ipse Dominus Apostolis inquit, Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modò. Cum autem uenerit Spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non est opus plura referre ex Scriptura: ex his abundè ostensum est, non solùm discrimen hòc esse paruulorum & perfectorum: sed hunc maximè attendendum esse in doctrina ab eo, qui docet, & cauendum ne supra captum quenquam doceat, non minus, quàm cauendum medico, ne infirmo stomacho ingerat duriorè cibum: aut nutritici, ne infanti edentulo durissimos cibos præbeat. Sic inquit Christus Apostolis, Non potestis portare modò: sic Paulus, Non potui uobis loqui, quasi spiritualibus, &c. Quòd si hoc obseruandum doctoribus, eor non etiam, imò multò magis auditoribus ipsis: ut scilicet non supra uires, & captum mentis suæ aut cupiant, aut inuestigent abstrusarum rerum cognitionem? Et quidem est hòc familiare uitium puero- rum, & peruersi stomachi ultra necessitatem, imò ultra uires, & uirtutem cibos appetere: quos, qui eis tradunt, meritò interfectores perniciosissimi hominum dicendi sunt. Qui uerò alliciunt etiam, & excitant, tanquam inimici humanæ naturæ habendi. Quantò ergo magis hoc in spiritualibus seruandum: puerilis est sensus, languoris est animæ, supra uires cognitionem etiam sacrarum rerum, lectionem & inquisitionem earundem querere, & minus curare charitatem: quod non aliud est quàm tumescere, & inflari non concòctis scilicet alimentis spiritualibus animæ. Hec reuera est scientia illa, de qua Paulus inquit, quòd inflat. Hoc igitur uitium, quòd eò cuiq; familiaris, quòd insipientior ille est, esse cognoscitur: miserandum certè, & dolendum in his, qui inconsideratè eo laborat, qui id nò agnoscunt: & sanandum medicina illa Pauli & Christi: Cùm nondum potestis, adhuc carnales estis: nò solùm dicitur ipsis, sed ostenditur etiam, & ut tales se agnoscant conuincuntur. Sed hoc ipsum infirmitatis uitium ex industria augere, & excitare ad non cogitandùm imbecillitatem propriam, non ignorantiam, & ruditatem sensus proprii: sed omnibus his posthabitis irruere in Scripturæ maiestatem, quid dixerim esse, quàm Sathanicum animarum homicidium. Quis uerò hoc magis agit, quàm qui omnes cogit, ut omnia fidei dogmata, omnia dubia & controuersa quisq; exigat ad regulam scripturæ, & nemo quicquã credat, nisi ex proprio iudicio, & sententiâ. Meritò igitur dixerim pestilentius hoc esse promissione illa

scientiæ, qua Manichæi alliciebant omnes: Lib. de utilit. meritò dixerim, quod August. de illis ait, *credèdi ca. 9.* Quod cùm omnibus proprium iudicium permittunt, & docere se omnes scripturam promittunt: non hoc robore aliquo præditi faciunt, sed ut aliquam concilient multitudinem huius scientiæ scripturæ promissione, qua naturaliter humana gaudet anima. nec uires suas ualitudinemq; considerans sanorum escas appetendo quæ malè committuntur, nisi ualentibus, irruit in uenena fallaciarum. Hec August. quibus quid potest proprius dici, & uerbis illis Christi & Pauli convenientius, irruit in uenena fallaciarum infirmus escas sanorum appetendo: incurrit superbiam, incurrit tumorem animi: incurrit deniq; cæcitatem sensus. Sed ut ad id, quod propositum est, reuertamur. Vides in Ecclesia diuersos gradus in cognitione diuinorum, siue ex ingenio & exercitati- one, siue ex dono Dei. Sed adhuc apertius audiamus Paulum loquentem, Alij, ait, datur sermo sapientiæ per spiritum, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alij propheta, alij discretio spirituum, alij generalium linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Vides apertè diuersitatem donorum, propter quam toto eò loco Paulus non aliud agit, quàm ut similitudine membrorum corporis doceat, quàm sit omnibus curandum, ut suo loco, quem illis Deus in Ecclesia contulit, se contineant, & aliorum gradum non ambiant: sed hoc ordine, sicuti membra corporis se inuicè ament. Vos autem inquit, estis corpus Christi, & membra de membris: moxq; se transfert ad ostendendum diuersitatem graduum, & ministeriorum in Ecclesia: quosdam inquit posuit Deus in Ecclesia: Primò Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, &c. Nūquid omnes Apostoli omnes prophetæ? ostendit itaq; his omnibus Apostolorum ministeriorum diuersitatem consequi etiam donorum, de quibus prius dixerat, differentiam: & meritò ex utraq; ueritate constare Ecclesiam, sicut corpus ex diuersis membris. Igitur tria hæc manifestè ostensa sunt: ingenium, & exercitatio, donorum, & ministeria ecclesiastica diuersos constituere gradus, & præscribere unicuiq; proprios limites. Ex hoc igitur iam sic colligimus quod primò propositum est: si inter fideles ipsos, inter filios Ecclesiæ iustificatos, & sanctos sunt incapaces perfectæ doctrinæ: sunt ad multa, quæ ab alijs attingi possunt intelligenda, & capescenda impares: Nò igitur omnes possunt scripturæ sacræ ardua, & difficiliora agnoscere, nec proprium in eis iudiciũ habere. Quid enim putasne, quæ de æterna uerbi Dei generatione, de æ- qualitate eius ad Patrè, & origine dicuntur in scriptura,

1. Corin. 12.

Cap. 13. Ex-
plo & ratio-
ne ostendit,
minores &
simplices in
Ecclesia ma-
iorū fidei, et
sententiæ suæ
proprio iudicio
imberere de-
bere.

Scriptura, ex quibus Arius difficilimas quæ-
 stiones mouebat: ut est illud Ioannis, Non
 potest filius facere quicquam, nisi quod ui-
 derit Patrem facientem, & quicquid Pater
 facit, hoc Filius similiter facit: & similia
 multa possunt ab omnibus satis intelligi?
 Cum igitur in Concilio Nicæno definita
 est æqualitas, si tenebantur omnes non sine
 proprio iudicio credere sententiæ Conci-
 lij, ut Brentius disertè statuit, necesse erat ut
 incapaces tam sublimis doctrine non satis-
 facerent saluti suæ, sine suo iudicio: quod
 certè habere non poterant ad hærentes con-
 cilio. Quid rogo durius dici potest, imò
 quid magis communi sensui contrarium?
 Exegit Constantinus imperator recens ad
 fidem conuersus, & quod magis probabile
 est nondum baptizatus, definitionem con-
 cilij ad scripturam sacram? contulit loca om-
 nia, & ex proprio iudicio agnouit, rectè
 fuisse patres illos interpretatos scripturam,
 & non magis hoc duntaxat audito, quòd
 consubstantialitatis fides ab Apostolorum
 tempore semper credita fuisset: & prædica-
 ta & diuersitas substantiæ noua, & inaudi-
 ta: idq; testimonio unanimi, & consono o-
 mnium 318. Patrum, exceptis paucis, mox
 credidit ex illorum iudicio, & in fidei hu-
 ius uiolatorum grauisimas leges constituit.
 Nonne Constantinus agnouit non se habe-
 re donum interpretationis scripturæ, nec
 pro consuetudine exercitatos sensus? Deni-
 que neque se esse oculum Ecclesiæ, sed bra-
 chium potius, ad defendendos oculos, cæ-
 teraq; membra? Et ideo tanquam brachi-
 um temporalis pœnæ seueritate, sententi-
 am oculorum tutatus est: & sicut ab ipso su-
 scepta fuerat, ita ab alijs suscipi uoluit, idq;
 sine proprio iudicio. Quis igitur iam dice-
 re potest, non esse licitum, sine proprio iudi-
 cio alienam sequi sententiam in rebus æter-
 næ salutis, nisi qui putat satis esse dixisse?
 Nunquid quod perfecti attingunt de myste-
 rijs religionis, & fidei cuius minores inca-
 paces sunt non est credendum ab eis? Nun-
 quid sensus scripturæ, & auctoritates, quas
 non capiunt idiotæ, propterea nõ credunt,
 & non potius hac ratione tranquillè & quie-
 ti sunt in ecclesia paruuli? fidei maiorum, &
 sententiæ etiam nondum cognitæ inhæren-
 tes? quod si antequam cognoscant iam ani-
 mi præparatione ea credunt solùm, quia ag-
 nouerunt locum suum, quem in Ecclesia
 tenent, simplicium scilicet, & rudium disci-
 pulorum: alios uerò magistrorum & docto-
 rum. Multò rectius postquam sibi ea osten-
 sa fuerint eorum auctoritate ea sequuntur,
 non ex alio nouo iudicio: sed ex eo certè,
 quo prius sibi non iudicandum esse agno-
 uerant. Quòd si hoc non contenti indagare
 uelint abscondita omnia, & difficilia circa
 rem quamcunq; controuersam, aut myste-
 ria omnia fidei, terminos proprios transgre-

dientur. Contra id quod mysticè quidem,
 sed huic loco ualde aptè in lege mandatum
 est. Constitue terminos populo per circui-
 tum: & contestare, ne fortè uelit transcende-
 re terminos ad uidendum Dominum, &
 pereat ex eis multitudo. Manifestissimè cer-
 tè significauit Deus his uerbis, nulli in Ec-
 clesia transgrediendos proprios terminos
 in cognitione mysteriorum, hoc est, nulli ul-
 tra ingenium, donum & gradum quem in
 Ecclesia habet, licitum esse inuestigare my-
 steria: quod apertius iam, & non in figura
 Paulus seuerissimè etiam, & grauissimè ad-
 monet, Dico enim inquit, per gratiam,
 quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter
 uos, non plus sapere quàm oportet: sed sape-
 re ad sobrietatem, & unicuiq; sicut Deus di-
 uisit mensuram fidei. Quod mox etiam ea-
 dem ratione, qua superius, hoc ipsum con-
 firmans: Sicut enim, inquit, in uno corpore
 multa membra habemus, omnia autem nõ
 eundem actum habent: ita multi unum cor-
 pus sumus in Christo, habentes donatio-
 nes secundum gratiam, quæ data est nobis,
 differentes, &c. in quibus uides, quàm con-
 sonè ad superiora omnia, in cognitione re-
 ligionis sobrietatem, & modestiam Paulus
 exigit: & hanc in eo constituit, ut mensu-
 ram suam quisq; nouerit, & opus suum, tan-
 quam membrum Ecclesiæ, operetur: qui-
 bus aptissimè Sapiens consentiens saluber-
 rimè etiam admonet: Altiora te ne quæse-
 ris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed, quæ
 tibi præcepit Deus, illa cogita semper, & in
 pluribus operibus non fueris curiosus: nõ
 enim est tibi necessarium ea, quæ abscondi-
 ta sunt, uidere oculis tuis. Vide, rogo, quàm
 aperte deterret à curiosa & supra captum
 nostrum perscrutatioe diuinorum. Et hæc
 uerba, non est necesse, quæ abscondita sunt,
 uidere oculis tuis: nõne aperte contraria
 sunt hinc proprio iudicio Brentij? Quid e-
 nim est non uidere oculis tuis, quàm non
 ex proprio iudicio, sed ex alieno aliquid se-
 qui? ubi, & quæ sequuntur, sunt ualde nota-
 da. In superuacaneis inquit rebus, noli ser-
 tari multipliciter, & in pluribus operibus
 eius non eris curiosus, plurima enim supra
 sensum hominum offensa sunt tibi. Qui-
 bus uerbis ex altitudine rerum admo-
 net, ut quando supra captum sunt homi-
 num mysteria fidei, non sit conandum ea
 capere: sed contentos manifestis in eis qui-
 escere, & neque curiosius quidem aliquid
 inuestigare. Sed ultima iam audi, in qui-
 bus periculum ostenditur, hoc transgredi-
 entium: multos, inquit, supplatauit eorum
 suspicio, & in uanitate detinuit sensus eo-
 rum, quod est, multos decepit uana sua opi-
 nio, & praua illa proprii sensus affectio in
 errores deduxit: quod cum in omnibus hæ-
 reticis manifestum fuerit, in Luthero ma-
 nifestissimum factum est: omnia uerò hæc

Exod. 19.

Rom. 12.

Eccles. 3.

ab illo priori malo altiora se querendi orta ostenduntur. Igitur qui uult quemlibet proprium habere iudicium, quemlibet uult esse oculum in Ecclesia, & omnes graui periculo exponit, certe temeritati. Nam quis unquam dixit manui, ut non quod ostendit oculus, accipiat: aut pedibus, ut non tendant, quâ ab oculis diriguntur: sed propria sua luce operentur? hoc certe agit, qui uult omnes proprium iudicium sequi. Quæ igitur, rogo erit nobis ex hac unione Ecclesie, de qua tam frequenter locuti sumus, utilitas: si non singula membra aliorum utantur opera: et quod à se habere non possunt participatione, aliorum congratuleantur se consecutos? dum sci licet idiota credit, quod ei ostenditur à doctore: doctorem intendit doctrinæ sustentationem recipiens ab idiota: sumus nos membra, rationalia quidem, & ideo propria ratione, & iudicio etiâ sic credentes monemur: proprio, inquam, sed quo iudicamus non esse nobis iudicandum, atque ita operatur in omnibus Christus. Sicut caput in alijs aliorum ministerio, in doctoribus docet simplices, sic in eis operatur ut credant doctrinam aliorum, & iudicium sequantur: hæc si rectè considerentur, totam hanc causam conficiunt.

Cap. 14. Est inter ipsos doctores diuersitas graduum, & ex ea ostenditur, etiam doctores aliorum sententia sine suo ipsorum iudicio adhibere posse: imò debere. 2. Corint. 10. Eiusdem 11. Ad Galat. 2.

Quod iam gradibus quibusdam propositis, sic ostenditur, si in ea, quæ superioris gradus est, scientia & cognitione inferior sanctè, sine proprio iudicio superioris inhæret sententiæ. Si hoc certissimum est in Ecclesia, in exercitatus & idiota tute sequitur iudicium doctorum: hic enim gradus apertissimus est, non habet opus iudicare indoctus: sed aliorum, satis illi est, iudicio se adiungere. Sed quoniam nec hic solus gradus est, sed inter ipsos etiam doctores discrimen non deest, dum stella differt à stella in claritate: si in eis diuersa sunt dona, diuersa exercitatio, & ingenium. Nonne necesse est quemlibet sese agnoscere: & ut Paulus inquit, non in immensum gloriari: sed secundum mensuram regulæ, quâ mensus est unicuique Deus: & quidem de hac re multa Paulus habet, & nonnunquam gloriatur: sed, ut ipse inquit, in Domino. Nunc enim existimat se nihil minus fecisse à magnis Apostolis: nunc apertè inquit, qui uidebantur magni esse, nihil mihi contulerunt: ut ex his discamus omnes sollicitum fuisse Apollolum de gradu suo agnoscendo, & seruando. Et quoniam ultimis uocatus erat, & uideri poterat propterea inferior ceteris Apostolis: cum reuera nouissimo illi uoluerit Christus in exemplum gratiæ suæ dare non minus, quàm primis, sed magis etiam, debuit hoc notum esse Ecclesie, ne quis inde exemplum acciperet transgrediendi terminos suos: sed potius in eo exemplum haberemus manifestissimum agnoscendi, & tenendi proprium gradum. Iuxta hoc ergo nec necesse est, ut quilibet doctor omnia nouerit: sed in qui-

busdam doctioribus adhæreat. Hac enim modestia & illud fit, ut etiam si erret, quàm diu tamen doctioribus subest, & ab illis paratus est corrigi, non imputetur ille error in culpam. Sic Aug. episcoporum literas reprehendi posse per peritiorem doctrinam sapientioris cuiusque, & per aliorum episcoporum maiore auctoritatem: denique & per concilia: concilia uero ipsa prouinciarum aut regionum, per plenaria posse corrigi asserit. Ecce igitur graduum diuersitatem, quilibet doctor doctiori cedere debet, quilibet priuatus concilio: Concilium minus & inferius, pleniori & superiori. Quod si ita est: uide rogo quanta in asserenda propria sententia circa res dubias modestia opus est? non ne erremus solum: sed ne error imputetur ad culpam: & sanè quò quisque magis suam sententiam amat, & constantius asserit, minus paratus est corrigi, & agnoscere doctiores se: cum necesse sit, ut in diuinis illis oculis, qui falli non possunt, uerè sit inferior quilibet paratus corrigi à superiori, nec ita propriæ sententiæ amore excæcatus, ut non agnoscat maius donum, aut exercitacionem alterius, quæ si attentè cogitemus, agnosceremus puto, in quàm periculosa re uerseremur, quicumque difficultia scripturæ & fidei inquirimus. Tantillum enim excessisse proprios limites, & complacentia sui sensus minus paratum esse corrigi, minus agnoscere maius donum alterius, non aliud est, quàm grauisimo se exposuisse periculo temerariæ assertionis. Trepidandum est ergo, nec usquam magis timendum si rectè sapimus, quàm in nostra sententia asserenda. Quæ unica consideratio, meo quidem iudicio, sola potest tutum reddere doctorem, & diuinæ gratiæ præparare: si adit, sola aufert stultas, & sine disciplina quæstiones, quas deuitandas Paulus docet, Quia generant, inquit, lites: sola hæc languorem illum circa quæstiones, & pugnas uerborum, ex quibus, docente Paulo, oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemix, suspiciones malæ, & conflictationes hominum mente corruptorum, sanat: quæ omnia quàm grauisima sunt, & reuera origo quædam, & seminarium hæresum. Hac ergo modestia constat maximè opus esse doctoribus: ut scilicet cum aliquid sibi uidentur intelligere in scriptura, in religione, non uerbo tantum, sed re uerissimè subditi sint maioribus, atque ipsi diuino ordini: quod si attendisset Lutherus, non tam facilè ex hoc uerbo scripturæ: Frustrà colunt me mandatis hominum (quicquid non est in scriptura, eo intelligens significari) damnasset non solum antiquissima Ecclesie præcepta, sed traditiones etiam Apostolicas, & uota ipsa monachatus, tam manifestè probata in sacra scriptura. Hoc ille fecit, cum uerbum hoc, & huiusmodi alia aliter interpretatus est,

Lib. 2. bapt. cõtra Dona. tist. cap. 2.

2. Timot. 2.

1. Timot. 6.

est, quam omnes patres, & quod certissimū est, quam & facillimē, & planissimē interpretari possumus: & hanc eius immodestiam imitantur eius omnes discipuli, quibus cum de hac causa speciali non agamus, sed exempli gratia tantum sit positum: Non opus est quicquam dicere, quod in dubium trahi possit: sed hoc tantum dicamus, quod certissimum est loca illa omnia, sine causa colunt me, Dies obseruatis, & tempora, & similia aliter exponi à patribus, quam ab ipsis, & quidem aliter exponi posse sine ulla litera repugnantia. Cur ergo tantum sibi tribuunt, ut suum sensum omnibus uelint obtrudere, & suam sententiam, ab omnibus certa fide teneri? Estne hoc gradum suum agnoscere? Estne credere alios esse, aut fuisse unquam in Ecclesia doctiores, & illis subditos esse? Iudicent alij certè, nos nequaquam possumus intelligere tantam asserendi libertatem tantæ modestiæ, quam exigit Deus, posse coniunctam esse. Scio non deesse eis, quod respondeant: dicunt, & sub diuino etiam testimonio affirmant, nihil magis se cupere, quam à doctioribus corrigi, quam illos agnoscere, quod & sibi ipsis persuasisse non dubito. Sed aiunt, qui sunt hi, ostendantur nobis: aut ratio aliqua proferatur, & regula, qua hoc metiendum sit: proferatur inquam unicuiusque regula, & mensura, quam illi prefixit Deus. Itaque cum hoc aut uix, aut nullo modo cognosci possit, ut inter doctores certus cuique gradus detur: maximè cum hoc supra humanam infirmitatem sit, ut unus sic alterum excedat, ut non in multis ab eodem corrigi possit, sicut in multis errare etiam doctior quandoque potest, in quibus minor non erret, merito putant illud Aug. seruandum, quod solis sacris scripturis, sine ulla dubitatione credendum sit. Cæteris uerò omnibus quantumuis catholicis, & laudatis, quantacumque sanctitate, & doctrina pollent, non adhibendam fidem, nisi quantum uel per canonicas scripturas, uel alia ratione, quod asserunt, probauerint. Ita August. frequenter de omnium doctorem, & suis etiam sententijs dixit. Hoc illis frequenter in ore est, quo uno uerbo, ac si nullū discrimen esset, nullusque gradus inter doctores, proprios suos sensus ita sequuntur, ut nulli cedat: & aiunt nos Patrum scripta ita amplectimur, quemadmodum illi uoluerunt. Verum hæc excusationes ualere possunt apud homines: Deus autem considerat cordium ueritatem. Et sicut ipse nouit quantum cuique donum contulerit, sic etiam quantum excedat quisque in sui sensus amore, & quam culpabiliter frequenter non deferamus, quibus merito deferendum esset, intuetur. Sed omittamus nunc quod ad uiuentes pertinet, & præsentis doctores, quis alteri præferendus, inter quos nescio ego an alicui uel ex suis cedere uelit Brentius: hoc

interim omittamus, quod uel difficile, uel impossibile est definire: illud tantum cogitemus, quod ad antiquos & mortuos iam patres pertinet. Quis dubitare potest lumina illa Ecclesiæ, qui sanctitate, miraculis, & eximia doctrina floruerunt, Athanasium dico, Basilium & Gregorium Nazianzenum, atque Chrysostomum, Cyprianum, Ambrosium, Hieronymum & Augustinum: hos inquam, & similes quis dubitat merito ab his omnibus debere superiores agnoscere, qui modo superstites sunt in Ecclesiâ? Et quantum ut homines in quibusdam errare poterunt, in his tamen, quæ ad fidem & salutem æternam pertinent, nequaquam eos errasse agnoscit Ecclesiâ: & in his post scripturas sacras magnam illis auctoritatem tribuit. Quare non uideo quomodo sine magna presumptione sensum suum possit quis, non dico omnium horum, sed uel unius ex ipsis sensum præferre: cum uidelicet agitur de sensu dubio scripturæ, & qui in diuersas partes trahitur. Hi igitur sint nobis inter doctores gradus: detulerunt illi alij alij, recentiores antiquioribus: certè Augustinus Cypriano quam plurimum tribuit, licet magis uniuersali concilio: Ambrosio similiter, sed utcumque sit, his tanto seculorum consensu probatis patribus, cuius recentioris nunc doctoris auctoritas æquari potest: cur his æquari uelle, non sit terminos transgredi proprios, & quod illi ignorarunt, credere se scire, altera se querere? Illud certè negari non potest sine periculo posse quemlibet quantumuis magnum, alterum sibi præferre: In humilitate spiritus, inquit Paulus, superiores inuicem arbitantes. Cum ergo hic nullum sit periculum, si te etiam inferiori subijcias, in re non manifesta: præferre te uerò alteri, cui subesse merito debeas, sit graue periculum. Quid rogo tutius, quam quoties dubium est, quis alteri sit præferendus omnibus te subijcere. Quod si rectè cogitemus, intelligemus, quod quicumque nunc laborant in studio sacrarum literarum, quantumuis profecerit, prudentissimè facturus sit, si inueniens alicuius, uel plurium patrum in re aliqua ardua & difficili sententiam, manifestè atque disertè, & constanter significatam illis se subijciat: non solum non curans diutius querere, ut proprium iudicium formet, sed etiam contra suum proprium iudicium. Quis non intelligat hoc tutissimum esse, & nulla ratione reprehensibile? Contrarium uerò saltem non esse sine periculo presumptionis, & nimij propriæ sententiæ amoris: quæ duo grauissima precipitia sunt: Cum igitur spiritus sanctus quietis & tranquillitatis spiritus sit, nec ad precipitia deducat: manifestè sequitur hinc summi certissimum signum ad cognoscendum, quo quisque docentium spiritu ducitur. Certè qui noua adinueniunt, qui sua re

Cap. 15.
Antiquiores
sanctos doctores in Ecclesia aliorum gradum habere uidentibus
nunc omnibus
& posterioribus temporibus
et inter ipsos
minores alios
uel teneri a
ipsis se subijcere, uel tutè
posse, ostenditur.

iectis his patribus asserunt, qui non ab eis agnitos scripturæ sensus inuenisse gloriantur: Hos ego timeo, & nonnunquam mani festè mihi uidere uideor à spiritu alieno agi. Qui uerò e contra non ex torpore, & desidia erga sacra studia, non ut indulgeant somno & otio, sed post diligentem lectionem, attentam & humilem inquisitionem doctrinæ patrum illi adhæret, illam sequitur, uel ulterius non iudicans, uel proprio etiam suo iudicio renuncians, cur non dicetur & manifestè agnosceretur, à Spiritu sancto agi? Ecce igitur probatum non solum imperitis, sed doctoribus, quantum uis etiam doctis, licitum esse sine proprio suo iudicio alienæ sententiæ inhærere: nec solum licitum, sed expediens, & meritò laudandum. Vnde ergo illa Brentij sententia, nisi ex præcipitijs Lutheri, & spiritus illius sui concitatissimi & perturbatissimi temeritate. Nos igitur illo omissio, nos ipsos instruimus & eos, qui sana cupiunt audire: atque ex his, quæ diximus tres quosdam gradus in difficilibus & controuersis sese habendi doctoribus tutos quidem & inculpabiles ostendimus. Primus ut à meliori incipiamus est, cum agnita manifestè asserta unius, aut plurium ex illis patribus sententia etiam contraria nostro sensui, & iudicio illi adhæremus, iudicantes melius esse patrum, quam nostrum iudicium, tutiusque nobis & quietius fore acquiescere, in rebus obscuris patribus. Secundus porro hoc inferior ille est, cum agnita illa sententia sine proprio aliquo iudicio, quia scilicet non audemus iudicare, neque ulterius inquirere timentes infirmitati nostræ, eam sequuntur non contra proprium iudicium, quod nondum habemus: sed sine illo solo iudicio Patrum. Tertius uerò meritò infimus est, cum propriam sententiam asserimus post diligentem iudicio nostro inquisitionem doctrinæ & scripturæ, & Patrum: propriam, inquam, quæ scilicet nobis uidetur, quam tamen in Patribus non inuenimus: sed neque contrariam disertè & manifestè: cum scilicet uel de ea re non loquuntur, uel obscurius, uel nobis non contigit legisse manifestam eorum sententiam: quare nostram sequimur: sed non ita eam amamus, ut reuera non simus parati cedere & agnoscere doctiores. Quicquid uerò extra hos gradus est, aut est error perniciosus, aut ualde illi appropinquat: quale est uel asserere scièter aduersus Patres propria, uel ignorantè, aut quacumque alia ratione: cum non sis paratus, & impensè desideras corrigi uel eorum auctoritate, uel sapientioris.

Cap. 17. Exe plus ostenditur modestia huius in sequendis sententiarum diuersi-

tas, illi uolunt liberum arbitrium non esse, quia gratia in omnibus est necessaria: & De us est, qui operatur in nobis uelle, & operari: unum Augusti dicunt se sequi reiectis alij Patribus. Alij uerò ex catholicis etiam, non cunctantur contradicere Augustino in causa gratiæ, æternæque prædestinationis: ecce quanta in rebus tam grauibus diuersitas: Si igitur modestus ueritatis inquisitor legat Ecclesiæ definitiones, quæ scilicet in concilijs factæ sunt eo tempore, quo Pelagi us dānatus est, inueniet apertè definitum esse necessitatem gratiæ, & libertatem arbitrij simul stare, & utrumque necessaria fide credendum. Si legat Augusti concilij Palæstini in quo Pelagius damnatus est definitione utentem aduersus illum, atque dicentem: quisquis sequitur illius auctoritatem iudicij, hæc tenere debet, quæ semper tenuit Ecclesia catholica, & inter hæc referentem, esse liberum arbitrium, etiam si diuino indigeat adiutorio. Nonne prudenter, modestèque faciet, si posthabito iudicio suo, etiam si aliter sibi uideatur, etiam si efficacissima iudicio suo sint Scripturæ loca, quibus negatur, nos aliquid operari, & ita uidetur negari liberum arbitrium, & assentiat tam apertæ sententiæ, non Augustini tantum, sed unius ecclesiastici concilij, quod & sententiæ, quam tam disertè catholicam Ecclesiam semper tenuisse ueracissimus doctor & amantissimus Ecclesiæ Augustinus asserit: certè si hoc duntaxat considerasset Lutherus, non antiquum illum Manichæi, deinde Abilardi, Vuyclesi resuscitasset iam diu sepultum errorem, negantem liberum arbitrium: si hoc aduerteret Calvinus, & reliqui Lutheri discipuli non tot tragœdias excitarent, non Patres omnes reijcerent, quia liberum arbitrium consentiret, & Augustinum cæteris contrarium esse assererent: quasi illud ipse neget: cum ipse manifestissimè teltetur, se rectam & antiquitus fundatam catholicam fidem contra Pelagianos defendere. Denique si circa causam gratiæ, & æternæ prædestinationis tam difficilem certè, & arduam similiter modestè studiosus Patrum sensum inquirat, legatque Augustinum, illam duobus præcipuè libris de prædestinatione sanctorum & de bona perseverantia ad Prosperum, & Hilarium non solum asserentem ex nulla præscientia meritorum esse, cum iam senex, & emeritus esset: sed etiam Patrum antiquorum doctrinæ id consonum esse disertissimè asserentem, & iterum ita testantem, hoc scio neminem contra istam prædestinationem, quam secundum scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. Et denique concludentem, Nimis igitur contentio est, & prædestinationi contradicere, uel de prædestinatione dubitare. Nonne prudentissimè etiam huic iudicio Augu

Cap. 16. Tres gradus modestiæ necessarij ut iudicio circa res difficiles & dubias scripturæ.

Epist. 106. ad Bonificum Paulinum.

Lib. 4. contra 2 epist. Pelagij cap. 8.

Lib. de prædestinatione d. sancti cap. 14. Lib. de bona perse. ca. 19. eodem lib. cap. 21.

fini se subijciat etiam contra suum proprium, cogitans quam meritò credere debeat August. tantæ sanctitatis, ingenij, & ueritatis amatori ardentissimo, studiosissimoq; Scripturæ sacræ, melius hoc fuisse reuelatum, & perspectum quam sibi, quantumcumque ille sit: maximè cum alios patres obiter tantum, & non editis libris, nec agnito errore Pelagij id tractarint, & ita locuti fuerint, ut Augustinus non dubitauerit illos hoc eam riam distincturos, si contigisset in ea quæstione uersari: quòd alijs manifestè eorum sententijs conuenit. Vnam igitur multi etiam catholicorū nostri seculi hoc cogitassent, certe profuisset in hac causa magis Ecclesiæ Augustini labores & pietatem ostendisse, atque elucidasse, quam nouas sententias inauditas in Ecclesiā, & nihil aliud quam argutiæ humanæ, sed non solidæ speciem præ se ferentes inuehere, obscurato, quod in ipsis est, Augustinò. Viderint illi, qua modestia, & qua præparatione animi ad suscipiendum correctionem doctorum ea afferant. certè & Pighium in postremis præcipue libris de libero arbitrio, & gratia: & Catherinum duobus libris de prædestinatione, in hac parte quamplurimum, ut modeste dicam, deliquisse ipsi seipsos ostendunt, dum Augustinum reijciunt, & nihil nisi noua docent: Catherinus maximè. Ecce igitur in hac causa utriusque rei exempla, modestiæ & immodestiæ: prudentiæ, & temeritatis. Similiter q; hoc aptius fiat, sunt multa alia hoc tempore, in quibus plurimum quietis & toti Ecclesiæ, & multorum conscientijs allatum esset, si hanc tantum modestiam cogitassent utriusque partis doctorum: ut de dissolutione uinculi matrimonij per adulterium, & facultatem contrahendi cum altero marito adulteræ, in qua quæstione etsi apud antiquiores nonnulla uideatur obscuritas, atque diuersitas, quia tamen libri Augustini de adulterinis coniugijs ad Polentium rem hanc tam solidis scripturarum testimonijs absoluunt, quibus accedit & Mileuitani concilij, & Innocentij primidifertissima definitio, certum est id sufficere, ut siue contra proprium iudicium, siue iuxta illud modestus quisque in ea requiescat. Quod si cogitasset Erasmus, non mouisset, quod postea Lutherus, & sui etiam contentiosissimè, & schismaticè urgent. Similiter de quibusdam libris canonicis, de quibus quandoq; dubia aliqua erant, nonne conciliorum sequentium, in quibus res ea diligenter discussa est, & inuenta auctori- tas studiose cuiuslibet doctori sufficere debet: ut quiescat, nec ulterius in ecclesiā, uel de libro Sapientiæ, & Ecclesiastici: Tobix, & Iudith, & Machabæorum in ueteri Testamento: & Apocalypsis, Epistolæ Iacobi, & quorundam aliorum, quæstiones moueat: maximè cum quòd ad dogmata attinet, nihil

in eis est, quod non eiusdem Ecclesiæ qua omnes libri canonici recepti sunt, auctoritate confirmetur. Ad hoc pertinent & multa, quæ si uel aliquando, uel à quibusdam in dubium uocata sunt, uel circa translationes diuersas scripturæ, uel sensus etiam sequentium temporum consensu reiecta omni ambiguitate suscepta sunt. Augustinus certè sententiam illam Cypriani, & sui concilij non dubitat tota Ecclesiā iam suo tempore contrarium sentiente errorem dicere: imò credit concilio aliquo generali definitum fuisse, quòd tota Ecclesiā unanimi consensu sequebatur. In quo Cypriani errore, ut Augustinus ostendit, habemus etiam magnum exemplum modestiæ in asserenda propria sententiā: de quo postea pluribus. Nunc satis ostensum putamus quantum sit tutius in multis non iudicare, nec definire aliter, aut aliud quam quòd expediat nobis non iudicare: imò contra proprium iudicium alienam sententiam sequi: atque ita quanti sit periculi illa Brentij sententiā, quæ iubet, ut omnes in re æternæ salutis iudicent. Igitur claudamus hoc uerbis illis & sano consilio sapientis in Ecclesiasti- co: ubi ad audiendos sequendosque doctiores, maximèq; antiquos, diligentissimè exhortatur recentiores. Si inclinaueris aurem tuam, inquit, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris, in multitudine presbyterorum, siue senum prudentium ita: & sapientiæ illorum ex corde coniungere: ut omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugient à te, non iubet hinc ut de senum prudentia iudicemus: sed illis, inquit, coniungere, & si uideris, ait, senarum, euigila ad eum & gradus ostiorum eius exerat pes tuus.

Sed quod sequitur, & cuncta quæ moueri possunt dubia, circa hoc dissoluit, & confirmat, quæ nos à principio proposuimus. Sic enim inquit, Cogitatum tuum habe in præceptis Dei & in mandatis illius assiduus esto: & ipse dabit tibi eor, & concupiscentiā sapientiæ, hoc est, quam concupiscit sapientiā, dabitur tibi. Dicat itaque Brentius: Quid igitur si aliorum licet inherere sententiæ, siue proprio iudicio, cur magis huic, quam illi, cum diuersa inueniuntur circa eandem rem. Sequantur igitur, dicit ille nostra qui uolunt: sed Sapiens inquit, In multitudine presbyterorum sapientium ita. Non quorumlibet licet sequi sententiā: non sunt quilibet fide digni testes, & quòd sine iniuria ullius dici potest, probatissimi illi senes, de quibus diximus, & antiqui Patres, imò & eorum quilibet alijs non contradicentibus in his, quæ affirmat ad salutem æternam pertinentiā fide dignior est testis: cui tutius inherere possimus, quam ullus aut multi etiam uiuentium doctorum, sed nos multitudinem & consensum

Lib. 3. de baptismo cōtra Donatist. ca. 10.

Lib. 2. de bapt. p. contra Donatist. ca. 2.

Eccles. 6.

Cap. 18. Ex uerbis Sapientis ostenditur uia tutissima agnoscendæ ueritatis, & discernendæ ab errore, maximè simplicibus. & idiotis.

sum sapientium presbyterorum iuxta con-
 filium Ecclesiastici sequendum dicimus, si-
 ue cum plures aperte consentiunt, siue eum
 uno aliquid referente alij non contradi-
 cunt? Sed instat Brentius: Paulus clamat
 etiam, Si Angelus de coelo aliter euan-
 gelizauerit, anathema sit. Ergo non senten-
 tia hominum: sed sacra Scriptura diuini-
 tus confirmata sequenda est nobis: ad il-
 lam ergo exigenda est omnis doctrina ab
 omni eo, qui credere tenetur: quomodo a-
 liter discerni spiritus, quod Ioannes iubet,
 falsi prophetae uitari, quod Christus prae-
 cipit, possunt, nisi consulatur scriptura? quo-
 modo non se exponit periculo, qui uarias
 uidens sententias non prius examinata scri-
 ptura alteram sequitur. Itaque iuxta hoc
 oportebit omnes Scripturae sacrae, relictis a-
 lijs omnibus, totis uiribus uacare: nulliq; sa-
 lus erit extra hae studia. Respondet igitur
 Sapiens unico uerbo: Cogitatum tuum ha-
 be in praeceptis Dei, & ipse dabit tibi cor,
 hoc est, studium quidem exigit a nobis De-
 us: sed studium illi placendi, uoluntatemq;
 eius agnoscendi. In his, inquit, assiduus es-
 to, hae sint studia tua: his enim studijs ti-
 moris Dei, & impletionis praeceptorum e-
 ius, quae manifesta sunt, & certa: de quibus
 nulla est controuersia charitatis Dei, & pro-
 ximi, purgatur animus, promeremurq; a
 Deo, ut detur nobis intelligentia, non per-
 mittamur errare. Non enim ingenio no-
 stro, neque ulla certe quantumuis attenta,
 quantumuis frequenti, & multa lectione
 scripturae ueritas eorum, quae ad salutem
 pertinent, agnosci potest: nisi magna cum
 humilitate, compunctione atque puritate
 cordis fiat. Igitur prius his studendum: si-
 ne illis enim frustra omnis alia eruditio.
 hae autem quomodo in eis sunt, qui sen-
 sum suum praeferunt Patribus? quae in eis
 humilitas? quomodo uero, qui cognito Pa-
 trum sensu uult adhuc iudicare, non prae-
 fert sensum suum illis? igitur & doctoribus
 ipsis, quibus in primis summa humilitate
 opus est, hoc dicit Sapiens, In mandatis Dei
 cogitatum habe. Lege scripturam, & dili-
 genter euolue, & obserua, quod ad eruditio-
 nem & intellectum eius attinet: sed prius di-
 uina mandata obserua: inter quae quantum est
 illud, Discite a me, quia mitis sum & humi-
 lis corde: Et, Nisi efficiamini sicut paruuli,
 non intrabitis in regnum caelorum: Hae est
 prima regula adeundi sacrae scripturae sen-
 sum: si hoc studiū desit, quo impetratur sa-
 pientia, frustra omne aliud adhibetur. Con-
 tra uero, si hoc solum fuerit colendae humi-
 litatis, timorisq; diuini, & quae statim sequi-
 tur cordis compunctio, & oratio etiam sine
 ulla lectione, non deerit diuinum lumen:
 quid enim aliud est illud Christi uerbum,
 Abscondisti hae a sapientibus & prudenti-
 bus, & reuelasti ea paruulis: quam quod ma-

nifeste docemur, ab omnibus quidem exi-
 gi humilitatis studium, non uero scripturae
 & lectionis sacrae? Si humilis fueris, non de-
 erit sapientia etiam sine lectione: si autem
 hae defuerit, quod maior lectio & eruditio,
 eo maius periculum. Dicat igitur Sapiens
 etiam simplicioribus, & idiotis: consoletur
 eos: Cogitatum tuum habe in praeceptis al-
 tissimi, in illis esto assiduus. Non tibi impe-
 nitur scripturae sacrae lectio, non difficili-
 um locorum collatio: sed hoc tantum age,
 ut cura tua circa mandata illa Dei manife-
 stissima uerfetur: exerce affectum tuum ad
 Dei amore: apertissima illius beneficia sum-
 ma, & incomprehensibilia humili corde
 cogita: & dabitur, inquit, tibi desiderata sa-
 pientia: hoc est Christianis omnibus com-
 mune studium, certissimum tutissimum,
 & quietissimum. Ex pio affectu scientia pu-
 rior & clarior, quam ex ullo intellectu acu-
 mine est, & manat intelligentia diuinarum
 rerum, & discretio spiritus erroris a spiritu
 ueritatis. Hoc est enim, quod Ioannes Apo-
 stolus promittit, Unctio, inquit, eius do-
 cet de omnibus, & propterea admonet, &
 uos inquit unctioem, quam accepistis a
 Deo, maneat in uobis, & non necesse habetis,
 ut aliquis doceat uos. Igitur Brenti non
 euoluendis libris, non audiendis argutijs
 hominum, non dijudicandis & interpretan-
 dis uerbis scripturae, ut iudicium proprium
 formari possit, probantur spiritus, & euita-
 tur falsi prophetae, sicut tu putas, maxime a
 simplicioribus, & idiotis, quorum non par-
 ua est in Ecclesia multitudo. Puritate igitur
 cordis, & humilitate fit, ut a Spiritu sancto
 doceantur, quos ille inhabitat donis scien-
 tia, intellectus, sapientiae, atq; consilij. Agit
 Spiritus sanctus, ut iudicemus, agnoscamus
 que quid nobis sequendum sit circa religio-
 nem: fit, inquam, quod Christus Dominus
 inquit, Oues meae uocem meam audiunt, &
 non nouerunt uocem alienorum. Multo certe cer-
 tius, multo efficacius corda pura, & humilia
 magisterio S. sancti, & quadam rerum diuinarum
 assimilatione, praegustationeq; iudicant, &
 discernunt quid ab alieno, quid a Spiritu san-
 cto fit, quam ulla doctrina, ulla lectione in-
 telligi potest. Nonne experientia docet, quam
 familiaritas & amicitia operetur ad ag-
 noscendum sensum, ingenium deniq; quid
 gratum, quidue ingratum amico fit, ita, ut
 qui alteri familiaris est, & literas, & quid-
 quid aliud eius, facile discernit absens: pro-
 nunciatq; hoc alienum est ab ingenio, & a
 sensu amici. Deus uero familiarior se ex-
 hibet amicis, & transfert eos in quandam
 suae naturae similitudinem, quibus sermo
 Dei factus est, inquit Christus, dixit propheta,
 Dij estis, & filij excelsi omnes. Hae igitur
 consuetudo, & conuictus diuinus efficit ue-
 re doctos, & implet illud, prout in hoc secu-
 lo impleri potest: Ponam omnes filios tuos
 doctos

doctos à Domino. Si Deus, inquit Christus Judæis, Pater uester esset, diligeretis me. ego enim ex Deo processi: quare loquelam meam non cognoscitis? Vides, ut connaturalitate quadam, & similitudine cognoscuntur diuina. Hoc igitur uerum est studium, quod à nobis exigitur prius quidem quam ullum aliud. Post hoc uero lectio scripturæ sacræ, & inuestigatio sensus eius non omnibus, sed paucioribus certè necessaria est. Satis itaque hæc sunt ad auferenda ab infirmis pericula, & scandala, & imponendam necessariam omnibus modestiam: cum contraria his omnibus habeat illa Brentij sententia.

Sed quo apertiora fiant respondendum est disertè rationibus eius: quæ sanè omnes si attentè considerentur, non aliud ostendunt, quam necessariū esse omnibus in rebus fidei, & religionis suscipiendis studiū & sollicitudinem: ne tenuerè, & facile, sed magna cum maturitate, & grauitate in eis quicquam constituamus. Illud enim certissimū est uicium dari maximè in grauissimis rebus credulitatem, sicut etiam illud constat, credere his, quæ scire nō possumus, uirtutis esse fidei: modò fide dignis testimonijs & auctoritate id fiat. Itaque sicut in altero extremo uitij incredulitas est, quam sacræ literæ frequētissimè reprehendunt: qui incredulus est Filio, ait Ioannes, non uidebit uitam: sed ira Dei manet super illum: ita etiam nimia credulitas superstitio est, & in altero extremo etiam uitium: contra quod præmunit Thessalonicenses Paulus. Rogamini nostri Iesu Christi, ut non citò moueamini à uestro sensu, nec terreamini, neque per spiritum, nec per sermonem, nec per epistolam, tanquam per nos missam. Inter hæc duo extrema fides est, non leuiter credens, non facile, non sine consilio: sed in primis Spiritus sancti magisterio gubernata: à quo certū est nihil leuiter, & sine digna maturitate esse. Sed ex eo studio & maturitate iudicij, quæ ad fidem exiguntur, lectione scripturæ sacræ, iudiciumque circa eius sensus obscuros inferre & imponere omnibus, longè est alienum, ut modeste dicamus, & à ratione dialectices, & à sinceritate fidei. Inquit Paulus: Si Angelus de cælo aliter euangelizauerit, anathema sit: ex hoc infert Brentius, ergo omnis doctrina, exigenda est, ad Apostolicam prædicationem, & quidem ab oibus, quia omnes ad id, quod Paulus iubet, tenentur. Huic ratiocinationi nos respondemus: Primò quidem multa esse manifestè, & præter dubitationem omnem contraria ueritati fidei: hæc sine ullo studio reiicienda sunt ab omnibus: uerbi gratia, ut Ioannes inquit, Quis est mendax, nisi qui negat, quoniã Iesus est Christus: & iterum, Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne uo-

nisse ex Deo est: omnis spūs, q̄ soluit Iesum, ex Deo non est. Igitur si Angelus de cælo eōtra manifesta iam, & præter omnem dubitationem suscepta euangelizauerit, si ipse Paulus, anathema habendus est ab omnibus: id quod non ex alio studio scripturæ: sed ex ipsa certissima fide. Sunt uero alia dubia aut in sese, sine omnibus, quæ scilicet nondum explicata sunt: uel certè sunt dubia uni aut alteri, ad quos non peruenit explicatio. In his dubijs non dubitamus Spiritum sanctum tranquillitatis, & modestiæ spiritum persuasurum infirmioribus & indoctoribus, qui ei se exhibent discipulos, ut suspendant iudicium, & expectent plenitū doceri: sed & doctoribus ipsis, ad quos id pertinet persuasurum, si eius magisterio indigni non sint, ut debita maturitate p̄satis omnibus, id quod iudicauerint, tentant: sed ea modestia, ut parati sint corrigi à doctioribus, & denique, ut siue propriū iudicium habeant, siue non expectent uniuersalis Ecclesiæ iudicium: quod ostenditur, cum uel in plenario concilio res definitur, uel in unum sensum omnes Ecclesiæ confluunt. Itaque indocti non bene consulunt sibi iudicium in rebus dubijs usurpantes: sed omnes docti & indocti multò prudentius sibi prospiciunt, cum expectant iudicium Ecclesiæ siue aliquid iudicantes siue non: in qua re plurimum nos admonet exemplum Cypriani, de quo beatus Augustinus multa in ædificatione modestiæ Christianæ loquitur in libris de baptismo contra Donatistas laudat, & miratur uerba illa Cypriani in concilio. Superest, ut de hac re quid singuli sentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communi aliquem, si diuersum senserit, amouentes, sed quod postea permisi sunt errare (inquit idem Augustinus) ostēdit nobis, quod Dei consilio plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens, & humilis charitas, cuius fructus maior esse comprobetur, fiat manifesta, atque appareat: quo unitatem teneant, cum in rebus obscurioribus diuersa sentiant, & accipiant ueritatem, cum contra id, quod sentiebant, declaratum esse cognoscunt. Denique & ostēditur eodem exemplo, quod hoc etiam facit sanitas pacis, ut cum diutius aliqua obscuriora quaruntur, & propter inueniendi difficultatem diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad uerum liquidū perueniatur, uinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile uulnus erroris. Igitur ex his satis ostenditur in dubijs, & controuersijs fidei, quale debeat esse primum studiū: certè non illud, quod Brentius omnibus imponit, euoluendi scripturas: sensus earum inquirendi: sed oradi potius, & ut inquit Augustinus, omni intentione, uotisque omnibus, gemitibus denique, & si fieri potest fletibus, Deum deprecandi, ut

Cap. 19.
Respondetur
rationibus
Brentij, qui
bus conatur
frustrà ostē-
dere: nullū
religione al-
terius sentē-
tiā sequi de-
bere sine
proprio iu-
dicio.

Ioan. 3.

2. Thessa. 2.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 4.

Lib. 2 de
bapt. contra
Donat. ca. 2.

Eodem lib.
cap. 5.

Eodem lib.
cap. 4.

Lib. de util.
credendi
cap. 15.

nos ab errore liberet: quæ nobis sint dicta propter uerbum illud Pauli, Si Angelus de cælo, &c. quod ostensum est, non omnes astringere, ut Brentius uult, ad examinanda & conferenda omnia ad Scripturam facram. Similiter & illud Ioannis de probandis spiritibus dicimus intelligendum esse eodem modo: probantur spiritus maximè, & certissimè interno Spiritus sancti dono, & spirituali quodam gustu: & hoc quidem frequentissimè meliùs, & certius ab idiotis & simpliciorib. quàm ab alijs probantur: & per scripturam à doctoribus, ab Ecclesia, & Concilio: his omnibus loquitur Ioannes, ut scilicet in probandis spiritibus non omnes omnia agant, sed quilibet iuxta captum suum & gradum.

Cap. 26. Lo-
cus Euange-
lij: attendite à
falsis propheta-
tis, explica-
tur, & quali-
ter ex fructi-
bus discernè-
di sint osten-
ditur.

Denique & quod ex Euangelio citat, Attendite à falsis prophetis, si rectè consideretur, nostra confirmat. Nam uide, rogo quòd non ad lectionem scripturæ mittit Christus, ut caueantur falsi propheta: sed inquit, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: ergo ad manifestissima, & certissima mittit nos, ad fructus, hoc est ad opera, & ipsorum certè, & doctrinæ suæ. Et quamuis reuera nullus tam certus, & proprius sit fructus uirtutis, etiam si illos, quos Paulus enumerat, charitas, gaudium, pax, longanimitas, &c. Cogitemus qui, ut Augustinus inquit, non habeat imaginem quandam in malis, & deceptoribus hominibus: illud tamen primò constat, his uerbis non tantum præcepisse Christum, ut ex fructibus agnoscerentur, atq; ita uidentur falsi propheta: sed etiam hoc præcepto subindicasse satis manifestè se non defuturum in hac parte fidelibus suis, qui dixit, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: nouit quanti, qualesq; futuri erant deceptorij, & subdoli propheta: & præuidit, ordinatè in quos fines eos esset permissurus: nec dubitandum est in potestate sua profectus, initia, & fines eorum habere. Ad se itaque ostendit hoc pertinere, ut non permitteret eos diu latere, sed ita agat, ut effi uel inceperint, uel paulatim progressi fuerint in pelle illa ouina, breui tamè lupinum animum manifestent, ita ut latere non possint, nisi eos tantum, quos in reprobum sensum sua tradiderint peccata. Incipiunt quidem hæretici specie quadam zeli purioris doctrine, & reformationis Ecclesiæ: præ se ferunt mox in principio mäsuetudinem, humilitatem: sed non diu unquam in Ecclesia hæretici permanserunt: quin arrogantiam intolerabilem, & proprijs sensus tantum amorem, ut neq; sustinere quidem potuerint, respondentem eis aliquem: quin mox ad conuitia, ad male dicentias, ad apertissima, manifestissimaq; opera Sathanæ confugerint: & quid hæc aliud sunt, quàm manifestissimi fructus, quibus quidem habentes simplicem oculum, ut Augustinus inquit, hoc est, quos Spiritus

sanctus illustrat, discernunt hos falsos prophetas à ueris: qui uerò deserti luce ueritatis ob sua non dubium peccata hæc non uident, redduntur inexcusabiles. Omittamus nunc occulta Dei iudicia, & ignorantias multas, de quibus uix possumus iudicare: & sequenti loco plura dicemus: nunc iuxta rationem, qua Ecclesiam suam Deus gubernat omnino credimus, quòd nullus in Ecclesia Christi sequutus unquam est, aut sequitur falsos prophetas extra unionem Ecclesiæ, qui non in iudicio Dei apertissimis operum testimonijs, & fructibus doctorum suorum sit conuincendus: ubi nulla uerba quicquam proderunt, sed res manifestissima erunt. Denique aut his operibus proprijs, aut maiestate miraculorum, ut Augustinus inquit, uel conciliorum grauitate, uel etiam plebis ipsius iudicio Deus detexit hæreticos, ut nunquam diu fallere potuerint, nisi uolentes decipi. Non est hoc opus multis ostendere: Arium Nicæna Synodus detexit omnibus, sed quoniam nec post illam deerant, qui amantes tenebras eum sequerentur, nonne miraculo illo inopinatè, & improuisè mortis, sed dignissimè suo errori Deus ita illum ostendit, ut, si eut Socrates in Ecclesiastica historia inquit, Transeuntes omnes iuxta publicum illum secessum locum digito eum notarent, memores detestabilis interitus Arii. Non est opus, de alijs referre, nec de Luthero ipso multa dicere: cuius fructibus summæ arrogantia, contumeliarum, & contemptus omnis superioritatis, quàm à Deo Paulus ordinatam dicit, certè tam plena sunt scripta eius, plena inquam inhumani cuiusdam, & Luciferiani spiritus, & commercium quoddam habentis cum Sathana: ut non dubitem pude re Brentium discipulum eius se dicere. Fructus uerò doctrinæ eius multò manifestiores sunt. In primis enim protulit grauissimam illam seditionem Germanicè, non aliunde conceptam, quàm quòd Euangelium illud suum simplicis plebis, & rusticorum animos ad contemptum Ecclesiarum ministrorum, ministeriorum, atq; sacramentorum, deniq; & superioritatis omnis animauit. Extinctum fuit hoc malum: sed quot deinceps rebelliones, quanta inobedientia subditorum, quanta licentia audendi omnia, quanta impunitas, & sub libertatis Christianæ specie, quanta totius Christianæ disciplinæ profligatio, quanta denique opinionum, & sententiarum circa religionem diuersitas sequuta sit, non est opus referre: res ipsa clamat: uita: morsq; Lutheri satis ostendunt, quàm dignus fuerit ille, quem sequantur graues, atq; prudentes. Negabunt forsan se sequi Lutherum: sed ueritatem potius, atq; scripturam: At illud negare non possunt, scripturam se sequi: sed ut à Luthero exposita est, in quàm plurimis rebus ad salutem,

Lib. 3. hist.
tri. cap. 10.

salutem, & fidem pertinentibus: & quas ipsi necessaria fide tenendas prædicant. Sequuntur scripturam, sed interprete, & duce Luthe- ro, & quod nec negare possunt, in multis cõtra liquidissimam patrum doctrinã, Augu- scilicet Hieronymi, Basilij, & similium: imò contra sensum totius Ecclesię q̄ plurimis an- nis obseruatũ, & prædicatum, uelint, nolint coguntur agnoscere, Lutherò docente, se fir- missimè credere, & constanter prædicare. Isti sunt fructus manifesti satis: sed his quo- rum Deus illuminauerit corda. Verũm q̄ non deest qd̄ respondeant, relinquamus Dei iudicio, nũc nobis satis sit ostẽdisse, Christũ ad cauendos falsos, pphetas, discernendosq; à ueris, fructus considerandos docuisse: hoc est, opera & effectus manifestissimos, ad q̄s agnoscendos non magna scripturę eruditio ne opus est, aut lectiõne. Hoc agimus: non mittit Christus oēs fideles ad scripturam le- gendam, ad inuestigandos difficiles, & ob- scuros sensus eius: nouit se diuina bonitas captui infirmorũ, & paruulorũ coaptare: no- nit lac præbere paruulis. Solidum ergo scri- pturę sacrę cibum doctioribus & prouectio- ribus, dubium nõ est, prouisum esse à Deo: doctioribus & perfectioribus propria est scri- pturę lectiõ. Timotheo suo Paulus præcipit, attende lectiõni, doctrinã insta, in illis, & in- eo ceteris sui ordinis idem ostendit: at ue- rò, omnibus fidelibus lectiõnem scripturę imponi, non lego: sed potiũs eidem præci- pi, ut in doctrina assiduus sit: prædica inqt, uerbum, insta oportunè & importunè, ar- gue, obsecra, increpa, &c. & eidem inquit: So- licitè cura te ipsum exhibere probabilè Deo operarium inconculabilem, rectè tractantè uerbum ueritatis: tractantem inquit, siue ut propriũ dicamus secantem, & diuidentem, quo uerbo manifestè industria Ecclesiastici doctoris significatur in secando quodam- modo & diuidendo pro captu auditorum Dei uerbum: cuius integri & in sua illa soli- ditate & magnitudine scripturę, non oēs, imò paucissimi digni sunt, & capaces: ideo diuidendum est eis: magis igitur plebi & multitudini expedit accepta uerbi Dei ali- menta à doctõribus sumere, quàm ut ipsi p se sibi habeant. Sunt serui, quos constituit Dominus super familiã suam, ut dentillis in tempore tritici mensuram: hos oportet fideles, & sapientes esse, ut & uelint, & noue- rint, p mensuram diuidere cuiq;. Ergo ad hos magis, & captum agnoscere plebis, & ex af- fluentissimis illis scripturę horreis depromere mensuram conuenientem pertinet: non uerò ad omnes sibi accipere. Hunc nos credimus ordinem in Ecclesia Dei constitu- tum seruandũ esse populo iuxta illam my- sticam legis admonitiõnem: Contestare po- pulo, ne transgrediantur terminos suos, & pereat ex eis maxima multitudo. Quod, ut uerũ fateamur, timemus id iam q̄ pluri-

mis contigisse: atq; utinam illorum expe- rientia deterreret uel iam nũc ab hac teme- ritate reliqs oēs. Negare non possumus nos uehementer credere lectiõnẽ scripturę iam passim omnibus permissam plurimũ attu- lisse incommodi, & quã plurimos ex illa grauissima hac errorum peste perijsse: atq; utinam esset iam finis. Clamabunt scio aduersus hæc quã plurimi, etiam catholi- ci & pij: cur scilicet à lectiõne scripturę ana- iorem Christianorum partem arceam: cur quod ad salutem omnium dispensatum est, à Spiritu sancto nõ permittimus omnibus: cũ maximè grauissimi patres ad lectiõnẽ scripturę exhortentur omnes. Cerrè Hiero- nymus & uidas, & uirgines, & omniũ sta- tum fœminas ad lectiõnem scripturę ex- hortatur. Augustinus etiam, ut in epistolis uidere est, omnibus hoc inculcat etiã nobili- bus, rebusq; huius seculi implicitis. Non de- sunt propterea, qui & trãslationes scripturę in uulgares linguas oēs cupiant fieri: ut nul- lus non particeps esse possit uerborum Dei, in quibus & uita, salutẽq; animarum, uerãq; diuinitẽ cœlestes sunt. Verũm de his uiderint alij, ad quos pertinet statuere. Nos hoc loco ingenuè nostram sententiam non abscondi- mus, in qua aliud est, qd̄ certò aduersus hæ- reticos dicimus: aliud quod probandum, & examinandum catholicis proponimus: aduersus illos apertè dicimus grauissimam esse tentationem, & graue periculum impo- nere omnibus scripturę sacrę scientiam: et iudicium circa dubia, & controuersias. Post hæc uerò illud etiam asserimus, quod negari non potest, curiositatẽ in lectiõne scriptu- ræ, hoc est, cognitionem inuestigare earum rerum, quæ ingenium, & captum excedunt, periculosam esse tentationem, in ea uerò q̄- plurima esse supra uires plebis & simpliciũ etiam certissimum est: quare totam omni- bus committere primò necessarium non est, quandoquidem ab omnibus capi non potest. Deinde periculosum est, & cauendũ: nec enim, quod satis superiũs osten- sum est, simplices & infirmi norunt aut pos- sunt suas uires in hac re metiri: & sanè supra illas aliquid aggredi in hac parte, occasiõnẽ præbet erroris: quare non possumus proba- re, ut omnib; passim copia totius scripturę sacrę fiat, ut integri libri, aut utriusq; aut al- terius testamenti passim, & sine ullo delectu in oēs linguas translati omnibus permittan- tur: quia ab omnibus certè sine periculo le- gi non possunt. Cũ igitur quidam pericli- tentur ex horum lectiõne in ecclesia, quæ infirmis maximè consulit, & propter illos nonnunquam fortiores, & ualentiores tenet: Nõne satius est his, qui capaces sunt, auferri aliquid ex eorum lectiõne, quod nõ est ad salutem necessarium, quàm ut exem- plo illorum alij excitentur ad periculosa, & nociua studia. Igitur hoc potiũs docto-

Cap. 22.

A quibus est
quam mode-
ste scripturã
sacra uelut
legenda.Cap. 21.
Scripturę
lectiõnem
non omnibus
necessariã,
nec expedire
simpliciori-
bus.

1. Timoth. 4.

2. Timoth. 4.

2. Timoth. 2.

Lib. de util.
cred. cap. 10.

rum erit, cuique iudicare terminum, quem tenere debeat: aliorum uero illos sequi. Est, inquit Aug. prudentissimè quidem qui excitandus est: est qui reprimendus, ut nec ille desperatione frangat, nec iste precipitetur audacia: quod facile fit, si etiam hi, qui ualent uolare ne cui sit periculo inuitamentum, paulisper cogantur incedere, qua etiam ceteris tutum est. In legenda itaque scriptura admonuerim ego, ut quisque diligenter exploret & animum suum, & fructum: an curiositate, uel uero Dei timore, pietateque ducatur: an iam legens sentiat in se excitari pietatem, humilitatem, amorem uero proprium ceterosque prauos affectus minui, uel econtra augeri, aut innasci dubia quaedam circa ea, quae recepta sunt ab ecclesia, aut contemptum, aut despectionem simplicium, atque earum rerum, quae in ecclesia minus sapiunt eruditionem, & eloquentiam. haec attentè in primis consideranda esse credimus ab his, qui salutis suae curam habent atque cum timoratis, & prudentibus conferenda, & sic aut cessandum, aut procedendum in scripturae lectione. Illud certissimum est, sequendum esse quod promouet humilem sui sensum, & mentis erga Dei pietatem, feruorem, magis quam quod eruditionem, & sapientiam: imò haec etiam fugienda cum contradicunt alijs. De scripturae igitur sacrae lectione haec nobis sint dicta eis, qui possunt eam in lingua, in qua uel primo scripta est, uel postea suscepta ab ecclesia, Hebraea scilicet, Graeca, & Latina legere. Ceterum quod ad translationes scripturae in diuersas, & omnes linguas uulgares, ut scilicet ab omnibus legi possit, attinet, diuersae sunt catholicorum & piorum sententiae, & nos dignam credimus hanc rem, quae generalis concilij auctoritate tractetur, atque uti nam nos tantopere precurrissemus multum hoc agere, seruitum est in translationibus uulgarium linguarum, quas iam praemanibus omnes passim habent, pietati quorundam, sed plurimum certe curiositati: & res ipsa aperte docuit, non esse omnium scripturam legere, & illud etiam patuit, in quot morbos incidant infirmi, cum cibos robustorum audius sumunt, quam temperantiis. Id certum est, nullos in hac re diligentiores fuisse, quam haereticos: alij transfulerunt, alij exegerunt, & audissimè quidem, & frequentissimè legunt: sed quo fructu? persuadent sibi forte non minimo. Vnum ego manifestissimum uideo, facti sunt censores omnium, & contemptores quam plurimum, & quod manifestissimum est in haereticis omnibus, irrisores totius simplicitatis Ecclesiae, & omnium illarum rerum, quibus aut quali lacte nutrit illa paruulos, aut certe, quae permittit accessu aetatis sine difficultate amputanda, quae paruulis sine turbatione maxima amputari non possint. Certum est utriusque horum generis multa esse in Ecclesia: ritus, & caeremoniae Sacra-

Cap. 23. De
transferenda
scriptura in
uulgares lin-
guas, uel no:
& an expe-
diat comune
esse uulgo
idiotis, attin-
guntur qua-
dam obiter.

mentorum lac sunt necessarium paruulis: sed quod a quibusdam in eis forte exceditur, quod nimium his intenti delectantur eis, non affurgunt ad alia, condonat Ecclesia infirmitati. haec omnia quid aliud haeretici faciunt, quam contemnere? Proinde satis ostenditur, dulcedine hac lectionis scripturae inflatos esse: quare praestitisset eis non legisse: non quod hoc malum a scriptura sit, sed a malitia & infirmitate nostra: sicut agritudines non a cibis, sed a uitio stomachi generantur. & hoc quidem commune est, & his qui Latine intelligunt: atque in ea lingua, iam ab Ecclesia recepta legere possunt scripturae: & his etiam, qui non nisi in uulgari lingua: sed horum est communius malum. Nec enim dubium est ingenia, quae magis culta sunt alijs disciplinis, edocapaciora esse sensu scripturarum, modo adsit humilitas, & timor Dei: rudiora uero ingenia, & impolita non possunt satis commode in literis illis sacris sine scandalo, sine errore etiam quandoque uersari propter obscuritatem quam & in metaphoris, & phrasibus sibi proprijs scripturae habet. Denique multa sunt, quae non minus obscura sunt legenti literas, quam non legenti: iuxta uerbum illud Esaiæ, Erunt uobis uisio omnium, sicut uerba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicent lege istum, respondebit non possum, signatus est enim, & dabitur liber nescienti literas, diciturque ei, lege: & respondebit, nescio literas: ubi aequales dicit scientes literas, & nescientes: imò prophetas, & principes minoribus. sed hoc in poenam dicit dari, propter grauius peccata: claudet, inquit, oculos uestros: prophetas & principes uestros, qui uident uisiones, operiet. hoc nonnunquam a Deo fit, idque ut eo loco ostenditur, maximè ob irreuerentiam, & temeritatem inuadendi scripturam sacram sine uero timore Dei: inquit enim statim propheta, Ed quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs glorificat me, cor autem eius longè est a me, & c. peribit sapientia a sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur. Quando uero magis haec timere possumus: quam cum passim uulgo scripturae lectio, permittitur. Sed ut hoc interim omitteremus, ex uerbis, quae apud Lucam in cena loquitur Christus, Quando misi uos sine sacculo & pera & c. & nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicam, & emat gladium; quid amplius intelliget idiota & simplex Christianus, cum in linguam uulgarem translata audierit, quam si omnino nihil intelligat: sicut ex illis, neminem per uiam salutaueritis: uel, omnis qui acceperit gladium, gladio peribit, sed haec forte sine errore aliquo audire poterit: at quanta sunt, quae iuxta superficiem literae errorem etiam gignent, quem postea mix post longam disputationem: imò nunquam

Esaiæ 29

Luc 22

quam satis auferre possis. Certè hæc sunt omnia illa, quæ de iustificacione fidei, sine operibus Paulus loquitur, & huiusmodi multa: ex quibus sicut hæretici dicunt, simpliciter acceptis, & sicut uerū est, peruersè detortis, in alienum sensum, quot millia paruulorū grauius erroribus iniererūt. Itaq; euulgatio scripturæ in omnes linguas Barbaras etiam, in expertesq; doctrinæ, ad iudiciū totius Ecclesiæ, quantum putamus, pertinet. Primò, quia res noua, & prior seculo quando & disciplina Ecclesiastica, & doctrinæ puritas, & pastorum uigilantia in Ecclesia uigebant, inaudita fuit apud Christianos: aut certè quàm rarissima: & nō uulgò, sed uni, aut alteri, & unius, aut alterius capitis, aut libri facta translatio. mille prioribus annis quando aliquid auditum fuit de transferenda scriptura in uulgarem linguā, tempore scilicet Augustini, Ambrosij, & illorum grauiusimorū patrum Latinorum? Quòd si dicitur tunc omnes Latine intellexisse: quod tractatus, & Homiliæ illorum ostendunt ad populos lingua Latina: & Græcorum etiā Græca. Vnde maximè probari putant, nunc etiam scripturam transferendam in omnes linguas, quibus populi Christiani loquuntur, & intelligunt: sicut tunc inquit cum omnes Græcè, aut Latine intelligerent, quia Græcè tantum, aut Hebraicè scripta erat, Latine translata est. Itaq; existimant & Apostolos, & patres illos primos illos linguis scripsisse, quæ omnibus populis notæ erant. Si ergo post illa tempora linguæ rursus ex uarijs mutationibus imperiorum deuastationum, & similibus casuum diuisæ sunt, & cōfusa, amplius & nec Græci, nec Latini populi, Græcam, & Latinam intelligunt linguam: licet non scriptura ipsa Dei linguis se coapta bit populorum, & condescendet huic inbruitati hominum, quorum saluti data est: ut scilicet prima illa intentio eorum per quos hæc literæ scriptæ sunt, seruetur: quæ hoc uoluit, ut omnibus communes essent illæ literæ. hanc sanè rationem, quòd magis confidero, magis uideor mihi iam contrariam sententiam fouere, si rectè omnia pensentur. Nam illud primū quod tam certò asseritur Græca, uel Latina lingua oēs locutos fuisse, easq; ab omnibus intellectas, primis Ecclesiæ temporibus contrarium est lectioni Actuum Apostolorum: quot nationes gentium Hierosolymis erāt in die pentecostes, Parthi, Medi, Elamitæ &c. & aiunt, quomodo nos audimus unusquisq; illos loquentes (quos scilicet Hebræos sciebant) linguam nostram, in qua nati sumus? nec scriptura opus est, in hac re noui Testamenti: ipsa diuisio linguarum mox post diluuium aperte in ueteri Testamento legitur facta in Babylone iuxta familias, & cognationes filiorum Noë, à quibus inquit scriptura diuisæ sunt gentes secundum linguas suas, quas diligen-

ter Augustinus colligens, & conferens septuaginta duas ostendit esse, & quamuis plures ille gētes, quàm linguas arbitretur esse, iam continua mutatione humanarum omnium rerum, aded multiplicatae sint linguæ, ut plures quàm nationes merito cogitari possint, cum multæ prouinciæ sint in quibus plures, atq; diuersæ sint linguæ. Nequaquam igitur uel Apostolorum, uel illorum patrum tempore nullas alias linguas credamus fuisse: sed duæ illæ, Græca, & Latina propter imperia notissima erant & per uniuersum orbem cognita, & quidem tunc à quàm plurimis multò magis quàm nunc: sed non certè ab omnibus. Hinc Irenæus, quod superius adnotauimus, Apostolos Barbaris dicit prædicasse, & ut ille inquit, quod ad sermonem attinet Barbari erant: sed auditum euangelium sapientes, habuerunt sine calamo, uel atramento & sine literis scriptam in cordibus fidem. Itaq; hoc fuit Apostolorum consilium, ut cum loquerentur omnium linguis: nō tamen scriberent, nisi una, gentium scilicet, qui tunc cæteras oēs nationes Barbaras reputabant: ut sicut Testamentum uetus Hebraicè tantum scriptum est, quia uni Hebræorum populo: sic nouum Græcè tantum, quæ lingua tunc gentibus omnibus cōmunior erat, qd intelligimus excepto euangelio Matthæi, qd Hebraicè magis ab antiquis omnibus scriptū creditur. Nonne ergo manifestè ostenderunt Apostoli data opera se noluisse in plures linguas scripta relinquere ea, quæ scribenda susceperant? Quod uerò postea in Latinam linguam utrumq; testamentum tandem translatum est, nonne credendū est, Spiritus sancti consilium fuisse? sic enim uidemus consultum esse omnibus, diuersarū linguarū populis: cum ubiq; adsunt, qui ex ea lingua in uulgares propriasq; explicare possent his, qui non intelligunt. Eadem deniq; ratione Barbaros etiam constat fuisse illorū patrū tempore inter Christianos, alijs linguis loquentes: quod satis in scriptis eorum ostenditur. Certè Augustinus nonnunquā mentionem facit diuersitatis huius: Punici inquit Christiani baptismum, salutem: eucharistiam, uitam uocant. Similia sunt apud alios, & res manifestissima est: & tamen non uidemus subisse patrum illorum animos memoriā transferendi in diuersas linguas scripturæ: alijs rationibus à principio Ecclesiæ consultum fuit infirmioribus, breui scilicet traditione præcipuorum mysteriorum fidei in simbolo, quod facile ab omnibus memoria teneri possit, & frequenter cogitari. Certè uel illud satis esse potest ad erigendos animos ad immensam naturæ diuinæ bonitatem, & perfectionem eiusq; erga nos beneficia cogitanda est decalogus, est dominica oratio: in his, ut Aug. inq; summa est totius religionis: in quibus si diligenter explicentur,

Lib. 16. de
Ciuil. Del
cap. 6.

Lib. 3. aduers
sus hæres. ca.
4.

Lib. 1. de pee
catorū merē
tis, & remis.
cap. 24.

In enchir. ad
Laurent.

ad. 2.

Genes. 11.
Ibid. 10.

Exod. 13.

plenissima est doctrina. His accedunt anni-
 uersariae festiuitates, in quibus & historiae
 euangelicae, & mysteriorum redemptionis
 nostrae memoria, per singulos annos reno-
 uatur, & praecipua uiuendi traduntur. haec
 est doctrina simplicium, & populorum: in
 his magni, & paruuli audiunt, & quodam-
 modo legunt, & inspicunt oculis quae satis
 sunt ad salutem. hac ratione & in lege ueteri e-
 ruditos esse oēs, atque docere filios suos praeco-
 perat Deus: Memetote, inquit, per Moysen diei
 huius, in quo egressi estis de Aegypto: & cum
 de celebrando per singulos annos festo illo
 dixisset, Narrabis, inquit, filio tuo in illa die,
 hoc est, quod fecit mihi Dominus, quando egres-
 sus sum de Aegypto, & erit, inquit, quasi si-
 gnum in manu tua, & quasi monumentum
 ante oculos tuos, ut lex Domini semper sit
 in ore tuo. haec reuera, & aptissima simplici-
 bus doctrina, quam in Ecclesia audiunt, &
 accipiunt, etiam nullo praedicante, aut do-
 cente: non quod hoc etiam non diligentissi-
 me curandum sit: ut uiua uoce, atque doctri-
 na instruantur populi: sed utcumque id fiat
 negligenter, non lectione scripturae sacrae
 supplendum apud simplices populos credi-
 mus: sed magis attenta consideratione my-
 steriorum illorum, quae nulli non sunt nota
 in Ecclesia, & humili oratione ad Deum pro
 illustratione mentis effusa: & si exteriora
 alia addenda sunt, episcoporum est tradere
 instructionem, admonitionesque uulgari lin-
 gua, quas audiant simplices. tanta etiam dif-
 ficultas, in qua usque hodie laboratur, & exer-
 cet multos transferendi ex Graeca uel He-
 braea lingua in solam Latinam, eruditam sci-
 licet, non Barbaram, propriam, copiosam, &
 aptam significandis animorum conceptibus
 ostendit, quantum sit difficilius, & quasi im-
 possibile in oēs linguas ineruditas, & Barba-
 ras eam tute, & proprie, atque uere transferre:
 & constat minimam mutationem, aut in-
 considerationem plurimum obesse, & mu-
 tare sensum ipsum: quomodo igitur pote-
 rit sine periculo ab uno, aut altero indocto
 frequenter in quamlibet linguam transfer-
 ri scriptura, quae cum a tot eruditissimis in
 unam Latinam sit translata, non tamen de-
 sunt multa, quae uel emendari, uel attentius,
 & proprius considerari debeant: commu-
 nis igitur iudicij totius Ecclesiae res est trans-
 latio quaecumque scripturae sacrae, quae com-
 muniter legenda est, & saltem ad oēs episco-
 pos, & doctores Ecclesiae cuiuslibet linguae,
 in quam transfertur scriptura, pertinet iudi-
 cium: de ea translatione nec permittenda
 esset ulla non illorum oim consensu proba-
 ta. Itaque difficultas ipsa fide digna translatio-
 ne habendi deterrere potest ab hac de trans-
 ferenda scriptura sententia: cui cum acce-
 dat, quod ostensum est, nouitas, & discessus
 quidam ab Apostolorum, & patrum exem-
 plo, durius nimirum nobis uidetur tam faci-

le, & non expectato iudicio Ecclesiae id pro-
 bare: tolerandum forte iuste uidebitur, cum
 non facile, nec sine scandalo pusillorum, quae
 iam uulgata sunt auferri possent manibus:
 uerum id extendere non putamus consul-
 tum esse. quod si quis causetur non esse aequum
 omni lectione scripturae priuare populum:
 huic etiam respondemus, non hoc nos age-
 re, ut nihil legant, nihil habeant simplices
 scripturae sacrae: integram quidem illam ci-
 bum dicimus solidiorem, quam captui po-
 puli conueniat. sed sunt in ea quae plurima quae
 sufficiant ad pietatem, & scientiam Christiana-
 nam & seruandam, & augendam in fidelium
 animis. haec doctorum diligentia excerpta,
 saluberrime credimus omnibus tradi posse,
 & in omnium linguas transferri: praecipue
 quae ad mores pertinet, & quae ad prima my-
 steria fidei: lectiones illae, quae per annum in
 Ecclesia leguntur, miracula Christi, exempla
 uitae eius captui simplicium conueniunt. ergo
 si quid in utilitatem illorum cupimus, im-
 mitemur antiquorum patrum exempla. Augu-
 stus ex omnibus scripturae sacrae libris, quae
 ad mores pertinet, tempore noui Testamen-
 ti in unum librum collegit: quem Speculum
 appellari uoluit, ut Possidonius testis est in
 uita eius, & liber ipse ostendit: in quo nihil
 aliud est, nisi quod ad mores pertinet: & uix
 ullus liber scripturae omissus est, unde non
 aliquid sit excerptum, hunc tam pium labo-
 rem existimamus simplicibus populis futu-
 rum utilem. Basilius etiam simile ferme ar-
 gumentum habet in octuaginta moralibus
 regulis, in quarum singulis per multa capi-
 ta, quae ad mores pertinent, ex nouo dunta-
 xat Testamento magna certe dexteritate col-
 legit. Cyprianus etiam tribus illis libris ad
 Quirinum hoc ipsum agit: ut ex scriptura ca-
 pita quaedam ad formandam fidem: in pri-
 mis duobus ad disciplinam Christianam do-
 cendam, in tertio ex scriptura sacra colligens.
 Itaque satis hic patres ostenderunt, quid ex scri-
 ptura omnibus tradi possit. Sunt & alij apud
 Graecos & Latinos huius argumenti li-
 bri: sed tres hos, de quibus diximus, & ob
 sanctitatem, & auctoritatem auctorum, & res
 ipsas etiam in exemplum praecipue adduxi-
 mus eorum, quae minori periculo, & cum
 fructu etiam ex scripturis sacris transferri
 possent in usum simpliciorum: quae omnia
 nobis dicta sunt ad modestiam persuaden-
 dam in scripturae lectione, cui, quantum capere
 possumus, maxime repugnat Brentij illa
 sententia de proprio iudicio in rebus ad salu-
 tatem aeternam, ut ille inquit, necessarius.
 Verum quia, cum in his, quae ad dinoscendos
 haereticos, falsamque doctrinam cauendam per-
 tinent, docuerimus illustrationem Spiritus
 sancti necessariam, & ad illam in primis
 confugiendum: remque ostenderimus eam
 esse, quae sicut a nullo negari potest, ita a quo-
 uis, sibi tribui facile possit, cum nullus sit
 eorum

Cap. 24.
 Spiritu ueri-
 tatis ab erro-
 ris spiritu
 nulla ualde
 aperta dis-
 scerni, quam
 ex consensu
 cum catholi-
 ca Ecclesia.

eorum præcipue, qui obstinatius aliquid af-
 firmant, qui non facile dicat, id se à Spiritu
 sancto habere, & persuadeat, se uera humili-
 tate & pietate id consecutum: hoc iam resta-
 re uidetur, ut qua ratione quis uerè à Spiri-
 tu sancto illustretur, agnosci possit, ostenda-
 mus. Dicunt Brentius, & sui, & constantissi-
 mè dicunt, se esse pusillum illum gregè, cui
 Christus loquitur, Nolite timere pusillus
 grex, &c. Atq; quod olim Manichæi egerunt,
 paucitate, & humilitate se iactant. Non (in-
 quit Brentius contra me) ignoro q; à parte
 sua habeat maximam potentiam, sapientiã,
 & multitudinem huius orbis, & persequun-
 tur (inquit) multi, & magni paucos & abie-
 ctos. Vides igitur ut hoc nomine gloriatur,
 quod sint abiecti & pauci: atq; hoc quasi si-
 gno quodam, & caractere se ad eos pertine-
 re uult, de quibus Christus inquit, Arcta est
 uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt, qui
 inueniunt eam. Sic enim olim Manichæi di-
 xerunt dum sapientiã, plenamq; rerũ om-
 nium cognitionem promitteret suis, quod
 non uulgi, non multorum, sed paucorum
 est, hoc illi dicebant detrahentes fidei, quasi
 uulgari, & communi omnibus. Vnde non
 miror si nũc Brentius, qui omnibus iudiciũ
 proprium, certumq; de dubijs, & obscuris
 sentibus scripturæ docet necessarium: ad
 quod certè peruenire difficillimum est, &
 reuera paucorum, paucitate etiam se com-
 mendat. Id igitur nobis nunc agendum re-
 stat, ut signa certa, si qua sunt, ostendamus
 spiritus instructis, & docentis eos, qui ue-
 ra sequuntur & rejiciunt falsa: ne cui libet
 liceat de Spiritu sancti doctrina gloriari.
 Multa requirit hic locus, & latissimũ præbet
 disputationis campũ, & à multis de ea re scri-
 pta sunt non pauca, quæ reuera magis per-
 tinent ad simplices, & humiles instruendos,
 ut discant cauere Sathane laqueos, quàm ad
 conuincendum uerbosos & argutos dispu-
 tatores: & multa ex scripturis colliguntur,
 quibus discerni possit falsus spiritus à uero.
 Sed quoniã ea etiam oēs sibi communia fa-
 cere uolunt, nec desunt uerba, nõ est eis diu-
 tius inhaerendum. Certè si quid est, quo spi-
 ritus erroris à ueritatis spiritu discerni pos-
 sit, ex fructibus, ut inquit Dñs, id est maximè,
 quod Iacobus ostendit, quæ sursum est in-
 quiens sapientiã primũ quidem pudica est,
 siue casta: Deinde pacifica, modesta, suadi-
 bilis, hoc est tractabilis, & disciplinabilis, bo-
 nis consentiens, plena misericordia, & fru-
 ctibus bonis, non iudicans, sine simulatione.
 Hæc certissima signa sunt ueræ Dei co-
 gnitionis ueræ uidei quæ à spiritu illo ueri-
 tatis sunt, quem Christus promittit in æter-
 num mansurum cum suis: sicut econtrariò
 illa etiam, quæ his opponit manifesta sunt
 signa spiritus erroris. Quod si zelũ, ingens,
 amarum habetis, & cõrentiones sunt in cor-
 dibus uestris, nolite gloriari, & mendaces

esse aduersus ueritatẽ: non est ista sapientiã
 defursum descendens à Patre luminum, sed
 terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus
 & contentio ibi inconstantia, & omne opus
 prauum. Sed hæc oĩa, de quibus in principio
 mentionẽ fecimus, magis humili conscientia
 propria, & interiorum secretorũ cordis
 coram Deo inspectione, q̃ ullis uerbis, aut
 studio assequi possimus. hoc unum toto de
 fiderio Deum precamur: ut det nobis om-
 nibus, det mihi, & Brentio, nos ipsos agno-
 scere, & non uerbis, sed re non nos ipsos præ-
 dicare, sed Christum: non nos amare, nõ no-
 stram gloriam querere, sed eius q̃ misit nos,
 si tamen uerè oēs à Deo missi sumus. hoc
 Brentio, & suis omnibus discipulis, qd̃ no-
 bis, & catholicis omnibus ideo desideram⁹,
 quoniam si hoc uerè adlit, nulla erit amari-
 tudo, nulla contentio, nulla emulatio, & fa-
 cile certè conueniet inter nos. Sed iam ad in-
 stitutum, omisis ergo cæteris, quæ oēs ad se
 trahunt, unum duntaxat manifestissimũ &
 apertum signum, quo discernitur falsus spi-
 ritus à uero tantummodo proponamus:
 quod nõ aliud est, quàm consensus cum Ec-
 clesia catholica. Qua enim certiori ratione
 agnosci potest, quid à Spiritu sancto nobis
 inspiretur, quãdo ille loquatur nobis, quã
 unica hac cum Ecclesiæ catholicæ consen-
 sione? cuius proculdubio Spiritus sanctus
 perpetuus, & certus est inhabitator, uerãq;
 eius uita, & spiritus. quo igitur spiritus Ec-
 clesiæ ducere potest, aut ubi continere, nisi
 in sup proprio corpore, quod ille inhabitat,
 & uiuificat. Rogabo (inquit Christus aper-
 tissimè) Patrem, & alium paraclætum dabit
 uobis ut maneat uobiscum in æternum, spi-
 ritum ueritatis, quem mundus non potest
 accipere. De his superius satis: sed nunc q̃
 apertè his ostenditur Spiritum sanctum ca-
 tholicæ Ecclesiæ spiritum esse, quomodo er-
 go ab ea separare potest hominẽ, quẽ mo-
 net? cui aliquid inspirat? aut quomodo ill-
 lum non deseret, qui ab eo se separat corpo-
 re, cuius ille spiritus est? Merito igitur, si de-
 cipi nolumus, quicquid nobis quantumuis
 orationibus, quantumuis omni humilitate,
 & timore Dei conantibus uera inuenire
 inspiratur interiùs ad exteriùs magisteriũ
 Ecclesiæ exigamus: cum eo, qualiter conue-
 niat attentè consideremus: quicquid uel ad
 fidem, uel ad mores pertinet nobis interiùs
 suggeritur. nec timeamus ne id Spiritui sancto
 displiceat, uel ei iniuriam facere uideamur,
 quasi ipsum, q̃ Deus est, subiciamus ho-
 minibus, hoc est, Ecclesiæ, quæ hominũ est
 congregatio. Quomodo enim fieri potest, ut
 Spiritui sancto displiceat, quod unicã eius
 sponsam consulamus, quã ille columnam
 & firmamentum ueritatis constituit? imò
 quomodo, cum nobis quicquam inspirat,
 non ad illam nos mittit quam Christus cu-
 ius ille etiam spiritus est, imò & ipse est Chri-

Matth. 7.

Iacob. 3.

sto magistrum nobis dedit totius salutaris doctrinæ, dum Christus iubet, ut qui Ecclesiam non audierit sit nobis sicut ethnicus, & publicanus? Et ipse Spiritus sanctus loquitur in Prouerbijis. Audi fili mi disciplinam Patris tui, & ne derelinquas legem matris tuæ: Quomodo iniuria fieri potest Spiritui sancto in consulenda Ecclesia, quam ille certissimè gubernat? non igitur cum ab interiori inspiratione, quam ille nobis infundit, ad Ecclesiam confugimus atque illam audimus: à Deo ad homines peruersa auersione transimus: sed à Deo ipso ad eundem ipsum Deum, à Deo inquam in nobis existente, sed non certò, non perpetuò, & inseparabiliter. Dubitamus enim, & merito dubitare debemus de nobis ipsis, & de eius in cordibus nostris in habitatione. Nam ut Iob inquit, etiam si uenerit ad me, non uidebo illum: & si abierit, non intelligam, & cum inuocantem exaudierit me, non credo, quod audierit uocem meam. Cum itaque tutum sit, & humilimum, semper de eius in nobis gratia, atque præsentia dubitare, de eius inspirationibus, an ab illo sint: Denique cum nos frequenter illum & amittere posse, & amisisse sciamus: quam meritò ad eundem, què certum est in Ecclesia perpetuò, certòque manere, & nunquam illam deserere, confugimus, à priuata scilicet inspiratione, quæ mihi, aut illi sit, ad publicam illam semper Ecclesiæ factam, & in ea permanentem: certè ab inferiori ad superiorè. Primò enim id constat, has duas contrarias esse non posse, Quomodo enim fieri potest, ut contradicat sibi ipsi Spiritus sanctus, spiritus ueritatis, spiritus unicus, & simplex? quomodo in illo contraria esse possunt? nonne igitur prudenter facimus, & eius sequimur ducatum, cum eum certò in Ecclesia, & in eius dogmatibus existentem consulimus de ea inspiratione, quæ, an ab ipso sit, meritò dubitamus? & quo efficaciori ligno agnoscemus ab illo esse, quam si consentiat cum doctrina, & fide, cum moribus: quæ omnia certum est ab eo esse in Ecclesia catholica. Igitur illud ex his certissimum est, spiritum omnem, qui ab Ecclesia separat, qui ad sequendos, aut credendos eos, qui ab ea recesserunt, & eius hostes manifesti sunt, monet erroris esse spiritum. Qui non congregat mecum, inquit Christus, dispergit. Quis uerò alius magis contrarius est Christo? quis magis segregat congregata ab eo, quam qui ab Ecclesia separat? quod certum est, proprium esse hæreticorum omnium: ut abducant inquit Paulus, discipulos post se: quem contra tranquillius illius, & quieti Spiritus sancti, & eorum, qui illo aguntur, sit proprium nunquam ab Ecclesia discedere. Confirmat hoc maximè, & qui dem explicat exemplum Cypriani, cuius superius mentionem fecimus: sentiebat ipse baptizandos denuo ab hæreticis baptizatos,

& respondebat omni rationum & auctoritatum uis, qua poterat, contrarium sentientibus: ipsi etiam Romano pontifici syncerissima libertate contradicebat: sed tamen inquit, ut superius ostendimus, neminem à iure communionis separantes, propterea quod contrarium senserit. Vide itaque Spiritum tenacissimum unitatis: hoc enim (ut ex August. superius diximus) ostendit, quam fuerit Cyprianus sollicitus seruire unitatè spiritus in uinculo pacis, usque adeò, ut quantum diuersam teneret sententiam, contrariumque iudicauerit eius, quod magna pars episcoporum aliarum regionum sentiebat: non tamen propterea affectu, & communionem à cæteris se separabat: Vbi etiam obserua, quid sit ab Ecclesia se separare: nec enim Cyprianus ait, non separantes nos ab Ecclesia: sed neminem inquit à iure communionis separantes. Non ergo is solum unitatem relinquit, qui ab uniuerso corpore, & tota fraternitate se separat, sed etiam ille schismatis, & diuisionis auctor est, qui pro sententiæ suæ, cum nondum catholice Ecclesiæ est sententia, sed uuius aut multorum priuata, uel unum duntaxat ex fratribus, ex his, qui in catholice Ecclesiæ unitate manent, à communionem suam separat: conuincitur enim præuenire eius iudicium, quum quod illa nondum ut certum definiuit, ipse tam certum habet, ut alienum etiam dicat à fraternitate contrarium sentientem. Itaque hoc est reuera Ecclesiam scindere: cum pro tua priuata sententia, antequam ab illa suscepta sit, alios damnas & reijcis à communionem: quod manifestè illi conuincuntur agere, qui ante certum iudicium Ecclesiæ rem aliquam ita affirmant, ut alios propterea separent à sua communionem: aut hæreticos, & alienos à Christo definiant, siue transgressores legis eius, & peruersores doctrinæ. Quid enim rogo magis est separare aliquem à communionem suam, quam afferere illum doctrinam Christi peruertente? Si quis, inquit Ioannes, uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec autem ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, comunicat operibus eius malignis. hoc de eo, qui hanc doctrinam non affert, loquitur: quam inquam doctrinam nisi certam & manifestam in Ecclesia: de hac prius dixerat, Qui non confiteretur Iesum Christum uenisse in carne, hic est seductor & Antichristus. Qui ergo hanc doctrinam non affert, qui contrarius est huic, quam constat totius Ecclesiæ esse, hic est seductor, hic est à communionem separandus. Ceterum quamdiu hoc non est, cur Ecclesiæ iudicium præuenimus: certè quod Cyprianus afferebat, iudicabat consonum esse scripturæ, & ex eâ efficacissimè inferri, non solum ipse, sed cæteri episcopi contrarium reputarunt scripturæ, quod alij sentiebant, ut in sententijs concilij manifestum est: sed uidebant se homines, &

Cap. 19.

Act. 20.

nes, & suam sententiam non susceptam in tota Ecclesia: Vnde quanquam eum, qui contrarium sentiebat, falsum sentire non dubitarent, & contra scripturæ ueritatem: sed non propterea alienum à Christo & doctrinæ eius peruerforem, atq; seductorem dicebant, quoniam nondum is ab Ecclesia recesserat, cuius maxima pars contradicebat Cypriano: nec res uniuersali concilio definita erat. Dicant, quod uolunt, aduersarij, certe negare non possunt, longè se ab hac modestia Cypriani esse: non est cur Ecclesiam catholicam quam uolent illi definiant, & ab ea dicant nos recessisse. Illud ex hoc opere Cypriani habemus, dignum quod attentè consideretur: quod etiam is, qui non nouam introduxit consuetudinem circa religionem, & contra quam constat factum esse ante eum in tota Ecclesia: sed etiam, qui Ecclesiæ suæ antiquam iam consuetudinem, contra quam in alijs Ecclesijs fit, sequitur, cauere debet: ne propter illam alios à communione separet, & alienos à Christo iudicet hoc enim minus est, quam primum, & hoc Cyprianus agebat non primum: nec enim ab eo primo rebaptizati sunt ab hæreticis baptizati: sed prædecessoris sui sequebatur exemplum, & constitutum ab eo tenebat, & tamen neminem inquit à iurè communionis separantes: quare? non quia non erret: iudicat enim Cyprianus illum errare: sed quia non recedit ab Ecclesia, quæ hoc non uniuersaliter obseruat, nec definitiuit. quare putabat Cyprianus quod si uel minimum, & pusillum ex his, qui credunt in Christo, ipse à sua communione separasset, non ab Ecclesia separatum: sibi potius inferebat hoc malum, & se, alium priuare uolens, uerè communionem Ecclesiæ priuabat. hoc est exemplum Cypriani, nec illius solum, sed frequentissimum etiam in Ecclesiæ antiqua, quod in quæstione illa de obseruatione Paschæ ostensum fuit à sanctissimis, & grauissimis patribus Polycarpo Ioannis discipulo, & Aniceto Romano pontifice, ut enim testatur Irenæus apud Eusebium, Beatus Polycarpus cum Romam sub Aniceto uenisset, de hac quæstione ita egerunt, ut non unusquisq; sententiæ suam obstinatè cõtentione defenderet, cum neuter alteri suam persuadere posset, sed cõmunicauerunt sibi inuicem, atq; plena fide, pace integra, & firmâ charitate discesserunt, hoc statuentes, ut omnes Ecclesiæ concordiam eustodirét, etiam si in obseruatione Paschæ diuersa sentirent. Idem uoluit Irenæus Viatorum Romanæ Ecclesiæ pontificem seruasse. Hi omnes non nouam, & nunquam receptam consuetudinem introducebant in Ecclesiam: sed quam acceperant à maioribus: & tamè quia non erat uniuersalis Ecclesiæ, non propterea aliquem à communione separebant: ex quibus illud, quod apertè maius est, multò magis cauendum ostenditur:

si quis permanente Ecclesia in pace, & tranquillitate, & uniuersaliter aliquid circa religionem obseruante, contrarium introduce re conetur: contrarium inquam eius, quod tota Ecclesia seruat: quod omnes in Christum credentes, nullo apertè, & manifestè contradicente, tenent: nonne iustum est, & multò iustius, quam quod Polycarpus, & Cyprianus fecerunt, ut non propterea à iure cõmunionis aliquem separet, hoc est, ut diximus, alienum faciat à Christo, seductorem, & Antichristum dicat? sit ille unus, sint multi quantacumq; auctoritatis: certè, ut uel minimum quod dici potest, in eos dicamus, præueniunt iudicium Ecclesiæ: sic facit Bretius, & sui circa sacrificium altaris, circa sacramentum confirmationis, & Chrisma, quod consecratur aqua baptismi. Contra hæc omnia, cum in Ecclesia tota obseruentur, clamant, & introducunt alienam consuetudinem. Nonne hoc maius est, quam quod Cyprianus fecit? cur ergo propterea se separet, & à communione sua nos alienos faciunt? nos permanemus in hac consuetudine, & quando illam certissimè uidemus catholicæ Ecclesiæ esse, cum ea permanemus: nec præuenimus eius iudicium, quod certò intelligimus hoc esse. quare contra nos non est quid dicatur. Cæterum illi si de hoc dubitant, si contrarium sentiunt, quare saltem non requirunt iudicium Ecclesiæ, & expectant? Quid rogo eis nocuisset hæc nonnulla modestia: ut saltem non certò definirent omnes alios alienos esse à Christo. Polycarpus, & Asiani episcopi, Cyprianus, & Aphrasius urgebant, quâ non uiderant contrarietatis Ecclesiæ sententiam esse: parati, si uiderent, sequi, & tamen neminem propterea à communione submouet. Causa communionis utriusq; speciei, & exigendi uotum cœlibatus ab his, qui maioribus ordinibus initiatur, accedit magis, & similior est causæ Cypriani, & aliorum: Ecclesiæ quædam communicant sub utraq; specie, & multò plures antè non multos annos communicarunt, et ante mille fortè omnes: similiter nec omnes Ecclesiæ exigunt uotum illud ab his, qui ordinantur. Igitur qui contra consuetudinem communionis alterius speciei, & uotum hoc maiorum ordinum loquitur, non contra uniuersalem totius Ecclesiæ consuetudinem disputat, sicut nec Cyprianus. Verùm si hoc non sit illa eius modestia: si hoc sit definitio iam, & iudicando alienos esse à Christo, & Ecclesia, qui hanc consuetudinem sequuntur, quod Lutheri discipuli faciunt, nonne uides ut ab Ecclesia recedunt? Non est quid iam expostulent nobiscum, aut causentur, quòd eos à communione expulerimus: ipsi se primò alienos fecerunt, nos iudicantes alienos, præter illam uniuersalem definitionem Ecclesiæ: ut non dicam contra illam, quod uerum esset. Sed de hoc nunc non agi

mus: id sit satis, quod exemplo maximè illorum patrum explicauimus, quàm sit manifestum signum spiritus erroris ab Ecclesia catholica separari: & quomodo id circa fidei sententiam, siue religionem fiat hæc nobis primò declaranda erant: iam & illud ex his manifestius fit, circa omnem aliam internam inspirationem idem seruandum: aliam inquam, quæ de quacunq; re est, quæ scilicet uel faciendum aliquid, uel omittendum inspiratur nobis. Est enim illud semper exigendum ad Ecclesiæ regulam, & consuetudinem, si ieiunia inspirantur, si abstinentiæ, si corporis afflictiones, si uilitas ueris, & rerum huius mundi contemptus, si hæc omnia iuxta quod in Ecclesia consueta sunt, & probata: non alia ratione, nec ultra Ecclesiæ metas: alioqui superstitiosa erunt. Ieiunandum igitur est, ad subiiciendum carnem spiritui, ad mortificationem Christi ferendam, non in abominationem ciborum: nec ieiunandum diebus dominicis, quibus Ecclesia prohibet, & sic de cæteris rebus. Nā hæc exēpli causa dicta sunt, ut apertè uideamus, quod non in fide tantum, sed in operibus omnibus Christianæ uitæ sint nobis omnia ad Ecclesiæ catholicæ iudicium referenda, & secundum magisterium eius exercenda: cuius nisi membra simus, & magisteria sequamur, nihil certè agimus, quod promoueat salutem. Itaq; usque adeo proprium iudicium nobis sequendum necessariò nõ est, ut tantò magis fides nostra, & uniuersa opera grata sint Deo, quantò magis in eis proprio renunciamus iudicio, ut Ecclesiam catholicam sequamur. hoc enim propriè pertinet ad illud Salomonis consiliū, Ne in inrtaris prudentiæ tng: & ad alterū eiusdem simul & Pauli: Ne sis sapiens apud remetipsum: & nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nam illud certissimum est, eum hoc maximè imitari, qui in dubio sensu scripturæ suo renunciat iudicio, uel omnino adhærens alterius sensui quem pluris facit, quàm se: cuius sapientiam suæ præfert, uel saltem non contra se sentientem damnas: sed expectans Dei iudicium, quod in Ecclesia sua ille ostendet. Qui uerò neutrum horum facit, sed sententiam suam mordicus tenens alios damnat: quomodo non etiam contra saluberrimum illud consiliū Pauli facit: Non alta inquit sapientes, sed humilibus consentientes? Quare meritò timendum est illi, quod Esaias deplorat, Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobismetipsis prudētes. Fides uera, quid aliud est, quàm à proprio iudicio recedere, illi renunciare, nihilq; tribuere, quæ uera illa captiuitas est, in quam Paulus se dicit spiritibus suis Euangelicæ prædicationis armis redigere intellectum omnem in obsequiū Christi. Scio his facilè responderi, captiuandum esse intellectum, in obsequium fidei:

sed fidei scripturæ sacræ, fidei, qua Deus creditur nobis in scripturâ loquenti: non qua hominib. hoc est enim quod aduersarij nostri perpetuò clamant, Scripturæ sacræ credendum esse, ad illam omnia exigenda: quibus quanquã satis superius respondimus, non tamen in hoc loco, ubi agimus de ratione, qua credendum est catholicæ Ecclesiæ, putamus omittendum quantum errent, & sibi ipsis contradicant, qui Christianam, atque catholicam fidem non aduertunt non tantum Deo ueros fideles subiicere, sed etiã Ecclesiæ. Reuera enim fides integra non est, si tantum Deo nos credere dicamus: nisi etiam Ecclesiæ crediderimus. sicut enim iudicio nostro, ut Dei sequamur iudicium, fides docet nos renunciare: ita etiam ut sequamur iudicium Ecclesiæ. Non est Ecclesia fatemur fidei nostræ primum stabile fundamentum: sed Christus ipse primò quæ Ioan. 14. Deus, deinde qua homo. Creditis inquit in Deum, & in me credite: hac ratione Diuinitatis. Et rursus secundum etiam humanitatem, Si crederetis inquit, Moyse, crederetis forsitan & mihi. Ille igitur fundamentum est, præter quod, ut Paulus inquit, nemo potest aliud ponere: sed post illum proximè est Ecclesia catholica tanquam unica sponsa, quæ unum cum illo est. Erunt inquit duo in carne una, quod Paulus de Christo, & Ecclesia intelligit. Quare quicquid humanum est, quicquid à Christo Deo & homine deriuatū, omnes gratiæ eius, opus posterius est Ecclesiæ: nihil illi propinquius quàm sua Ecclesiæ: in illa abundantior gratia, integriora dona, & perfectiora. Deniq; omnia charismata diuina in ea sunt, quæ est corpus eius, ut inquit Paulus, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet: plenitudo eius inquit, hoc est, quæ uniuersa continet, & cõplectitur eius & dona, & opera: in ea, & per eam remittuntur peccata, administrantur sacramenta, exaudiuntur preces, donatur perseuerantia. Hæc inquam omnia Christus uoluit non nisi per Ecclesiam suam nos consequi: quæ est plenitudo eius. Eadem ratione fidem ipsam, & cognitionem sui reuelat quidem ille, sed in Ecclesia, & per illam. Christo igitur credendum est, sed agnosceda est eius schola, & cathedra quodammodo docentis, quæ non alia est, quàm Ecclesia catholica. Scripturæ credendum est: sed quæ nobis tradita est ab Ecclesia, ut superius probauimus: non igitur homini, nec congregationi humanæ innitimur, cum credimus, & agnosceimus in Ecclesia certissimè, & uerissimè Deum nobis loqui. Nihil itaq; tutius, & tranquillius circa fidei, & salutis causam, q̄ semper à iudicio Ecclesiæ pendere: quàm diu sic dispositi sumus, ut à sensu Ecclesiæ nullo modo recedamus, tam diu certè in catholica fide permanemus: hoc expedit nobis iudicare, ut si quid sapimus, aut iudicamus, tẽ-

Proverb. 3.

Rom. 12.

Ibidem

Ioan. 5.

Ephes.

mus, totum iudicio Ecclesiæ sit subditum, quod non solum sine nostro ipsorum iudicio, sed contra illud etiam oportet nos sequi. Sed quoniam catholicam hanc Ecclesiam obscurare, & incertam reddere conatur aduersarij, & adhuc Brentius clamat, Quid si Ecclesia contra euangelium: quid si concilium uniuersale contra scripturam definiat? & addit, Si absq; iudicio sententiæ eius standum est, non ergo sequentes iudiciū Annæ, & Caiphæ in damnatione Christi peccarunt: quin potius damnabimus Iosephum nobilem illum decurionem, qui non consenserat consilio, & actibus eorum: damnabimus Nicodemum, & ipsam beatissimam uirginem eius matrem. Quamuis his omnibus priori loco pro capto nostro quantum satis esse pos-

sit respondimus: exigit tamen hic locus, ut de errore, & ignorantia circa fidem, & religionem, qualiter aut excusent, aut accusent apud Deum, agamus: quod propter hodiernas controuersias maxime putamus necessarium: ut nouerimus qualiter agentes aut non erremus, aut excusemur saltem errantes à crimine hæresios, & infidelitatis apud Deum. Hoc igitur ultimo loco iam nobis agendum est, ut saltem uel ostendamus, uel excitemus eos, qui salutis suæ sollicitudinem gerunt, ad cogitandum quid in horum temporum turbulentia, sententiarumq; diuersitate agendum, ut excusabiles simus coram Deo. hoc igitur sic exordium putamus.

CCC 1

DE ERRORE, AVT IGNORANTIA CIR-
CA FIDEM EXCVSANTE, VEL AG-
CVSANTE.

Cap. 1. De ag-
noscēda pro-
pria huma-
ne naturæ ig-
norantia cir-
ca, quæ ad
salutem per-
tinent.



Rom. 3.

1. Corint. 8.

Ibid. 3.

Ignorantia, & error aded sunt infirmitati humanae, & filijs Adæ sub eius damnatione nascentibus communes, congenitæ, & quodammodo naturales: ut nullus sit cui ignorare, & errare non frequenter contingat: nulli inquam hominum præter eum, qui simul etiam uerus Deus est, & ipsa summa sapientia, & prima ueritas. De alijs enim omnibus merito clamat Psalmista, Deus de cælo prospexit super filios hominum, ut uideat, si est intelligens aut requirens Deum: omnes declinauerunt simul, quod rogo, aut unde? nisi à scientia ad ignorantiam: ab intelligendo, & requirendo Deo: ad ignorandū, & amittendum. Quid enim magis facit ut Deum amittamus, quàm illius ignorantia: cum primus, quo illi appropinquamus, gradus cognitio eius sit: merito igitur inquit Psalmista, Omnes declinauerunt simul, inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Et ut Paulus colligit, Contritio & infelicitas in uijs eorū, & uiam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum. Quid enim aliud ante oculos timorem Dei non esse, quàm non uidere quantum, qualiterq; timendus sit Deus, nec pro dignitate cogitare. Cùm igitur tam familiaris, & cognata nobis sit ignorantia: earum maximè rerum, quæ ad foelicitatē nostram pertinent, & ad Deum, diuinarumq; rerum comprehensionem: quis audeat sine magna temeritate se, non dicam, sapientem, & perfectè doctum: sed uel circa quantumuis minimam earum rerum, quæ ad ueram sapientiam satis instructum pertinent, satis oculatum cogitare? Reuera hæc summa insipientia est sapientem se credere, quem merito hoc nomine dignum censet Apostolus, qui se putat, inquiēs, aliquid scire nondum cognouit, q̄modo oportet eum scire. Quid enim hoc aliud est, quàm pronūciare eum, qui se existimat aliquid scire: aliquid inquit quantumuis parum, nihil omnino scire? & merito quidem quia modum sciendi nondum nouit, quia nō attigit, ut aiunt, primis labris scientiam: cuius ratio & modus hic est, ut primò ignorantiam nostram noscamus. Et rursus ait, Si qs uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sapiens sit. Quid uerò stultum fieri aliud est, quàm suam agnoscere ignorantiam: suam inquam origine, quodammodo, & natura: propterea dixit si quis uidetur sapiens esse in hoc seculo, non si quis est: nam non esse

aliquē uerè sapientem in hoc seculo, id etiā ostendit, quod premiserat: nemo se seducat: & tum subiungit, Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo: innuens, quòd nemo nisi seductus sibi sapiens uideri poterit: de quo & alibi dixit, Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Fieri igitur potest, ut in hoc seculo, in his tenebris, in hoc exilio, & elongatione, qua proiecti sumus à facie Dei, & lucidissima illa paradisi regione sibi, aut alijs quis sapiens uideatur: fieri inquam potest, ut inter cæcos uideatur sibi, aut alijs uidere, hoc est, in hoc seculo sapientem esse: qui tamen si uel tantillum cogitare cœperit, quanta sunt, quæ ignorat, & inter ea, quæ scire uidetur, quàm sint pauca, quæ ad liquidum nouerit: & deniq; quàm facile omnis sua cognitio hallucinetur, & conuertatur in tenebras: quoties tandem contingat sui ipsius obliuisci seipsum, non considerare, nec attendere, uidebit apertè se merito stultum, & non sapientem esse: qd si attentius cogitare uelit, & uel tantillum conuertere oculos ad radios ueræ sapientie, qui ex uerbis eorum, quos Deus instruere dignatus est, prædeunt, si attendere uelit uerborū Dei splendorem & lucem, & ab ipso Deo erudiri cœperit: tunc demum incipiet agnoscere quanta sint ignorantie humanae tenebrae, & quàm uerè stultum sit apud Deū, ueritatemq; ipsam quicquid humanus animus ex sese concipere ualet, & cogitare: tunc uerè stultus fiet sibi, & huic mundo: deficiet in eo, & obscurabitur lux illa, quæ apud homines uidetur sapientia, & ea deficiente incipiet uerè aliunde esse sapiens. Stultus inquit fiat, ut sapiens sit: cuius rationem statim inferens ait: Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum: scriptū est enim, Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Deus nouit cogitationes hominū, quoniam uanae sunt. hæc est igitur Christianæ philosophiæ prima pars: hic est aditus ad scholam Christi manifestè agnouisse, quæ sit ignorantia nostra, & quod uerè ex nobis, ex origine, & ortu nostro nihil aliud habemus, quàm non ignorantiam tantum: sed errorem etiam erga illa maximè, quæ ad salutem nostram necessaria sunt: iuxta id, qd merito in Psalmo scriptū est: Alienati sunt peccatores à uulua: errauerunt ab utero: locuti sunt falsa. quare nisi superiori luce perfundamur, & ut ita dicam, nouos induamus oculos, nihil possumus solide & ad nos pertinentis ueritatis agnoscere. Illud igitur primum omnium nobis in hac diuina schola reli-

Ad Gal. 6.

la religionis Christianæ confertur, ut superiores nobis effecti altioriq; luce illuminati proprias natiuitatis nostræ agnoscamus tenebras: hoc est Christianæ sapientiæ principium: hic profectus: hæc deniq; consummatio. Et ut cætera, quæ ad res alias pertinēt, omittamus, mysteria fidei nostræ & scripturæ sacræ sensus quis nō intelligat, quàm sint supra uires, & facultatem humani sensus? non nunc agimus contra eos, qui scripturam sacram apertam, & per seipsam lucidam asserunt: nam de hoc superius satis: sed loquimur quàm difficile sit mysteriorū fidei uel inuestigare rationem, uel ea pro dignitate cogitare: quod & cupimus ante oculos eorum maxime, q̄ circa ea uersantur, semper esse. Quanta enim profunditas mysterij incarnationis filij Dei? sicut illud etiam diuinitatis ipsius uerbi, atq; procedētis spiritus, quam excedit omnem cogitationē nostrā? Quis (inquit Aug.) Christianus tacere potest. In principio erat uerbum, & Deus erat uerbum? & c. quis capere? sic & cætera incarnati uerbi mysteria: in sacramento Eucharistie præsentia illa Christi, & ueritas quàm abscondita? Quis non apertè intelligat erga ea omnes quantumuis sapientes homines infantes esse? & res quidem ipsas credere eius lumine adiuti possumus, plene autem nosse, aut inuestigare modum, rationemq; earum, non magis nostrarum est uirium, q̄ infantis sapientissimi philosophi sensus cognoscere. Quis enim æternæ generationis filij, atq; processus spiritus sancti rationem intelligit? Quis illius simplicissimi unitatis, atq; uerissimæ trinitatis modum potest cogitare? Quis qualiter Deus uerè sit homo intelligere, & unionis illius inter Deum & hominem explicare rationē? nonne ad hæc omnia constat sapientissimos quosq; non aliter se habere, quàm paruulos? quod si uel tantillum excedere uoluerint, & curiosius inquirere de his mysterijs: satis nos docuit ipsa experientia in quantos incidant errores. Certè Arius, Macedonius, & Sabellius nō alia ratione circa ineffabilis trinitatis mysterium errarunt, quàm quia ultra, quàm oportuit, conati sunt inuestigare: sicut Nestorius, Eutyches circa incarnationis mysteriū: omnes etiam, qui de sacramento altaris nūc diuersam ab Ecclesia sententiam sequuntur, non alia certè ratione errant, quàm quòd audent in tantis mysterijs rationi humanæ aliquid tribuere: & sanè necesse est, ut qui circa hæc omnia infirmitatem propriam agnoscunt, & ultra uires in diuina mysteria irruunt, turpissimè errent, & eadant: dicentes enim se esse sapientes, meritò stulti facti sunt, nec longè ab eorū errore, qui cū Deū cognouissent, non sicut Deum gloriificaerunt: illi enim hoc egerunt æquantes creaturas creatori in cultu, atq; ueneratione: hinc uerò diuina proprio ingenio inuestigare cu-

pientes opere ipso ostendunt, se non longè esse ab hac æstimatione, quòd comprehendere, & inuestigare ab homine diuina possint, quàm nō in immensum excedant. De sensibus uerò scripturæ quanto est difficilius certò statuere in diuersitate, & multiplicitate eorum, quis scit quem significare uoluit auctor. si enim ut Aug. inquit absētis, uel mortui hominis uoluntatē, & sensum nullus potest ita certò intelligere in obscuris, & ambiguis uerbis: ut illud sensisse, qui scripsit præter dubitationem asserere possit: quis Spiritus sancti, à quo multò sumus remotiores, profundissimos illos sensus (q̄s merito eodem August. teste dignū est tantæ immensitatis credere: ut nunquam satis ab homine comprehendere possint) se certò intellexisse asserere queat? Quare maxima temeritas est, & proprii ingenij nimia fiducia uni sensui mordicus adherere uelle, aut ex eo sensu, qui uni, aut alteri uidetur, cū tamen possit & aliter locus intelligi, certum aliquid fide tenendum, quod aliunde præter omnem dubitationem non probetur, asserere: aliunde haberi dicimus, uel ex ipsa scriptura, uel ex sensu Ecclesiæ certò. Quod si considerassent Lutherus, & sui, atq; reliqui nouatores, non tam obstinatè assererent nō ua sua dogmata. Puerile reuera est, & graui ingenio indignum, uerba hæc, hoc est corpus meum, uel hic est sanguis, nolle alia ratione intelligi posse, quàm q̄ tibi uideatur. Zuinglius uult solū intelligi figuratiuè: Lutherus realiter: sed ita ut utrumq; realiter sit & panis, & caro Christi: demum utrumq; significari posse, cur certò unum, & non alterum significatum uolunt? & cū tertij etiā sensus uerba illa capacia sint, cur non etiam ille recipiendus? aut quomodo ex illo loco nisi aliunde certum habeamus, aliquid illorum trium affirmari debet, aut potest? Sic & illa uerba, Bibite ex hoc omnes, uolunt tantum ut sibi uideatur ab omnibus accipi: atq; ita demum in reliquis omnibus contentundum, hoc agunt, ut quod ipsi senserint, teneamus omnes sentire: ut meritò de illis, tam cū scripturam exponunt, quàm cū dogmata asserunt, dicam illud Augustini, quod id faciunt, quia suam sententiam amant, nō quia uera est, sed quia sua est: nec quia in corde eorum, qui tradiderunt scripturas quid senserint, uiderunt, sed quia superbi sunt. De his igitur satis, quæ eò dicta sunt, ut in nulla re ad salutem nostram, & sacræ scripturæ intellectum pertinente audeat quis sapientem se credere, qua præsumptione nihil certè periculosius, nec reuera aliqd irrisione sapientiū dignius. Accedendum est igitur ad hæc, & incedendum in eis summa cū humilitate, nulla sui ingenij fiducia, nullo ppriæ eruditionis supercilio: q̄d sicut si persuasum esset omnib. & ab omnibus custodiretur, pculdubio auferret cōtentiones

Cap. 3. De ignorantia nostra circa scripturam suam.

Lib. de uil. credēdi ca. 5.

Lib. 12. cōtēssion.

Lib. 12. cōtēssion. cap. 25.

Cap. 4. Amor proprii sensum circa scripturam, quæ miratio nalis, & quæti periculi sit.

1. Cor. 1.

omnes, & rixas reuera pueriles in diuinis oculis: ita quia omittitur, & nec uel attentè illud cogitare uolumus, parit horum temporum contentiones, & grauissima schismata in religione, contra illam Pauli saluberrimam admonitionem, quam Corinthijs commendat: obsecro autem uos fratres inquit, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata: scitis autè perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. & quidem cum inquit, significatum est mihi, quòd unusquisque uestrum dicit, ego sum Pauli, ego autè Apollo: hoc duntaxat in eis arguere uideretur, quod in diuersitate magistrorum gloriarentur: & de ea contenderet: tamen satis ostendit diffidia omnia, schismata, diuersitatesque opinionum ex amore hominum siue aliorum, siue quod & frequentius, & grauius est, sui ipsius originem trahere: dum scilicet, ut ex Augustino superius diximus, suam sententiã, aut eius, quem plurimi facit, non quia uera, sed quia sua est, quisque amat. Nam si absque ueritate quæreretur, & humiliter: nullus sua mordicus tenebit. Quod apertius deinde Paulus exponit dicens: Quis enim sit inter uos zelus, & contentio, nõne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis? cum enim quis dicat, Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nõne homines estis? pro magno itaque probro dicit Corinthijs, homines estis: siue quod apertius est, carnales estis: hoc est longè à diuinarum rerum sensu: quo manifestè ostenditur, tantò minus nos esse capaces mysteriorum religionis nostræ, sensusque diuini in scripturis, quantò uel nostrum, uel humanum aliquem amamus, quantumque nobis ipsis placemus. propterea prius dixerat, non potui loqui uobis, quasi spiritualibus, tanquam paruulis in Christo lac potum uobis dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Ecce ubi apertè rationem infirmitatis sensus, puerilisque insipientiæ erga diuina Paulus docet esse humanum affectum, erga aliorum doctrinã, uel scientiã, & multò certè magis erga suam ipsius. Vbi ut omittam omnes alios aduersarios, qui ueritatem non hoc morbo nimij propriæ sententiæ amoris tam apertè laborassent, uetus Brentij, cum quo nunc agimus, audi uerba in suis his Prolegomenis. Primo enim loco de trinitatis mysterio dicit, se, suosque illud afferere apertissimè: & infert: ac nisi fallor sophists & monachis, uix tantum esset roboris: ut possent noua deliria, quæ his temporibus aduersus hunc articulum excogitata sunt, refutare, si nostri in hac parte suam operam non conferrent. in his uerbis iudicent alij, quanta sit eruditionis & scientiæ suorum in Brentio æstimatio, quantus contemptus aliorum: inter quos constat esse, quos Brentius nec nouit, & tamen putat uix tan-

Eiusdem 3.

tum roboris in aliquo esse: ut posset à delirij hæreticorum mysterium trinitatis uindicare: ab his igitur puerilibus, & hominum, uereque carnalium contentionibus arceat Apostolus eos maximè, qui capaces scripturæ sacre, diuinorumque mysteriorum fieri cupiunt. Quæ ideo in hoc principio inculcauimus: quoniam tanquam fundamentum cupimus collocari in cordibus eorum maximè, qui de rebus dubijs religionis acturi sunt: & ut ex hac certissima ignorantia nostræ scientiæ illud attentè cogitemus, quòd cum non sit hominum primas partes scientiæ tenere: ut scilicet nunquam erremus: (cum hoc supra uires oēs humanas sit: uixque ulli concessum à Deo) ut nouerimus omnes, quòd uerè ois homo mendax: saltem conemur secundum locum tenere, ut quàm minimum fieri potest erremus, & quàm citissimè, & facillimè emendemur. Denique ut uel errantes, uel in errore perseverantes saltem excusabiles simus: atque ut omnino ad peccatum nobis non imputetur à Deo: uel saltem non ad maximum. hi enim errores sunt hominum. ficenim errare, ut non diu perseveres: ut non obstinato sis animo: ut facile emendari possis, hominum est infirmorum: & hoc ipso commiserationem quandam excitat, & non iram. Errauit Dauid: sed quid ait? Erraui sicut ouis, quæ periit: hoc est, non malitia, non obstinatione sed seductione, & lapsu à consideratione debita: & ideo ait: Quæ re seruam tuum domine, quia mandata tua non sum oblitus. Est ignorantia, & error etiam in iudicio hominum excusatio quædam, quæ ueniam impetrat peccati usque adeò, ut uel sero consenti ignorasse quid ageret ignoscatur: sicut inquit Saul Dauidi, Peccauit: apparet enim quòd stulte egerim, & ignorauerim multa nimis: quantò magis coram diuino iudicio, quod multò est lenius, misericordiæ excusationem habebit? peccauit Paulus, persecutus est Ecclesiam: sed tamen ait, Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Ecce ignorantiam excusantem: & qua factum est, nõ ut non peccaret, ut non sibi reus etiam incredulitatis uideretur Paulus: sed ut misericordiam consequeretur. Sic est illa, de qua Dauid inquit, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Denique illa, de qua Christus loquitur Patri, & orat pro crucifigentibus se: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: peccarunt quidem, ideoque ignosci illis petit Christus: sed ita peccarunt, ut commiserationem culpa illa excitaret. In quo ignorantia gradu ualde certè considerandum est, quanta sit erga nos diuina bonitas: ea enim ipsa mala, quæ ex nobis habemus, & maximè nobis connaturalia sunt, conuertitur in occasione, atque materiam misericordiæ, & ueniæ: quòd enim magis agnoscit diuina clementia innotam nobis esse ignorantiam,

Cap. 5.
Propria ignorantia cognitione plurimum iuuare ne impuetur nobis.

1. Reg. 26.

1. Timoth.

Iona 4.

tiam, & inconsiderationem: eò minus imputat nobis peccatum: idèq; maximè, si nos hoc ipsum agnoscamus. Iona inquit Deus, Non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plus quàm cētum uiginti milia hominum, qui nesciunt, quid sit inter dextram, & sinistram suam. Vides quantum ignorantia hominum apud Deum possit: & illud quidem de omnimoda ignorantia infantilis ætatis est: tamen satis ostendit quantum confessio, & agnitio eius etiam in maioribus Dei misericordiam nobis conciliet.

Cap. 6. De ignorantia, & errore inexcusabili, uel excusabili.

Ex quo & illud aduerte, quàm econtra inexcusabiles sint apud Deum quantumque sibi auferant misericordiæ eius, quæ gloriatur in scientia. Nonne quantò magis, qui ignorantèr peccant, & id agnoscunt, digni sunt uenia: tantò etiam amplius qui se iactant, & placent sibi in sua sapientia, si errauerint, indigni ea sunt? Quàm igitur stultum est, cum agnoscamus tam subiectos nos esse errori, tamq; facilè in illum incidere, auferre à nobis id, quo maximè error noster excusari potest ante Deum? quod certissimè agunt, qui nimium in sua sententia, & eruditione sibi complacent: & se aliquid scire sibi & alijs uiderè uolūt. Horum enim ignorantia, & error longè abest, ut eos excusare possit: cum potius hæc manifesta superbia, & sapientiæ coniuncta maximè accuset. hæc est enim illa, de qua Paulus inquit, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: de quibus & ait, quod sint inexcusabiles. Est itaq; ignorantia, quæ apud Deum magis accusat, quòd non solum ex hoc loco: sed ex multis etiam alijs scripturæ locis manifestè colligitur: & ea quidem multiplex: alia est enim, quam data opera homines nonnunquam uolunt: de qua scriptum est, noluit intelligere, ut bene ageret: alia inquam ex socordia, ignauiq; diligenter inquirendi, quæ ad salutem nostram spectant, incidimus: cōtra quam Paulus serio admonet, Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent ad reuerentiam, siue ad pudorem uobis loquor: uult enim nos pude fieri torporis, & ignauiq; qui bus sit, ut indormiamus ad ea, quæ salutis nostræ sunt, agnosceda: alia deniq; inquam ex impuritate uitæ, & conscientia fordibus traduntur à Deo illi: de quibus dicitur per prophetam, Excæca cor populi huius: quæ multis rationibus à Deo in pœnam infligitur, aut enim propter prauos, & carnales affectus decipi permittuntur à Deo homines, sicut per Ezechielem comminatur dicens, Homo homo de domo Israel, qui uenerit ad prophetam interrogans per eum me, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. Et rursum, Ego Dominus decepi prophetam illum, & extendam manum meam super il-

Roman. 1.

1. Corinth. 15.

Esa. 6.

Ezech. 14.

lum: & delebo eum de medio populi mei, iuxta iniquitatem interrogantis: sic iniquitas prophætæ erit, ut non erret ultra domus Israel à me, neq; polluat in uniuersis prauaricationibus suis. Quandoq; uerò ob ueritatis odium, cum scilicet, quia affectibus nostris repugnat, minus amatur: de quo Paulus inquit de Antichristo loquens: Cuius aduentus est secundum operationem Sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigijs mēdicibus, & omni seductione iniquitatis his, qui pereūt, eò quòd charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent: ideo mittet illis Deus operationè erroris, ut credant mendacio, & iudicentur omnès, qui non crediderunt ueritati. Sunt hæc, & quàm plurimæ aliæ causæ, quibus in cecitatem cordis traduntur homines: sed inter has etiam illa non minima est, de qua diximus: quæ propter superbiam, & sui ipsius nimiam complacentiam à Deo immittitur, ut Paulus de sapientibus huius mundi inquit, quòd tradidit illos Deus in reprobum sensum. Et iterum scriptum est, Perdam sapientiam sapientium, & stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Nam hi sunt de quibus etiam inquit saluator: Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus. Quare magno pere hæc omnia nobis fugienda sunt, quæ non dubitamus magna ex parte causas fuisse defectionis tot millium hominum à uera fide & huius tam grauissimi Dei flagelli in tantarū hæresum pmissio: mittit enim Deus spiritū erroris, ut Paulus dicit, in eos, qui ueritatis charitatem reliquerunt: atque ideo (quod in hoc loco præcipuè admoneamus) desiderandum est nobis & uotis omnibus, atque conatibus agendum: ut si quasi homines errauerimus, saltè error excusabilis sit coram Deo, ut uel non imputetur nobis in peccatum: uel saltè non in grauissimum illud infidelitatis, & defectionis à fide. Exigit igitur hic locus, ut de his agamus specialitèr, non quidem circa omnia, sed quòd ad hanc causam, & tempora pertinet, circa fidem, & infidelitatè, uel hæresim: quæ uidelicet ignorantia, siue error sit circa ea quæ fidei sunt, qui non imputetur in peccatum infidelitatis & hæresis: uel saltè minus imputetur, & nonnullam excusationem habeat: qui econtra reum huius criminis, & defectionis à fide agat apud Deum. Multa quidè postulat hic tractatus: sed est nobis restringendus ad ea, quæ utilitati legentium prodesse possint aduersus horum temporū errores: cuius rei hinc nobis fundamentum fumendum est, & initium.

Cum hominibus difficilimum sit, & ferè impossibile, certum de peccatis iudicium ferre: quòd hoc proprium sit Dei. nec enim solum de alienis, quæ frequenter occulta sunt: sed nec de proprijs ullus est, qui in alteram partem tuè sententiam

2. Thess. 2.

Rom. 1.

1. Corinth. 1.

Cap. 7. Difficile est se iudicare, quando, quantumq; era

ver excuset, proferre possit ut scilicet aut absoluat, aut
 uel non: hoc condemnet: meritò enim Psalmus inquit,
 uerò maxi- Delicta quis intelligit? Facile pronunciare
 mè est de i- possumus, quòd homicidium priuata au-
 gnorantia. ctoritate, uel iniuste commissum, peccatum
 fit: quòd adulterium: quòd alienæ uxoris
 concupiscentia: quòd denique superbia, uel
 1. Corinth. 4. hæretis peccata sint, & quidem grauissima:
 sed hæc in cordibus nostris deprehendere
 quàm difficile sit, Paulus de se loquens nos
 docet, dum inquit: Nec me ipsum iudico,
 Nihil enim mihi conscius sum, sed non in
 hoc iustificatus sum. Si Paulus, nullius pec-
 cati sibi conscius, non audeat de se senten-
 tiam ferre absolutionis, quis hoc audebit?
 & ut intelligas, quàm facile se abscondant à
 nobis etiam propria peccata, uide quid in
 Apocalyp. 3. Apocalypsi loquitur Deus Laodicensi episcopo:
 Dicis quòd diues sum, & locupletatus,
 & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser,
 & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nu-
 dus: uide itaque quanta mala ita latebant
 hominem, ut etiam opposita bona se habe-
 re crederet: ideoq; post pauca dicitur illi,
 Collyrio unge oculos tuos, ut uideas. Paulus
 etiam post longum peccatorum catalo-
 gum, quæ nouissimis diebus tribuit, Erunt
 2. Timot. 3. inquit in nouissimis diebus homines a-
 mantes seipos, cupidi, elati, superbi, blasphem-
 i: & post multa similia tandem inquit, Ha-
 bentes quidem speciem pietatis, uirtutem
 autem eius abnegantes: in quibus confide-
 ra, quanta peccata sub specie pietatis sese ab-
 scondere possunt homini. Res igitur occultæ
 cum sit peccatum, & soli Deo satis possit
 manifestum esse, quantum sit, quantumq;
 possideat hominem, & quantum, atq; qua
 ratione obnoxium eum reddat poenæ, di-
 uinæq; iustitiæ: maxime uerò hoc de igno-
 rantia ipsa dignum est ut cogitemus. Quid e-
 nim obscurius ipsis tenebris ignorantia ue-
 rò quid aliud est, quàm mentis tenebræ? &
 quidem in omni peccato tantum est tene-
 brarum, quantum erroris (sine errore e-
 nim, & tenebris nullum omnino peccatum
 14. est) de hoc enim scriptum est, Errant qui o-
 Prouerb. 4. perantur malum. Et rursus, Via impio-
 rum tenebrosa: nesciunt ubi corruunt, & hac
 ratione sunt omnia difficilia cognita. at ue-
 rò ubi totum ipsum peccatum error est: cum
 scilicet contra fidem peccatur, totum est ob-
 scuritas & tenebræ, meritò illud Euangelij
 dicemus: Si oculus tuus fuerit nequam, to-
 tum corpus tenebrosum erit: si inquam ocu-
 lus, animæ ratio scilicet obscura sit, & per-
 fusæ tenebris: tota mens, uniuersæ eius partes
 & facultates tenebrosæ erunt. Si igitur erro-
 res circa fidem tenebræ sunt, & quidem gra-
 uissima: totam animam tenebrosam reddunt:
 qua luce cognosci poterunt, & manifestari?
 cum, ut Paulus inquit, Omne quod manife-
 statur lumen est. Itaq; ad liquidum, pleneq;
 scire quanti habendus sit error hominis, &

an meritò imputandus sit illi, solius Dei est
 scire: solus enim ipse nouit, quid sit in ho-
 mine: solus ipse agnoscat quantum in eo
 operatus sit: quantum infuderit animæ e-
 ius lucem: & denique quantum ex interna
 illustratione, externisq; operibus quisque
 teneatur agnoscere diuina dogmata & præ-
 cepta: quantum ipsa prædicatio & doctrina
 exterior hominum: quantum scripturæ le-
 ctio quemlibet astringat ad cognoscendum,
 & quando. Vnde de quibusdam erranti-
 bus ait, Si non uenissem & locutus eis non
 fuisset, peccatum non haberent: nunc au-
 tem excusationem non habent. Et post pau-
 ca, Si opera ait, non fecissem in eis, quæ ne-
 mo alius fecit, peccatum non haberent.
 Quæ de peccato infidelitatis, ut Augustinus
 inquit, dicta sunt: à quo excusari potuissent,
 Christo asserente, etiam non credentes: si
 non tanta opera & miracula uisissent. sed
 hoc solus Christus definire poterat, qui so-
 lus etiam nouerat, ut diximus, interna, ex-
 ternatq; omnia, quæ ad eos pertinebant, qui-
 bus accusari uel excusari poterant. Itaque
 certum de hac re, de qua propositum est a-
 gere, iudicium non est expectandum à no-
 bis: sed à Deo tantum, qui illuminat etiam
 tenebras nostras. Quod itaque timorem e-
 ius in nobis generare possit, & sollicitudi-
 nem excitare, ut cautè inter pericula ho-
 rum temporum uersetur, cupimus expli-
 care. & quidem quod nunc agimus de erro-
 re, atq; ignorantia circa fidem secundum di-
 uersos hominum status atque conditiones,
 debet etiam diuersimodè iudicari, atq; tra-
 ctari: aliter in his, qui fidem nec receperunt
 unquam, in quibus sunt Gentiles omnes &
 Ethnici: siue antequam audierint prædica-
 tionem Euangelij, siue post, quos quidem
 qualiter uel ante auditum Euangelium nõ
 excuset ab idololatria, quòd de uno uero
 Deo nihil audierint: uel excuset ab infide-
 litatis peccato, quia scilicet in Christum nõ
 credunt, quòd nihil de Euangelio nuncia-
 tum est eis: & denique post auditum quan-
 do peccauerint non credentes agitur à nõ-
 nullis: & sunt in hac parte nonnulla digna
 consideratione. Creaturæ ipsæ corporeæ,
 & naturale lumen accusant eos etiam, qui
 nihil audierunt: non solum de idololatria,
 sed de omnibus prorsus cõtra Decalogum
 peccatis: infidelitate uerò non peccant in
 Christum, atque Euangelium, nisi post præ-
 dicationem eius talem, ut merito eos cõ-
 ram Deo astringat. nam ut diximus Chri-
 stus inquit, si opera non fecissem in eis, quæ
 nemo alius fecit, peccatum nõ haberent, in
 fidelitatis scilicet: uerum hoc circa singulos
 iudicare, res ipsa ostendit, nostrum non esse:
 neque nunc de his infidelibus agere ad nos
 pertinet: sicut nec de obstinatis Iudæis: u-
 trosq; igitur dimittamus diuino iudicio, de
 quib. meritò illud est Pauli, Quid enim ad
 nos

Ioan. 15.

2. Corinth. 9.
 nos de his, qui foris sunt iudicare? Nōne
 de his, qui intus sunt uos iudicatis? nam e-
 os, qui foris sunt, Deus iudicabit. De his tan-
 rōm nobis agendum est, qui post susceptam
 fidem, postquam in militiam Christi iura-
 runt, errant circa illam: nec de his, quōd ad
 iudicium publicum Ecclesie pertinet, quod
 Paulus proximis uerbis illi tribuit, no-
 strum est hīc dicere: sed id tantū, quod ad
 interiora ipsa nostra iudicanda pertinet,
 tradere cupimus: non ut alius alium teme-
 re iudicet: sed ut quisque seipsum in timo-
 re contineat, & diligenter scrutetur, & con-
 sideret. hoc enim credimus primum esse
 antidotum aduersus horum temporum er-
 rores: ut ex proximē dictis satis ostendi-
 tur.

Cap. 8. Tria
consideran-
da circa er-
vorem fidei.
 Ut igitur hęc distinctē doceri, &
 facile teneri possint: tria nobis præcipuē oc-
 currunt, quæ meritō in considerationem
 uenire debent, quibus uel excusari uel accu-
 sari errantes possunt. Primum à re ipsa, quæ
 agnoscenda est, sumitur: claritas scilicet, &
 perspicuitas eius, quæ lux quædam est: uel
 e contra obscuritas, & difficultas eiusdem,
 quæ non aliud sunt, quàm tenebræ quæ-
 dam, in quibus latet res ipsa, quæ noscenda
 est. duo reliqua ex affectu, atque dispositio-
 ne discuntur: nec enim etiam circa ean-
 dem rem omnes discunt eodem sunt aut
 ingenio, aut affectu: igitur horum primum
 est studium discendi, labor, atque intentio
 animi, diligentiaque quærendi uerum, & re-
 cta in quærendo rem: & e contra ignauia,
 torpor discendi, negligentiaque, & præpo-
 stera ratio quærendi. hęc enim omnia pro-
 pria esse bona, uel mala discuntur constat.
 Tertium denique atque ultimum affectus
 est animi erga res, quæ discuntur: amor sci-
 licet, aut odium rerum ipsarum: præueni-
 ens frequenter studium agnoscendæ, di-
 scendæque ueritatis. constat enim & hoc non
 parum intelligentiam uel adiuuare, uel im-
 pedire: affectus enim ille præueniens ratio-
 nem, quo cupimus uerum esse id, quod pla-
 cet: & permittimus nobis ante plenam co-
 gnitionem amare, & cupere, ut id, quod pla-
 cet, uerum sit, excæcat oculos, impedit studi-
 um, & denique agit, ut omnia eō tendant,
 quod maximē afficimur: atque ita fit, ut quod
 perspicacior est acies rationis, quod solertior
 intellectus, quod acutior, & uelocior, eō mi-
 nus possit aliud cogitare, quàm quod maxi-
 mē cupit uerum esse: ad id persuadendum
 subtilissima etiam unde minus uidetur me-
 dia colligat, & contraria omnia acutissimē
 reiciat, & soluat. cum nōnunquam, ubi ma-
 ximus est affectus, etiam rudes, & hebetes,
 atque obtusi, acutissimi, & acerrimi fiant.
 Tria itaque hęc sint nobis ob oculos posita,
 quibus aut excusatur, aut arguitur magis, &
 augetur ignorantia, claritas, uel obscuritas
 rei, diligentia, studium, & rectus ordo uerū
 quærendi, & quæ his contraria sunt: denique

affectus ex præiudicio conceptus, quo scili-
 cet, antequam agnoscat ueritas, cupimus
 iam uerum esse: quod placet: de quibus iam
 sigillatim est dicendum.

Obscuritas quidē rerum, quas conamur
 agnoscere, non ea tantū credenda est, quæ
 ex rerum ipsarum natura in sese est: sed illa
 non minus, quæ non à rebus ipsis, uerū
 ab intellectus nostri imbecillitate orta est:
 qua fit, ut ea, quæ in se lucidissima sunt, &
 perspicua, nobis difficilissima cognitu sint:
 cum uidelicet eorum tantam lucem sustine-
 re non ualet acies oculorum mentis nostræ:
 ut uerissimum sit, quod philosophi ipsi di-
 xerunt. Ad hęc intellectum nostrum se ha-
 bere, ut oculus nocturæ aut uespertilionis ad
 solis lucidissimum lumen se habet. Quæ-
 dam nobis difficilia sunt cognitu ob suum
 ipsorum defectum propter proprias tene-
 bras, & ut ita dicam, ob propriam suam par-
 uitatem: quod enim minus quæcunq; res ha-
 bet perfectionis, & bonitatis, eō minus co-
 gnosci potest: non aliter, quàm minutissi-
 ma quæq; sensus nostros effugiunt. sic ma-
 teriam illam primam rerum omnium in-
 formem August. docet difficilem esse cogni-
 tu: quoniam propē nihil est, & si non sit o-
 mnino nihil. iam uerō Deus inaccessibilis
 lux est: Angeli ei præ cæteris omnibus con-
 iunctiores, & lucis pleni, tanquam specula
 quædam purissima in sese quidem perspi-
 cacissimi sunt: atque ideo multū excedunt
 uisus nostri uires. De his itaque nobis etiam,
 & quidem maximē hīc est agendum: quan-
 tō aliqua difficiliora sunt cognitu, quantō
 plus excedunt uires nostras, quantō minus
 sunt nobis manifesta: tantō eorum ignora-
 tia minus nobis imputari meritō debet.
 quantō manifestiora, & lucidiora sunt, tan-
 tō turpius ignorantur. sunt quidem omnia
 fidei nostræ mysteria nobis longē superio-
 ra, in altissima illa specula diuinæ naturæ,
 uel uoluntatis eius quàm longissimē à no-
 bis eleuata: de quibus meritō dictum est, At
 tenuati sunt oculi mei suspicientes in excel-
 sum: & illud, quod de Deo dicitur, Vnus-
 quisque intuetur procul: ecce Deus magnus
 uincens scientiam nostram. & quidem ad eō
 nostrum excedunt diuina omnia captum,
 ut non nisi altiori quodam, & ab eo nobis
 gratis infuso lumine agnosci possint. Deus,
 inquit Paulus, qui dixit de tenebris lumen
 splendescere, ipse illuxit in cordibus no-
 stris ad illuminationem scientiæ claritatis
 Dei, in facie Christi Iesu. Est quidem diuina
 quædam lux in scripturis sacris, in Prophe-
 tis, & Apostolis, quibus meritō Christus in-
 quit, Vos estis lux mundi: sunt in eis uerba
 diuina, à Deo scilicet eis reuelata, uerū nec
 huius lucis capaces sumus, nisi etiam acies
 nostra confortetur à Deo. Nec enim caro, &
 sanguis reuelat, sed Pater, qui in cælis est.
 Nemo enim nouit Filium nisi Pater, nec Pa-

Cap. 9.

Quanta sit
 dogmatum fi-
 dei claritas,
 quantumq;
 circa ea nūc
 errantes pec-
 cent.

Iob. 36.

2. Corint. 4.

*Pſalm. 25.**De moribus
Eccleſiæ ca-
tho. cap. 7.**Lib. de uera
religione.**2. Corint. 4.**Proverb. 4.*

trem niſi Filius, & cui uoluerit ille reuelare, non ſolum uidelicet oſtendendo, ſed nouū lumen, quo uideri tam lucida poſſunt præbendo. In lumine, inquit, tuo uidebimus lumen, & quidem miris, uarijsq; & innume- ris modis à principio ipſo, quo placuit Deo hominibus innotefcere, poſt lapſum maxi- mē humanæ naturæ egit, ut diuina ſua pau- latim nobis coaptaret: atq; ita oſtenderet at- temperans ſplendidiffimum illud naturæ ſuæ, uoluntatisq; & operum lumen captui infirmitatis noſtræ: atque uiſum ipſum, a- cciemq; noſtram exercens, & paulatim robo- rans: ne ſi ſubitò perſtringeret infirmos no- ſtros obtuitus lux illa ſplendida, reſugere- mus ad cōſuetudinem tenebrarum noſtra- rum. Igitur ex omnibus quæ ſecundum di- uerſa tempora diuina erga nos prouiden- tia operata eſt, quò ad ſe cognoscendum eri- geret, hiſtoria illa noui, & ueteris Testimen- ti contexta eſt: qua quibusdam doctrine gra- dibus ab infantia ignorantia, & ſtultitia, uſ- que ad uirilem prudentiam, ſcientiamque perfectam, & in hoc ſeculo, & in futuro per- ducimur: ita uidelicet, ut per illa omnia fi- des in nobis generetur, & coaleſcat magis quotidie: quæ ueluti opacitate quadam ar- borum, & foliorum: ſed pulcherrima, & a- mœniſſima diuina prudentia nobis coap- tat, quam ſequentes tanquam uiam quan- dam, quam nobis Deus ſtrauit, ut Auguſti- nus inquit, patriarcharum ſegregatione, le- gis uinculo, & prophetarum præſagio, & ſu- ſcepti hominis ſacramēto, & Apoſtolorum teſtimonio, & martyrum ſanguine, & genti- um occupatione peruenimus eodem teſte, incipientes ab humanis, & proximis, ab his ſcificet ipſis, in quibus cecidimus, & quibus hæremus corporeis, & trãſitorijs rebus, per- uenimus, inquam, à fidei quadã pueritia ab infirmitate, qua uix aliud, quàm carnalia nouimus cogitare: multò uerò minus ama- re, ad liquidiffimam cognitionem, ſcientia- amq; illam, quam per Eſaiam promittit cre- dentibus, qui ait, niſi credideritis non intel- ligetis: ea enim, non ſolum quæ fides nos do- cet impoſſibilia nō eſſe, ſed etiam conueni- entiffima Deo, eumq; maximè decencia ag- noſcimus, & uidemus: ſpiritualiaq; & cœ- leſtia, atq; æterna abiectis corporeis ominib. ac tēporalibus meditamur cum eo, q̄ dicit, non contēplantibus nobis q̄ uidentur, ſed q̄ nō uidentur. q̄ enim uidentur tēporalia ſunt: quæ non uidentur æterna: qui profe- ctus credentibus omnibus maximè debet cordi eſſe: ut in hac diuina ſchola non tor- peant, non dormiant: ſed ut Paulus inquit euigilent, ſicut filij lucis, & diei, non noctis, & tenebrarum. propter quod Sapiens iuſto- rum uitam luci ſplendenti confert, quæ pro- cedit, & creſcit uſque ad perfectum diem. profectus enim ipſe quodammodo ſcriptu- ræ Sacræ Dei illa continua magis, magisq;

ſe, ſuaq; manifefandi nobis cura, ſatis o- ſtendit: quantum ad proficiendum in hac luce cōari debeamus: & ad id nos adiuuat cōnatus ipſe, laborq; ſanctorum omnium, qui nobis faciliora multa fecit: ita ut poſt Apoſtolorum prædicationem, poſt marty- rum ſanguinem, & conuerſionem mundi, gentiumq; omniū ad fidem, quibus illuſtra- ta ſunt nobis multò magis myſteria fidei, aucta; diuina cognitio, quàm fuerit olim antiquioribus patribus, ut dicamus meri- tō, Super ſenes intelleximus: & illud Pauli ratione quadam nobis uſurpemus, Alijs ge- nerationibus non eſt agnitum filijs homi- num myſterium Chriſti, ſicut nunc reuela- tum eſt: nec ſolum his, ſed & ſequentium pa- trum ſanctiſſimis lucubrationibus, & uigi- lijs, indefeſis epiſcoporum, aſiduiſq; præ- dicationibus, grauiffimorum conciliorum auctōritate, & definitionibus multò aperti- ora, multò manifefiora facta ſunt nobis myſteria fidei: & errorum, hæreſumq; di- uerſarum nebulæ, & caligines diſſectæ: dum tanta lumina patrum, & conciliorum no- bis acceſſerunt, quæ eſſi rebus ipſis illuſtran- dis neceſſaria nō eſſent, nobis tamen quàm plurimum profuerunt: reddideruntq; om- nia ad æternam ſalutem neceſſaria manife- ſtiora, atque certiora: ut meritò nunc, ſi illa ſpectemus patrum lumina, non ſolum iam præceſſiſſe noctem, atque reſeſſiſſe, appropinquaſſe uerò diem, ſed etiam profeciſſe diu, multumq; iam, & ad meridianam il- lam lucem appropinquaſſe lucem Eccleſia- ſticæ doctrine nō dubitemus. Quamquam heu ſocordia noſtra, & peccatis factum eſt, ut cœperit iam adueſperare, & inclinari dies ille fidei atque doctrine Apoſtolicæ: & impletur in nobis illud Eſaiæ: Impigimus meredie, quaſi in tenebras. Sed non propte- rea Eccleſiæ doctrina non profecit, non lu- cidior facta eſt tantorum luminum illuſtra- tione: ut etiam propter hoc illud ſit uerum, lux in tenebris lucet, ſed tenebræ eam non comprehendunt. Iam igitur hæc colligen- tes ad id, de quo agimus, quantum confe- runt, intueamur. Diuina myſteria, fidesq; quæ à principio orbis manifefari cœpit ho- minibus, uſque ad nos quotidie illuſtior facta eſt, & manifefior: circa illam igitur er- rantes eò magis peccant. Sicut itaque, qui poſt Chriſtum, & Apoſtolicam prædica- tionem circa fidem gratiæ eius errant, inexcu- ſabiliores ſunt his, qui uel ſub lege tantum, uel ante plenam prædicationem Apoſto- rum errarunt. Sic qui nunc poſt Auguſti- num, poſt Hieronymum, Athanaſium, & cæteros Patres, poſt Nicenum, & tanta alia concilia circa eadem errant: multò ſunt maiori reprehentione digni: & pec- cant ſimul in omnia: in Chriſtum, in Apoſtolos, in Martyres, in ſanctiſſimos Patres, in Concilia, & in totum or- bem.

Eph. 3.

be. Si illis patribus uisum fuit iam tunc suo tempore post auditam in uniuerso orbe Euangelij prædicationem, post confirmatam fidem tantis miraculis, tot martyrum sanguine, tot sanctissimorum hominum exemplis: post deniq; imperatorum ipsorum, & totius humanæ sublimitatis subiectionem non esse de fide, tanquam de nouella re disputandum, nimiamq; & inexcusabilem ignorantiam esse circa tam certissima, & cõpertissima errare: quid nunc nobis cogitandum est de his, qui adhuc circa hæc ipsa nõ solum multa in dubium reuocant, quæ iam diu constituta sunt: sed etiam contraria planè affirmant, errâtes quidem, & nescientes: sed minimè excusabiles, quippe qui ingrati sunt luci ipsi, & splendori diuinę gratiæ: dū nolunt agnoscere quāto Dei beneficio, quæ ad salutem nostram, & fidem pertinent, facta sunt in dies lucidiora? Quid enim aliud agunt, qui de omni re, de qua aliquando, aut ab aliquo dubitatum fuisse agnoscunt, uolunt & ipsi non solum dubitare, non curantes, quòd postea beneficio Dei in Ecclesia liquidissima luce explicatum est, & cognitum: sed etiam contrariū statuere, & obstinatius sequi: quid inquam agunt, quàm diuinæ ordinationi, & prouidentię in sua gubernanda Ecclesia repugnare? cur enim putamus Deum tot hæreses permisisse in ecclesia? cur nullum non mysterium fidei sustinuisse à prophanis exagitari, nisi ut, sicut Paulus inquit, qui probati sunt, manifesti fiant: & illa aduersariorum impugnatione, & fidelium, piorumq; diligentia manifestiora fiant omnia? Non igitur iam sine graui etiam culpa dubitari, aut errari potest circa omnia, circa quæ olim dubitatum fuit, aut erratum. Nunquid excusabile erit nunc reuocare in dubium hæreticorum baptismum? circa quem tamen Cyprianus sanctissimus errauit: nec tamen error illi perniciosus fuit, aut exitialis. Sic de celebratione Paschæ, sic de quibusdam libris canonicis: cur quæ definita sunt in Ecclesia, & illustrata propriis tenebris rursus obscurare conantur nauatores, eò minus excusabiles, quòd sibi sapientiores uidentur, & specie sapientiæ, atque antiquitatis & decipiuntur, & decipiunt. prouisi ad inquietandos simplices, faciles ad dubitandū de omnibus, & difficiles ad consentiendum bonis, atq; modestis? Igitur si hæc omnia uera sunt: si lux splendidissima fidei non permittit nos præter grauissimā, & inexcusabilem culpam circa eius dogmata errare: magna nobis est cautela nunc uiuendum, & magno timore salutis nostrę curandum: ne errantiū tenebris inuoluamur. Non est nouum, non est in consuetum in ecclesia, sed frequentissimum in maiori lumine, & splendore grauius, magisq; errare eos, qui semel cõeperint errare: id quod ratio ostendit. Necesse est enim, ut quòd maius

est lumen, maiores sint tenebræ, quæ illo non superantur: & quòd magis splendet ueritas, maior sit cæcitas, quæ illi opponitur. Certè circa diuinam naturam, eiusq; opera multò magis errarunt, qui post Euangelicā prædicationem diuersas hæreses pepererunt: quàm qui uel sub lege, uel etiam sine lege deuiarunt. Valentiniani, Manichæi, & similes maiora portenta, & indigniora de Deo cogitarunt, quàm ipsi etiam gentiles: non igitur mirum si aucta luce dogmatum in Ecclesia maior sit errantium cæcitas: atq; ideo inexcusabilior: meritò igitur summa diligentia nunc præcipuè nobis omnibus fugienda:

Hęc quidem in uniuersum de erroribus omnibus præsentibus maximè sint nobis data: uerum sunt in eis gradus quidam: nec enim omnes errores æquales sunt, sicut nec omnium eadem est perspicuitas: sunt alia alijs euidetiora, & circa ea eò perniciosius erratur, quòd lucidiora sunt, quos quidem gradus difficile, aut certè impossibile est in uniuersum discernere. Sed nec id opus est huic proposito: quis satis poterit uniuersa colligere dogmata, & uniuersos circa illa errores? & quis, quę inter dogmata lucidiora, quiq; inter errores crassiores sint, definire ualeat? satis fuerit, cum de quocunq; agitur dogmate, aut errore, illius lucem, & huius tenebras, quantum fieri poterit explicare: ut non solum quàm sit falsus error, quàm lucida ueritas ostendatur: sed etiam prematur lucis testimonijs ingenia superbiora, & ipsè illustrètur humilia: ut quàm sint culpabiles errâtes, quàmq; inexcusabiles apud Deum ostendatur. Quòd si nunc nobis circa omnes præsentium temporum, & eorū, cum quibus agimus, discipulorum Lutheri errores agendum esset, multum excederet modum hic tractatus, & rationem etiā eorum, quæ nunc agimus. Non enim de singulis erroribus nunc institutum est dicere: non suscepimus omnes confutare secundū proprias suas causas & rationes, sed communi omnibus ratione, quàm sint inexcusabiles eos sequentes conamur dicere, ostēdentes aduersus quantam, quàm constitutam, antiquam, & lucidam doctrinam sint omnes: utpote qui cõtradicant fidei fundatissime, & uel antiquitate ipsa robustissime, & in uniuersum omnibus lucidissimis omnium temporum luminibus. Si quid tamē de his lucis gradibus, & contrarijs eis tenebris dici potest, quòd horum tenebras ostēdat, & errantes quàm sint inexcusabiles manifestet, illud est, qd cum sint inter hæc & lumina, & dogmata alijs alia lucidiora, sicut alia ab alijs illustrantur. Horū temporū errores cõtra manifestissimam ueritatē sunt. Si n. Brëtio, suisq; dixerimus: An qui hodie circa mysterium incarnationis Christi, ueritatem diuinitatis eius non agnoscunt, cum

Cap. 10. Alii alijs lucidiora in Ecclesia doctrina: sed circa omnia inexcusabile esse errare.

Nestōriō & Ario: uel ueram carnem cum Manichæo, & Apollinari negant: aut utrum que cum Eutyche te confundunt excusari possint: profectō clamabunt post tantam lucem scripturæ, & conciliorum grauissimorum: post tot seculorum consensum inexcusabiles esse, & meritō grauissimi criminis, & hæreseos reos coram Deo & Ecclesia: si inquam illis uideatur horum dogmatum tanta lux esse, ut adhuc errare, non sit aliud quam odire lucem, & amare tenebras: cur permittunt sibi circa alia disputare, & cense re contra nō minus lucida, non minus scripturæ, conciliorum, & seculorum consensu itabilita, quam sint illa? Virginitatem enim gratam esse Deo, & cœlibatum, & hæc digna esse remuneratione æterna, cultumq; ei gratissimum scriptura, concilij, & consensu totius Ecclesiæ, addo & ratione ipsa omnium gentium testimonio agnita, confirmatur. Nam ut illa omittā, quæ ad scripturam, concilia, & omnium temporum consensum pertinent, quæ notissima sunt: certē uestales uirgines Romanorum & aliarum gentium testimonio sunt, naturæ rationali inditum esse, uitam cœlibem dignam esse honore, dignam anima rationali, & in corpore in corporeæ, spiritualisq; uitæ meditationem esse. Nōne igitur meritō inexcusabiles sunt hæc negantes? non minus, quam qui alia circa Christum negant? eadem ratione & de quam plurimis alijs horū erroribus ostendere possumus: sacrificium missæ, inuocatio Sanctōrum, pro defunctis suffragia, & orationes: non minus confirmata sunt, & stabilita antiquissimo consensu, quam priora illa. Cur ergo propter obfuscas ab hæreticis tenebras, non certē in res ipsas, sed super corda auertentium se à diuina luce obscuriora putabimus ea, quam alia, quæ eodem lumine perfunditur? Anabaptistis baptisimus paruulorum ignoratur: & tamen quam est manifestus Lutherani? Zuinglij latet ueritas sacramenti altaris: sed quanta luce, quamq; antiqua manifesta est. Non itaq; patiamur ob errantis cuiuslibet excitate obscurari nobis tam manifestissima lumina, nec minus turpiter credamus agere, uel magis excusabiles esse, quos nunc uidemus errantes, quam qui olim errabant: sed multo magis. Certē tā lucida est fides, tam illustrata dogmata omnia: ut in tanta luce aut uix, aut nullo modo citra grauissimam culpam errari possit. Quāquam enim quædam magis explicata sunt, & concilij definita, quam alia, de quibus nunquam actum est, aut controuersum, (hoc enim non parum addit luminis) tantus tamen, tamq; diuturnus consensus Ecclesiæ, tam lucida cuncta eius dogmata efficit: ut meritō inexcusabilis credatur omnis contra illa error. Adde quod nō hæc altissima sunt, & inaccessabilia, ut mysterium trinitatis: sed ipsi rationi consona,

& peruia, sacrificare Deo: cœlibatum offerre: Inuocare Sanctos, ut amicos Dei, &c.

Sed ut de his gradibus specialius aliquid dicamus, quod hæc tantam cæcitatem ostendat: illud certē constat, eā esse lucidiora, & apertiora nobis, quibus alia illustrantur & confirmantur: ut uerbi gratia dicamus, cum per scripturam docentur & probantur, quæ in dubium ueniunt, necesse est, ut ipsa lucidior sit, magisq; nobis cōspicua, & manifesta cæteris omnibus, ad quæ docēda & illustrada adducitur. Necesse est enim, ut si de aliqua scriptura dubitari cœperit, multo magis de illis omnibus dubitetur, quæ illa confirmantur: ut ex Augustino factis ostensum est. Quoniam uerō scripturam ipsam Ecclesia nobis tradidit, ut certissimū est, eiusq; testimonio nobis diuinam esse reuelationem constat: meritō necesse, ut Ecclesia primō, magisq; nobis sit cognita: Quare Augustinus, ut explicatum est superius, nō dubitauit dicere: quod si ei auctoritas Ecclesiæ dubia fieret & incerta, mox de tota scriptura dubitaret. meritō igitur Deus, qui salutem nostram, & eidem Ecclesiæ nunquam deest, ipsam præ cæteris omnibus perspicuam & manifestam reddidit nobis, qui Apostolorum prædicationem nō audiuimus. Hæc enim sicut tempore prior fuit Ecclesia, à qua & orta est: sic illustrior, & præ cæteris manifestior fuit. de qua Christus primō dicit, Ne mo accendit lucernam, & in abscondito ponit, sed super candelabrum, ut luceat omnibus. iam uerō nobis omnibus, qui succedimus Ecclesiam, ut primum, manifestumq; externum lumen Deus dedit: quod supra factis ostendimus ex illis Euāgelicis uerbis, si dixerint uobis, Hic est Christus, aut illic, nolite credere: & ubicunq; fuerit corpus, siue cadauer illuc congregabuntur & aquile, ubi & testimonia patrum certissima huius rei adduximus, in quibus omnes agnoscunt ecclesiam Christi ciuitatem illam esse super montem positam, de qua Christus inquit, quod non potest abscondi. quare meritō eius tam manifestissimo lumine cætera nobis illustrantur fidei mysteria: nobis inquam, dixerim, quibus diuina & lucidiora minus comprehensibilia sunt. quare omnia hoc ecclesiæ lumine attempërata tradita sunt à Deo: dum ipsa nobis in magistram, columnamq;, & firmamentum ueritatis ab eo data est, cuius magisterium, ut Dei ipsius in ea loquentis uocem, audire debeamus, Ecclesia cathedra est, & schola cui præsidet Christus: Vobiscum, inquit, sum omnibus diebus: præsidet, inquam, per spiritum illum suum, per quē & omnia docet: ille, inquit, docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixerō uobis. Quis uerō non intelligat, cuiusuis doctrinæ discipulis primō omnium agnoscendam esse scholam, cathedramq; magistrum, atq; uocem ipsam: quæ omnia

Cap. 11.
Quam inexcusabilis error, Ecclesia non agnosce-
re.

Corra epist.
fundamentum.

omnia in ecclesia sunt. Credat quisque ut uolet, & quantum uolet euoluat scripturam, perfrutetur, & penetret, doceatur: certe si extra Ecclesiam id agit, alienus est à schola Christi, etiam si sanguinem fundat pro illo, infidelis est omnino: & ut August. inquit, qui quod uult credit, quod non uult, non credit, qui eorum, quæ ecclesia docet, hoc suscipit, illud rejicit: non ecclesiam, atque ideo nec Deo, sed sibi credit. Nulla igitur in eo uera fides: non credit illi, de quo scriptum est, Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: non est filius Abraham, qui est pater omnium credentium: non est hæres iustitiæ, & promissionis Abraham, & extra domum agnum comedens ad populum Dei non pertinet. & ideo omnino alienus est à capite, qui corpus non agnoscit: & à doctrina, qui locum ignorat, & uocem doctoris. Qui igitur ecclesiam primum à nobis agnoscere uoluit, lucidissimam effecit: atque ideo non dubitamus nullum eorum, qui Christo nomen dederunt, excusari posse ab ea agnoscenda. hunc errorem, quo uera ignoratur ecclesia, uel falsa pro uera suscipitur, inexcusabile omnino asserimus: sine quo omnem alium meritò excusabilem ab hæresis & infidelitatis crimine credimus, quamdiu ecclesia agnoscitur, & uera habetur magistra, errari potest: uel quia nondum illa certum aliquid docuit: uel quia nobis notum non est quare in omni errore quicumque ecclesiam agnoscit, expectat, & uel querit, uel desiderat eius iudicium. circa quæ peccari quidem potest, dum minus, quod ratio exigit, queritur sententia ecclesie, minus desideratur: sed longè hæc ab hæresi, & schismate, quæ ab Ecclesia separant, habent etiam in ore schismatici, & hæretici ecclesiam, & ueram ecclesiam semper clamant: sed si illam non uident, quæ supra montem positam abscondi non posse Christus dicit & agnoscunt omnes patres: si inquam illa hic esse, aut illic: si in penetralibus, & secretis, tãquam iustorum tantum, uel prædestinatorum sit & ideo soli Deo cognita clamant: aperte se produunt cæcos, & alienos à lumine fidei, frustra quæ cum eis agetur, nisi prius Deus lumem infuderit, quod primam, manifestissimamque lucem fidei à Deo nobis datam intueantur. Meritò de his Paulus inquit, quod peccant, cum sint proprio iudicio condænati. quod rogo alio proprio iudicio, quod eo, quod iudicant ignota esse ecclesiam, incertam quam audire debent, & in omni fidei dogmate magistram habere: certe in schola Christi non minus dubitates de ecclesia rejiciendi sunt, & omni alia doctrina iudicandi indigni: quod in scholis philosophorum excluduntur, qui prima lumina, dignitatesque illas maximas, & principia non agnoscunt: & sicut in illis, quod hæc suscipiunt, si in alijs errauerint, emendabiles sunt: sic omnino in fide qui ecclesiam agnoscit, si errauerit, emendabilis est, & facile aut reducitur ad uiam, aut continebit se, & fouebitur in scho-

la Christi. Qui tamen aiunt ueram ecclesiam sequimur: illi nos adiungimus, nec tamen nobis nota est, nec illam agnoscimus, quam uniuersus agnoscit mundus, & res ipsa declarat Apostolis succedere: quod inquam successio nem hanc, & consonantiam doctrinæ, & unionem cum uicario Christi, de quibus primo loco diximus, non certissima fide tenent, conuincuntur ignorare principia, & quæ Christus abscondi non posse dicit, eis esse abscondita: ex quo fit, ut oculis carere aperte conuincantur: suoque hoc iudicio necesse est, aut illos inexcusabiles esse, aut uerba Christi de ecclesie sue perspicuitate, & luce falsa. Quomodo, rogo, excusari potest, qui non uidet aduentum, & presentiam Filij hominis, ut Christus inquit, qui sicut fulgur totum illustrat orbem, ab Oriente, inquit, egreditur, & apparet usque in Occidentem. Crassissimus est hic error, & maximus: ignorantia est rei maxime, & à Christo primò nobis manifestata. Quomodo ergo in hanc incidet, nisi qui sibi ipsi subtraxerit lumen? Sunt quidem occultissima Dei iudicia, & incomprehensibilia nobis, quæ ipsi referuata sunt: illud tamè non dubitamus post baptismum susceptum, post agnitam semel ecclesiam, eiusque uel ex parte aliqua doctrinam, non sine magno diuinæ gratiæ, atque lucis contemptu, & iniuria, in tãtas tenebras, quibus ecclesia occulta fiat, incidi posse. Ipsi, inquit scriptura, fuerunt rebelles luminis. Et rursum, Verterunt ad me terga, & non faciunt. Hæc igitur ignorantia: hic error omnium errorum origo, & mater: omnes alios continet, & inexcusabiles reddit: sicut econtra si abserit, reliquos omnes facile excusantur. Utamur hoc loco Cypriani exemplo, de quo satis superius uisum est, & conferamus illud cum Donatistis: Ille repetendum hæreticorum baptismum iudicans, & errans, quia certam ecclesiam, manifestamque nouerat, non ideo dixit, non est hæc ecclesia, quæ aliud sentit, non sunt hi ueri successores Apostolorum: atque ideo non se separauit, nec alios à comunione sua abiecit, quos nouerat, et certò intuebatur in unione unius manifesti corporis Christi permanere: errare potuit, sed præter hæresim, præter peccatum. Quid uero Donatistæ? Primò se ab ecclesia separarunt non negantes unam, ueramque Christi Ecclesiam: sed hoc agentes, ut quæ illa esset in dubium uerteretur: dum non apud reliquos omnes episcopos, & populos quos sacrorum librorum proditores, uiolatoresque fidei, & multis irritos criminibus causabantur: sed apud se, quod sibi mundi uidebantur, ecclesiam dicerent esse. Itaque non quod ecclesiam Christi negarent agnoscendam esse matrem: sed hoc duntaxat nomine, quod illam occultam, & incertam ita facerent, ut in suo tantum angulo crederetur esse, damnati sunt. Idemque error de baptismo hæreticorum repetendo, quod Cyprianò imputatus non est, illis perniciosus fuit, & inexcusabilis. Quod si cogitemus aperte, no-

bis ostendit Lutheri, suorumq; speciē, & explicat, q̄ sit error hic, q̄ ignoratur ecclesia. Hi n. ecclesiā prädicant, glorianturq; se ad eā pertinere: at uerò nostrā, nosq; oēs infamant, ut olim Donatistę desertiōis Apostolicę doctrinę, & multorū aliorum criminū, quę nunquā probarūt, sicut Augustinus de Donatistis inquit: Atq; ita occultā, & incertā ecclesiā faciunt, peccātes in prima ipsa principia: Eam. n. Christus abscondi non posse dicit: hoc noiē illis peiores, quōd iuxta ipsorū dogmata, nec apud eos dici possit certō esse ecclesiā. Cū. n. ex prędestinatis tantū illam ueram, firmamq; ecclesiā doceant cōstare: necesse sit, ut nulla hoīm in hac uita cōgregatio cognosci possit ea esse: siquidē de nullo certō in hac uita cōstitui potest, q̄ sit prędestinatus. Lōge itaq; sunt ab exēplo Cypriani. Probent igitur nos dānatum aliquē errorem in ecclesia sequi, & fatebimur iustē nos ab eis reprehēdit: aut si hoc nō possunt, si q̄s errores dicūt, dānati nō sunt, expectēt iudiciū ecclesię. nam nos nullū nisi ex hoc ecclesię iudicio dānatum reiicimus. Agnosceimus. n. certā, & manifestā ecclesiā, quā illi incertā, & occultā dicentes in omnibus alijs non eius: sed propriū iudiciū se sequi manifestant. Peccant itaq; & errant in manifestissimā lucem.

Cap. 12. Error crucifixum Christi quam inexcusabilis.

Ioan. 7.
Luce 7.

Ioan. 7.
Matt. 12.

Huic errori illū ego similitū dixerim, de quo loquitur Brentius, sacerdotū, & scribarum, qui Christū non agnouerūt: sed potius in mortē eius conspirarunt, de eo meritō nobis dicendū est, ut is de quo agitur detegatur magis. Errorē igitur illū, quo Christum nō receperunt principes sacerdotum, & plebis Iudaicę, lux illa tanta doctrinę, miraculorum, uirtutisq; efficacissimę, qua in animas ipsas operabatur Christus, uitę eius modestia, patientia, & simplicitas inexcusabilem manifestissimē fecerunt. tanta. n. singula horum erant, ut cōiuncta omnia omnem superarent, & subijcerēt sibi rationem, & auctoritatem. Christus cū uenerit, dicebant uidentes miracula, Nunquid maiora opera faciet? Et iterum, Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus uisitauit plebem suam. De doctrina, nūquam sic locutus est homo, dicebant audientes: Quę tam efficax erat, ut omnium aduersariorū obturaret ora, & silentiū imponeret: ita ut nemo posset respondere uerbum, nec auderet quis eum amplius interrogare. Vitę uerò tanta erat innocentia, ut & Pilatus sciret, q̄ per inuidiam tradidissent eum: & latro clamaret, hic nihil mali fecit. hęc omnia tā publica, tam manifesta, tam lucida, quę oēs conuincebant, & superabant, in se quidem tanta erant efficaciaz, ut nullus, nisi qui resisteret tā perspicuę luci, posset nō cedere. Si uerò scripturis prophetarū, in quibus oēm spem suā populus ille meritō collocauerat, coniungatur, multō erant efficaciora, & do-

ctos maximē illarū scripturarū ita conuincebāt, ut inexcusabiles omnino redderent: adēdō ut mirāda sit tāta cęcitas hominū, mirandam inquam, q̄ in tāta luce potuerit q̄s cęcutire. Ita inquit Christus, Si opera nō fecissent in eis, quę nemo alius fecit, peccatū nō haberent: Nunc autē & uiderunt, & oderunt & me, & Patrē meum. Et iterū, Viri Ni-niuitę surgent in iudicio cū generatione ista, & cōdemnabunt eam (loquitur uerò de Iudæis incredulis) quia pœnitentiā egerunt ad prädicationem Ionę: & ecce plus q̄ Ionas hic. Regina Austrę surget in iudicio cū generatione ista, & cōdemnabit eam: quia uenit à finibus terrę audire sapientiā Salomonis, & ecce plus q̄ Salomō hic. De testimonijs uerò prophetarum inquit, Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitā habere: quia illę testimoniū perhibent de me. Et, si crederetis Moyse, crederetis forsitā & mihi: de me enim ille scripsit. Meritō igitur hanc tātam cęcitatē principū liber Sapientię damnās, cōsiliūq; eorū in morte Christi, referēs hęc inquit, Cogitauerunt, & errauerunt, ex cęcauit. n. eos malitia eorū, & nescierunt sacramēta Dei. Igitur tam manifesta repugnātia lumini principes quidē, & doctores non minus reos fecit: sed multō magis apud Deum, q̄ si cognitum fuissent persecuti. Noluerunt. n. intelligere, ut bene agerent, quare etiam si nō intellexerint, aut minus intellexerint, reputantur fecisse contra agnitam ueritatē, sicut Diabolus ipse, de quo tamē, & mēbris eius Paulus ait, Si cognouissent nūq̄ Dominum glorię crucifixissent. Et nihilominus Christus in parabola colonorum uinę inquit illis, quod dixerūt, Hic est heres, uenite, & occidamus eū, & nostra erit hęc ditas: dixerunt, inquit, intra se uidentes filiū. Huic igitur tam manifesto, & aperto errori nullus nō solū tenebatur credere cōtra Christum, uerū Messiam, uerum illum prophetam ipsis per Moysen promissum cū tam graui diuinā cōminatione, Qui autē uerba eius, quę loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Non itaq; solū non tenebantur credere: sed potius tenebantur contradicere, & debuerant quidē aut id apertē facere, aut saltem sese separare à tanto scelere.

Et quanquam, qd̄ superius diximus, hoc nihil promissionē diuinā de ueritate, & certitudine doctrinę illi populo promissę presentē iam Christo impedierit: tamē quia adhuc non manifestū erat omnibus, nō explicatum cessasse iam ueterum illorum sacerdotum, sacramentorum, & sacrificiorū necessitatē, & uim, quā obligatū tenebant populū, quanquam iam presens erat Christus, nec à sacerdotibus illis pēdebat auctoritas doctrinę, sed ab illo: quia tamen nondum apertum erat, nec sacerdotes illi, & doctores publicē depositi à gradu, multos ex simplicibus,

Ioan. 17.

Luce 16.

Ioan. 7.

Sapient. 11.

1. Corinth. 14.

Matth. 26.

Deut. 18.

Cap. 12. Quę quantū excusabiles fuerint in talibus locis.

bus, & infirmis plebis, & ex alijs excusauit apud Deū auctoritas illa principū: quos & Christus ipse excusat apud Patrē. Ignosce, inquit, illis, quia nesciūt, qd faciunt. Et Petrus, Et nunc inquit fratres scio, qd per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri. Relinquamus diuino iudicio, quantum & quousq; excusati fuerint: multipliciter. n. fieri potuit etiam si peccauerint, ut scilicet uel rei nō essent sanguinis ueri sui Mesiā, & filij Dei: hoc est, nō haberēt apud Deū, ac si cognouissent, & Mesiā eum esse, & Dei filium quē occiderunt: sed tantum ut homicide inculpato, & iusti hoīs, aut certe alicuius prophete, uel forte, ut etiā si illius grauisissimi sacrilegij rei essent, nō tamen eo usq; imputaretur eis, ut propter illud traderentur in reprobū sensum, uel predicatio euangelij, & donum fidei eis negaretur: sed potius misericordia Dei, Christi merito, atq; oratio illos cōuerterit: qd non dubitamus multis illorū, q̄ cōfenserūt morti eius, & illudebāt ei crucifixō datum esse: cum ad predicatōne Apostolo rū Hierosolymis tot milia cōuerterentur: in ter q̄ constat fuisse illos, de quibus & Lucas ait, q̄ multa turba sacerdotū obediebat fidei. Quacūq; itaq; ratione, & quocūq; gradu excusati fuerint: constat tamen excusatos eos esse ignorātia, & qd satis Petrus illis uerbis innuit, eos præcipue q̄ alios secuti sunt, q̄ sacerdotum, & maiorū sententiā ignorātia magis, q̄ malitia cōfenserunt. Per ignorantiam, inquit Petrus, fecistis, sicut & principes uestri: imitantes scilicet, & sequētes eos. Vtriq; igitur ignorātes fecerūt: sed longē alia ignorātia eorū q̄ uoluerūt intelligere, quos Christus in sua oratiōe nō est cōplexus: sed potius oratio illa Psalmi ex persona Christi dānat: obscurētur oculi eorū, ne uideat: effunde super eos irā tuam: appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & deleatur de libro uiuentiū: alia illorū, pro quibus dicit, ignosce illis. Ex quibus colligamus iam que sunt huic loco accommoda: Ignorātia illa, & error nō agnoscendi Christi, ob quā meritō ludēis exprobrāt propheta maiore stupiditatem q̄ bestiarū, Cognouit (inqt alius) hos possessore suū, & a finis præsepe domini sui: Israel autē me nō cognouit. Et alter, Miluus in celo cognouit tēpus suū, turtur, hirundo, & ciconia custodierūt tempus aduentus sui: populus autē meus nō cognouit iudiciū Domini. Ignorātia in quā hæc summa, & inexcusabilis, similitima est ignorantia, quā ecclesia nescitur, nō agnoscitur, quā corpus eius est, & spōsa, quam & in hoc seculo sic ornata, illustrat, & decorat: ut si bi sit q̄ similitima, & ipsam nobis exhibeat, lo cumq; eius teneat: unde & is, de q̄ pater inqt contemptoribus eius, ego ultor existā: dicit de ecclesia, Qui eam nō audierit, sit sicut ethiops, & publicanus: eamq; inhabitat, sibiq; fide unitam tenet, & in futuro seculo indif-

solubili uinculo charitatis perfectę eam sibi connectit, & suę glorię participē facit. Itaq; nusquam Christus sine ecclesia est: nunquā sine eā cognosci uerē potest à nobis, quibus eā magistrā dedit. Maxime uerō hoc illi debent filij, ut ipse inquit, nuptiarū, filij spōsi, q̄s scilicet ex eius utero per baptismi semen regenerauit in spem illā uiuam hereditatis incorruptibilis. hæc ecclesia, quæ corpus est eius, oīs Christi doctrina loquitur, oīs Apostolorū predicatio manifestat: sanguis martyrum decorat doctorū, & sanctorum oīm sermo, & uita illustrat, quæ omnia illā nō agnoscēs manifestē negat. sicut itaq; Christo docete, & prædicāte à cognitione eius pēdebat oīm salus: ille erat oibus alijs prophetarū, & legis luminibus manifestior: sic & nūc ecclesia eius est eorum, quæ sunt salutis nostre, totiusq; doctrinæ, & luminis parens, & uerē mater: cetera oīa, que in ea sunt, ipsa nobis ostendit, & manifestat. Itaq; reuera post Christū, ipsa manifestior, & lucidior est ceteris: imō cū ipso Christo ita cōiuncta: ut q̄ eā ignorant Christum ignorare cōiungantur, & illam incertam, & obscuram conātes efficiere meritō crucifixoribus Christi cōferamus, qui tantū lumē obscurare conati sunt, & ex Christo, uereq; sanctorum oīm sancto in oculis plebis maximum scelerorum omnium efficiere: sic & aduersarij ecclesię dū tanto eius lumini clauerunt oculos, ex spōsa castissima Christi, ex immaculata, ueraq; ecclesia, conantur in oculis suorum efficere inhonestam, & abominandā, ut ipsi dicunt meretricē. Quāta igitur Dei ira digna est tāta blasphemia, & ignorātia tantæ lucis, q̄ inexcusabilis? sed nō desunt, & illis rationes, atq; illæ quidē haud inefficaces, quibus mouere possint, imō & persuadere: quid mirum: nec defuerunt Christi crucifixoribus suæ rationes, quibus persuaserunt populis, ut Barrabam dimitti peterent, & sanguinē Christi tanquam magnū prestantes Deo obsequium peterēt. Nō est ecclesia supra Christum: si eum persecuti sunt, quid mirum, si persequantur ecclesiā? si nō desuit, quod aduersus Christum exciperent excacati malitia eius persecutores, quod simpliciū oculos fallere possent? quid miramur si nō desit aduersarijs ecclesię, & coniuratis hostibus, quibus illam infamerūt, in oculis simpliciū: sed q̄ falso, q̄ sine ulla excusatione, uel id ostēdit, q̄ primam illam, & antiquissimā ecclesiam sub discipulis primis Apostolorum nō agnoscunt non errasse: sed potius tribuunt illi erga cultū Dei errorē: agnoscunt. n. in ea, uel teste Dionysio, usitatū fuisse externum christum: sed dicunt illud pertinere ad elementa mundi huius, quæ Paulus Christianis docet illicita esse. Si mortui inquit estis cū Christo ab elementis mundi huius, quid adhuc tanq; uiuentes tenemini? & partim etiam petitum esse ab unctioibus ethnico-

Acto. 3.

Acto. 6.

Cap. 4. Ignorare Ecclesiam quam similiterrum crucifixiū Christi. Esa. 1. Hierem. 8.

Coloss. 2.

rum athletarū, à quibus in cultu Dei sacrilegum putant aliquid sumere. hæc habet confessio Vuirtembergensis cap. de baptismo: ex quib. fit, ut ecclesia illa tēpore Dionysij sub discipulis Apostolorū agēs, Deum coluerit illicitis, & sacrilegis rationibus. Quid rogo contumeliosius dici potest? aut quid hoc aliud est, q̄ illam ecclesiam grauiissimi adulterij in famam atq; negare esse ecclesiam? In cōcilio Nicæno Brētius nō agnoscit ueram ecclesiam illam, cui à Christo promittitur spiritus ueritatis perpetuò in ea permāsurus: ait. n. errasse, & militiam in euāgelio probatam dānasse: hoc est cōtra ueritatem euāgelij docuisse, de q̄ superius satis. Sed nunc rursum mentionem fecimus huius, ut ostendamus quanta sit horum cecitas, & quanta arrogātia in hoc uno uerbo, q̄ contra euāgelij docuisse Nicænum cōcilium asseritur, nō tantum illius tēporis ecclesia, quæ tota summa ueneratione cōcilium illud suscepit: sed oīm sequētium temporum usq; ad nos, quæ illud semper quasi unum ex quatuor euāgelij libris uenerata est, reijcitur, & cōculcatur. hæc similitima sunt errori ignorantū & crucifigentium Christū, & ab his, q̄ hæc asserūt, reuera patitur Christus in mēbris suis, & in ecclesia sua duriora, q̄ à Paulo, cūm persequeretur oēs confitentes Christum: cui dixit. Quid me persequeris? Ille. n. ad carceres trahebat fideles, quorum multis ad coronā hoc erat: hi uerò nō unum, aut alterum fideliū: sed totam mille ducetorum annorū, & eò amplius ecclesiam errori inseruisse, nec agnouisse ueritatē euāgelicæ doctrinæ asserentes illā blasphemant, cōculcant, & in cordibus suis, & discipulorum suorū penitus extinguunt: q̄ uno opere, aut potius uerbo, uide q̄ sanctissimis patribus, doctissimisq; & synceræ doctrinæ flagrantissimis amatoribus iniuriam faciunt: oibus scilicet, quotquot fuerunt à principio ecclesie. Nōne igitur merito has tenebras summas dicimus, & hæc ignorantia omnino inexcusabile cēsemus? certè incurabile, quod ad hoīes attinet. Cūm itaq; Brentius inq; Si eredendum est concilijs, si iudicio Ecclesie standum: ergo peccarunt, digniq; erāt morte, q̄ concilio Annæ, & Cayphæ in mortē Christi non cōfesserūt. Respondemus ei præter cætera, quæ superius diximus, errorē illum tam apertū fuisse, tam manifestū, ut non solū illū nullus teneretur sequi, sed manifestè nō fuisse ueram ecclesiam, nō dignum ulla fide conciliū, unde tanta iniquitas emanaret oibus. principes illi sacerdotum manifestabant se illos, se esse, de quibus propheticè iacob pronūciauerat, uasa iniquitatis bellantia. in cōfiliū eorum nō ueniet anima mea: & in cœtu eorum, non sit gloria mea &c. nullus itaque eos tenebatur sequi, ut satis ex proximè dictis explicatum est.

Cæterum excusati sunt uel ex parte ali-

qua nōnulli illos sequentes: tantum ualuit auctoritas illa sacerdotum, & ecclesie, tantum profuit his, qui ignorantia quadam, & simplicitate secuti sunt eos: ut uel nō peccauerint, uel minùs peccauerint: uel non usq; adeo, ut Deus in perpetua illos cecitate desereret, multò igitur magis ueram & certam Ecclesiam sequentes, quam certum est usq; ad finem seculi permansuram, promissionesq; Dei ueras, & certas perpetuò habituram, excusabuntur, etiam si quid minus intelligeret: si in re aliqua erraret. Itaq; a uisum dicere, si ecclesia minus rectè sentiret, aut erraret erga scripturæ sensum, dogma aut cultum aliquem: quamuis certò credamus nō permissurum Deum, ut tota unquam labatur, aut erret circa hæc: si inquam hoc fieri posset, aut si aliquorum errorem, q̄ ecclesie uniti sunt, quis sequeretur, existimās ecclesie illud esse, aut expectans eius iudicium, quod euenire posset, ut in Cypriani, & cepiscorum eius. totiusq; Aphricani cōcilij errore, non dubitamus hunc excusare ab omni hæreseos, atq; schismatis peccato: multò certè magis, q̄ crucifixores Christi, pro quibus ipse de cruce orat. Igitur Brenti, uide nē illud Euāgelij in uos dicatur, Cur uides festucam in oculo fratris tui, & trabem, quæ est in oculo tuo, non uides? cur ignorantes ecclesiam clamatis: quid si contra Euāgelium definiat concilium? Quando maior cecitas est, simul de tota causa salutis, & de summa totius fidei ecclesie, scilicet cognitione errare, q̄ de uno aut altero dogmate, sine ritu Christianæ religionis. hoc festuca est, illud trabs maxima. Certè, ut exēplo dicam apertius, etiam si magis Euāgelio consonaret utriusq; speciei cōmunio, etiam si fortè contra Euāgelij germanum sensum esset alterius tantum speciei sumptio: si, inquam, ita esset (quanquam id nullo modo credamus teste coram Deo consciēta) sed esto ita esset, non propterea periclitarentur hi, qui in sua simplicitate, & unione ecclesie permanentes consuetudinem hanc in cōmunionē alteriua speciei sequuntur. Quod si dicas, est contra Euāgelium: respondemus, contra certum, explicatumq; sensum Euāgelij non esse. Cūm. n. & alius sit sensus illorum uerborum, Bibite ex hoc oēs: q̄ ut ad omnes cōmunicantes referenda sit & intelligēda uerba illa tanquam præceptū omnibus impositum: cūm inquam contextus ille, & phrasīs scripturæ aliter permittāt illa intelligi: non est contra certum & indubitātū sensum Euāgelij. Si Ecclesia nihil hucusq; definisset, nōne liceret nobis Ecclesie, in qua sumus, cōsuetudinem sequi expectantes rem explicari: hoc fecit Cyprianus, ut superius uidimus, in causa baptismatis, cur rogo id nobis nō licitum esset in causa cōmunionis Eucharistie: quanquā iam in ea habeamus Ecclesie definitionē: sed sic locuti sumus ex

empli

ompli causa, ut admoneamus omnes, q̄ sit
 cognitio hæc ecclesiæ necessaria, q̄ tutum &
 tranquillum ei adherere, & ut aduersarij ad
 uertant, nō quicqd̄ eis uideatur manifeste cō
 tra Euangeliū, contra scripturam uel fidem,
 statim sic esse oibus manifestum: sed potius
 quoties diuersi sensus adferuntur, nō irratio
 nabiliter, nō sine auctoritate, fide dignorū
 Patrū, & cōsonantia cōtextus, & aliorū loco
 rum scripturæ nō posse alterū certō cōstitui:
 sed expectandum esse iudicium ecclesiæ: In
 his igitur, ut aperte dicamus, malum us erra
 re uniti ecclesiæ, & illā non deserentes, q̄ uo
 bis cum, q̄ ab illa discessistis, uerum tenere:
 malum in quā in illud malum incidere, si
 in aliquod incidendum est, q̄ in hoc. Malle
 mus cum Cypriano ante definitionē eccle
 siæ, quando ille errabat, et rare: q̄ cū diuifi
 onē sequētibus rectiora sequi: ille error nō
 est perniciosus. Hæc aut̄ ueritatis cognitio
 in schismate nunqd̄ melior est sanguinis ef
 fusione pro Christo? & tamē q̄a est extra ec
 clesiam, nō est saluti: sed potius in superbiā,
 & præsumptionē illis conuertitur: sic & co
 gnitio ueritatis extra ecclesiam, quid aliud
 est, q̄ occasio maioris contēptus, & sciētia il
 la inflās, de qua Paulus loquitur illud, qd̄ ec
 clesia ignorat, qd̄ nō definiuit, de quo nihil
 constituit, sanctē certē ignoratur a nobis, &
 nihil in eo cōstituitur: erratur uerō nō per
 niciosē, sed sanabili & tolerabili quidem er
 rore: idq̄ eō magis, quō tenacit̄ ueriusq̄ ec
 clesiæ adheremus. Hæc igitur dicta sint no
 bis circa primum illorū trium, quæ a prin
 cipio proposita sunt, quibus error aut excu
 satur, aut accusatur. Secundum igitur
 iam consideremus, studium scilicet, & ratio
 nem inquirendi ueritatem: hoc. n. non solū
 ad eam inueniendam plurimum iuuat: sed
 excusat etiam, si in aliquo nō negligentia &
 socordia eam inquirendi erratum est: sicut
 eōrario torpor, & incuria eam quærendi
 non solū causa est nō inueniendi: sed etiā
 omnem aufert excusationem: sic & cetera
 omnia, quæ ad illud pertinet. præposteris
 enim ordo in ueritate quærenda, cū scili
 cet quod posterius est, prius: qd̄ minus, ma
 ximē: & deniq̄ quod ad quærentem nō per
 tinet, quæritur: quantum nocet, q̄ in excusa
 bilem reddit errorē? Sic, & cū hæc omnia
 obseruātur, plurimum adiuuant. In hoc igi
 tur loco, si quanto studio & amore quæren
 da sit ueritas fidei, uoluerimus dicere, præ
 uenient nos nouarum rerum amatores, &
 non solū in hac parte lōgo interuallo pu
 tabunt nos superare: sed uel hoc uno nomi
 ne duntaxat nos omnino reijcient & indi
 gnos iudicabūt, qui eis conferamur. clamāt
 enim nos nō tantū negligentēs in quæren
 da ueritate esse, sed etiā omnino apud nos
 hanc curam reiectam esse ad infimos & ab
 iectos monachos, qui nihil minus, q̄ id cure
 mus, sed nostris utilitatibus inferuimus.

Cap. 16. Stu
 dium & dili
 gentiā quæ
 rēdi uerita
 tis in nullo
 satis inueni
 ri.

Nec dubium est nouitatem solere studium
 quoddam, & ardorem secum deferre: solēt
 enim noua quæq̄ magis placere: sicut con
 sueta, & solita fastidiū quoddam secum ad
 ferunt: atq̄ hac ratione damus etiam grātis
 aduersarijs palmam, agnoscimus enim eos
 maiore studio, sollicitudine impigriori, la
 bore magis infatigabili intentos fuisse suis
 nouis dogmatibus inculcandis plebibus, il
 lustrandis & ornandis, excitandisq̄ animis
 auditorum ad attendēdum, & studendū
 nouitatibus, q̄ nos, nostriq̄, q̄ uetustate qua
 dam, & antiquitate ipsarum rerum seniores
 fuimus: ut omittam nunc, q̄ sua hæc gratio
 ra, & suauiora carnalium, & amantium hoc
 seculum affectibus sunt: quippe quæ securi
 tatem quandam, & libertatē secum adferāt,
 & licentiam carnis, atq̄ hac ratione q̄ pluri
 mos ad se illiciunt. In hoc igitur loco de pu
 blico quidem studio docendi, atq̄ discendi,
 legendi, & censendi, nō est quid gloriemur:
 agnoscimus exemplis, diligentiaq̄ Lutheri,
 & suorū, Deum nos paternē admonere, eo
 rumq̄ uigilantia nostrā excitare, & condē
 nare socordiam: sicut Iudæ, & sequētium so
 licitudine Apostolorum suorū excitabat
 somnum. Non est nouum filios huius secu
 li sapiētiores in generatiōe sua esse filijs lu
 cis. Agnoscimus igitur in hac parte non me
 liores nos fuisse his, qui errarunt, & audi
 mus uerbū Christi, putatis q̄ hi Galilæi præ
 omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia
 talia passi sunt: non dico uobis, sed nisi pœ
 nitentiam habueritis, omnes simul peribit
 tis, sicut illi decem & octo, super quos ceci
 dit turris in Siloe & occidit eos: putatis q̄
 & ipsi debitores fuerint præter omnes ho
 mines habitantes in Hierusalem? non dico
 uobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, om
 nes simul peribitis. Agnoscimus non no
 stris meritis seruos nos esse ab erroribus,
 & diuisione: sed diuina longanimitate, quæ
 exemplo cadentium nos admonet, atq̄ præ
 cantur humilimē, & instantissimē Deum,
 quotquot apud nos rectē sapiunt, ut det no
 bis ueram pœnitentiam: det ardentem, ui
 uamq̄ fidem, & propagandæ glorię eius, ue
 ræq̄ elucidandæ doctrinæ, quam a nobis exi
 git, curā: & qui minus hoc agimus, illis nos
 adiungimus, qui melius id agunt, & cupi
 mus eorum fieri participes. Quod uerō pri
 uatim, ad quemlibet nostrum attinet, sci
 mus debere omnes, unūquemq̄ iuxta gra
 dum suum, summum studium, insatiabile
 desiderium diuinæ uoluntati, eiusq̄ doctri
 næ agnoscendæ, & implendæ: Beati enim,
 qui esturiunt, & sitiunt iustitiam: & agimus,
 ut uel ex parte aliqua satisfaciamus, & quod
 minus est, laboramus lachrymis, & pœnitē
 tia delere, nullumq̄ contemnimus, nullum
 irridemus: sed compatimur his, qui igno
 rant, & errant. Non est igitur cur pueriliter
 contendamus alij aduersus alios: aut scien

LUC. 13.

tiam iactamus, & studium dignum fide, doctrinamq; diuina: agnoscamus omnes longe nos esse in hoc à dignitate rerum, quas tractamus, coelestium scilicet, & diuinarum, quibus dignè cogitandis, & percipiendis nec angeli quidem sufficiunt. Certè qui in hac schola Christi alterum irridet, & obijcit alijs, atque improperat ignorantiam, & desidiam: ostendit, se non satis agnouisse, & cogitasse: & quid aliud agit, quam quod pueruli, qui cum uix prima elementa attigerunt in schola, solent rudiores, tãquam sint ipsi doctissimi, irridere: tales certè in oculis Dei, & Angelorum hominuculi sumus, cum de ignorantia, & ruditate gratia diuina irridemus alios. Igitur de hoc studio ueritatis amanda, & quaerenda hoc satis huic proposito fit: de quo nunquam satis dixisse, multò minus fecisse possumus.

Cap. 17. Ad modum quaerendi uerum primò pertinet, ut cõperit aliquid habetur, quod nõ sit quaerendum: et hoc esse ecclesiam.

Lib. de proscript. aduersus hereticos.

Sed ordo, modus, & ratio quaerendi sunt nobis in hac parte attentius cogitanda: circa hæc enim deliquisse, non aliud est, quam non solum studium omne, & laborem quaerendi amisisse, sed etiam illa omnia perniciosiora sibi fecisse: magisq; nociua, quam ipsa obliuio, & negligentia fuisset. quid enim aliud est, modus, & ordo quaerendi, quam uia ipsa, qua incedendum est? si hæc recta sint, recta uiam nos tenere arbitremur: si eo ordine, atq; ratione, qua quaerenda est ueritas, à nobis quaeritur, rectè incedimus: sin secus, obliquè, & deuiè. Vt igitur cum August. dicam, sicut quod quis uelocius extra uiam currit, eò magis errat: sic omnino qui non eo ordine, ac ratione, qua ueritas quaerenda est, illam quaerit, quò maiori studio, diligentiaq; agit, eò magis necesse est, ut erret. Verbum hoc: *Quærite*, & inuenietis, quod antiqui hæretici in ore habebant, Tertullianus eis aufert, ut in scholijs, & superius diximus. Ratio, inquit ille, dicti huius in tribus articulis consistit: in re, in tempore, in modo: rem ad id, quod quaeritur, refert: tempus, quando: modum, quousque, & apud quos quaerendum sit, docet includere. Quædam igitur inquit quaerenda non sunt: unum enim, ait, & certum constitutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant omnes: illud uel quaerendum non esse, uel saltem non quaerendum, nisi ut credamus. Quis non uideat, quod sicut motus omnis primam aliquam originem habet, & principium, & illud quidem stabile, & immobile: sic omnino inquisitio omnis ab aliquo principio ortum habet. Dicent aduersarij, hoc esse scripturam sacrã, Verum quia negare non possunt, & quæ sit illa, & quis sit eius sensus in dubijs ab Ecclesia nobis ostensum esse, de quo satis superius dictum: cur non eam primam esse, unde inquisitio omnis eorum, quæ ad fidem pertinent, procedat, agnosceret. studium igitur omne quaerendi non cognita Ecclesia uanum est, ipsam, ut ostendimus,

non uidentes omni lumine fidei carent: frustra itaque quaerunt, & intempestiue. Vanum est uobis ante lucem surgere, merito eis dicimus, frustra sine lumine fidei in scripturis uersantur: sed quid dico frustra, imò magno cum damno, & periculo. necesse est enim, ut currentes in tenebris labantur in precipitia, & confringantur. hoc ergo primum ad modum quaerendi pertinere agnoscamus: ut Ecclesia constet, & ut Tertul. ibi inquit, non nisi in ea, & ab ea quaeramus, ubi, inquit ille, quaeri oportet: non apud hæreticos, ubi omnia extranea, & aduersaria nostræ ueritati, quod exemplo serui, & militis ostendens, nec enim ille cibaria ab inimico Domini sui sperat, nec hic ab hostibus stipendium captat, nisi transfuga sit, & desertor. Tãdem inquit, nemo inde strui potest, unde destruitur: quaeramus à nostris, in nostro, & de nostro.

Iam reliqua duo quàm sunt manifestissima, tempus quaerendi certum, & definitum necesse est, ut sit: & quidem inquit Psalmus: *Quærite Dominum*, & cõfirmamini: quaerite faciè eius semper: quam diu enim in hac uita sumus, ad quid aliud uiuimus, quam ut tẽdamus, suspiremus, atq; ita quaeramus coelestem illam beatitudinem, & uisionem Dei. Ceterum quod credamus non semper quaerendum esse, nõne apertè docet nos Christus, cum de nouissimis temporibus loquens, tunc, ait, Si dixerint uobis, ecce hic est Christus, aut illic, ecce in deserto est, nolite exire, nolite credere. Et rursum, Multi enim uenient in nomine meo dicentes, quia ego sum: & tempus appropinquauit, nolite ire post eos. Quid est nolite exire, & nolite ire post eos, nisi nolite quaerere? & quidem uerbum illud, tunc satis ostendit, non omne tempus esse quaerendi: tunc, ait, in nouissimis temporibus, cum surgent multi pseudoprophetae, & pseudoapostoli, nolite exire, nec ire post eos: ubi præter alia omnia, de quibus superius non nihil diximus, quæ in expositionem huius loci dici possunt, duo nobis huic proposito conuenientia obseruantia illius temporis, de quo Christus loquitur, ostendit. Quia enim de nouissimis temporibus loquitur, nõne admonet nos ueritatem suam, doctrinæ scilicet sacramentorum, & cultus, non esse nouissimis temporibus quaerendam: sed certos nos esse debere, Deum, cuius curæ commissã est Ecclesia, non eam usque ad finem sine certa doctrina, sacramentis, & cultu deserturum: sed mox à principio per Apostolos ipsos, omnia cõstituenda esse, & deinde perpetuò seruanda, successuq; temporis confirmanda magis esse, & elucidanda, quàm abolenda: ita ut in nouissimis diebus de his omnibus nihil opus sit, quasi ignotum, aut nouum, quaerere: cum omnia compertissima esse debent: quod ratio temporis, & cura illa, quæ Deo est de Ecclesia sua,

Cap. 18. Sicut diu quaerendi, quæ ad fidem pertinet, nõ esse huius temporis, Christus docet. Matth. 24.

Lucæ 21.

flia, ostendunt. tunc igitur, inquit, in nouis-
simis diebus non est tempus quærendi, ubi
est Christus, quis eius cultus. Non potuit ue-
rus cultus usq; nunc latere in Ecclesia, nec ir-
ta mutari, qui primo fuit, ut non manife-
stum id esset, & publicè reijceretur, quic-
quid contra antiqua esset: quod satis supe-
rius dictum est. Quorsum ergo nunc noua
quærentur? rursum quia inquit: surgent
pseudopropheta, & pseudoapostoli: & sta-
tim addit, tunc nolite exire, nolite sequi, sa-
tis etiam docet, non esse tunc tempus inqui-
rendi ueritatem, cum diuersitas sententia-
rum circa religionem, atque studia parti-
um, & dissensiones uigent: non tunc opus
est, ut speremus nouam lucem oriri in Ec-
clesia, sed potius ad quietam, & tràquillam tem-
pora recurramus: & quid ante ortas contro-
uersias pacatissima luce in Ecclesia obserua-
tum sit, intueamur, & post illa nullam iam
aliam rationem quærendi, nullum nouum
inquisitorem suscipiamus. hæc igitur de tẽ-
pore inquirendi.

Modus porrò, de quo ultimo Tertullia-
nus loquitur, multa certè requirit, refert
quidem ille modum ad hoc, ut quousq; quæ-
rendum sit, cogitetur: ut tandem finis sit in-
quisitionum, & in fide quiescamus. Fides in-
quit tua te saluum fecit, non exercitatio (ait
ille) scripturarum: & infert, nobis ergò curi-
ositate opus non est, post Christum: nec in-
quisitione, post Euangelium, cum credi-
mus, nihil desideramus ultra credere. hæc
quidem ille. Verum & multa alia modus
quærendi includit: Bernardo tria quædam
importare uidentur: ut scilicet sciàs quo or-
dine, quo studio, quo fine quæq; nosse oportet.
Quo ordine, ut id prius, quod maturi-
us ad salutem: quo studio, ut id ardentius,
quod uehementius ad amorem: quo fine, ut
non ad curiositatem, aut inanem gloriam,
sed ad ædificationem. Quanta rogo tria hæc
includunt? aut quis satis uniuersa hæc aut
aduertere, aut obseruare poterit: in quibus
omnis damnatur curiositas, omnis uanitas,
& deniq; quicquid non à uera, humili-
liq; sui cognitione proficiscitur: unde solùm
ad salutarem Dei scientiam perueniri potest.
Sed nec hæc satis sunt, ut modus quærendi
cognitionem rerum, quæ ad salutem perti-
nent, seruetur: nec ab hominè omnia quæ-
rèda esse, ut utiliter agnoscantur, putamus:
sed ab eo potius, de quo scriptum est, qui do-
cet hominem scientiam: Beatus enim ille,
quem tu erudieris Domine, & de lege tua
docueris eum. Modus sciendi, atq; quæren-
di nonne id primò exigit, ut nouerimus in
qua potissimum re constituta sit inquisitio:
non enim lectioe solùm uel auscultatione
doctorum ueritas quæritur, non solum me-
ditatione, & attentissima consideratione:
sed oratione in primis humili, atque obe-
dientia, & assiduo exercitio diuinorum

mandatorum, ut proximo loco abundè ex-
plicatum est. A mandatis, inquit, tuis intel-
lexi, quod est, ab eis, & eorum executione
mihi intelligentiam comparauit: & meritò
inquit Sapiens: Fili concupiscis sapientiam,
conserua iustitiam, & Deus præbebit illam
tibi. Et de oratione idem inquit, Inuocaui,
& uenit in me spiritus sapientiæ. hæc itaque
omnia si rectè expendamus, nonne suspen-
dam reddent diligentiam omnem, & soli-
citudinem quærentium, & studentium no-
uitatibus? fatemur ueritatis inueniendæ
desiderium, & studium quærendi quàm
plurimum prodesse, & quidem cum Augu-
stino fatemur, fieri non posse diuina quæ-
dam prouidentia, ut seipfos, & Deum quæ-
rentibus inueniendi ueritatem facultas de-
sit. quærentibus inquam, sed religiosis ani-
mis, & ut ille ait, piè, castè, ac diligenter quæ-
rentibus. Sed quantò hæc quærendi cura
utilior est, tantò si non ordine, non recta ra-
tione, & piè, castèq; quærat, perniciosa est,
& ad præcipitia quæq; perducit. Non omne
studium sciendi probatur: sed sciendi tan-
tum, quæ ad nos pertinent: multa satius est
ignorasse, & ut omittamus nunc aliorum re-
prehensionem, illud certò asserimus hoc tẽ-
pore, in hac tanta nouarum doctrinarum
confusione, in tanta sciendi, & de scientia
presumendi cura, in tanta obliuione
rectè operandi: deumq; & proximum amã-
di, nullo modo expedire præcipuam ope-
ram scientiæ dare: nulli inquam, neque qui-
dem doctori in Ecclesia, episcopo, & cuium-
que etiam, cui maxime conuenit repellere
aduersantes ueritati, & docere infirmos, cõ-
ueniens esse præponere studium sciendi, &
lectionem orationi, feruori spiritus, & exer-
citationi pietatis: quæ certè hoc tempore
maximè necessaria sunt, & præcipua aduer-
sus hæreses, & errores arma: in quorù defe-
ctu quid prodest magna lectio, & attentissi-
ma perscrutatio abditorum, & secretorum
omnium? non aliud certè hæc sunt, quàm
scientia inflans. Iam uerò simplicioribus, &
deniq; omnibus, quibus non incumbit in
Ecclesia docere: multò magis hoc cogi-
tandum est. nouerint locum suum, nouer-
int eruditionem, & ingenia, tempus, & oci-
um, & sciant id, quantum est temporis, quã-
tum à necessarijs illis obsequijs, quibus tenentur
proximis inferuire, liberum manet, orationi & pijs
meditationibus multò utilius se duros, multò securius, quàm
lectioni, quod si lectioni aliquid ocij dandum
est, non curiosæ: sed ei, quæ pietatem gene-
ret, opus est, ut detur: atq; utinam in hoc tẽ-
pore nouissimo, & inquieto ignorent, & au-
res claudat nouis dogmatibus populi Chri-
stiani: nec quicquam aliud cogitent, quod
attinet ad fidem suam confirmandam, quàm
quod antiqua tempora in quiete, & pace ob-
seruarunt. Doctrinis uarijs, inquit Paulus,

Eccles. 1.

Lib. de immortalitate animæ.

Hebr. 13.

Cap. 19.
Quia in clu-
dat modus
quærendi, &
sciendi: & q;
preposterè
seruetur à
nouit: u. a
matoribus.
Serm. 36. su-
per Cantica.

& peregrinis nolite abduci: optimum est enim gratia stabilire cor: gratia inquam, quæ humilitate, timore Dei, piæq; oratione acquiritur & conseruatur stabilendum est cor. Firmamentum, inquit Psalmus, est Dominus omnibus timentibus eum, testamentum ipsius, ut manifestetur illis: timentibus itaque eum, & in eo timore constabilitis notam facit Deus testamentum suum: doctrinæ autem uariæ, & peregrinæ quid aliud agunt, quàm ut abducant à stabilitate, & tranquillitate fidei, & à simplicitate, inquit Paulus, quæ est in Christo Iesu: abducant inquam non subito, aut manifestè, nõ uolentè, & dure: sed paulatim, & sensim, dulciter, atque suaviter, nouitate quadam delectantes: quod multò est periculosius, itaque hoc tempore maximè ad ignorantiam, sed sanctissimam uocamus omnes: ad illam inquam ignorantiam, ad quam exitius doctor ille Paulus omnes suo exemplo exhortatur: nihil inquit, iudicauit me scire inter uos nisi Christum Iesum, & huc crucifixum. nam ueni, ait, ad uos fratres nõ in sublimitate sermonis, aut sapientiæ: & prædicatio mea non in doctis, aut in perfratilibus humanæ sapientiæ uerbis: sed in doctrina spiritus, & in ostensione spiritus, & uirtutis: ut fides ueltra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Quis in Ecclesia maior doctor? quis utilior & efficacior Paulo, & is non iudicat se aliquid scire, nec aduersus hæreticos agit in doctis humanæ sapientiæ uerbis, etiam quum ea loquitur inter perfectos, quæ nemo principum huius seculi cognouit: at uerò cum infirmis Christum Iesum crucifixum tantum se scire arbitratur: nõ aliud certè agens, quàm ut illos nihil aliud scire, aut quærere doceat. Hæc est igitur sancta ignorantia, in qua abscondit Deus illos, de quibus scriptum est, Abscondes eos in abscondito faciei tuæ: à conturbatione hominum: proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum: qua quid rectius intelligemus, quàm contentiones, & rixas hæreticorum non disputando, non legendo, & inquirendo: sed fugiendo, & latitando in timore Dei. multò rectius euaditur error, & inuenitur ueritas, quàm magna inquit prius multitudo dulcedinis tuæ Domine, quàm abscondisti timentibus te, in hoc abscondito timoris Dei uerè saluantur non simplices tantum, & humiles: sed reuera omnes. reliqua enim omnia sine hoc frustra sunt: huic nihil aliorum deest. Claudamus igitur iam hunc articulum hac breuissima admonitione: ratio, & studium inquirendæ ueritatis, quam ueritatum amatores commendant, & inculcant, posthabita Ecclesia, & patribus in sola scripturæ sacræ scientia nulla ratione infirmitatis propriæ prius habita, nulla obseruata discretionem temporum, & officiorum: de

niq; rerum ipsarum nulla cõsiderata diuersitate, sicut non est uia ad ueritatem, sic nullam adfert excusationem errantibus: sed excusat maximè eos, quòd data opera errare uelint, qui nullo seruato modo irruunt in secreta diuina, eo maximè tempore, quo minimè hoc Deus exigit: omisso eo, quòd maximè urget. Qui facit inquit uoluntatem Patris mei, ipse intrabit in regnum cœlorum: & Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, quòd ad cognitionem quandam referre possumus: nõ & proximè dictum est, multi dicent mihi in illa die, Domine nõne in nomine tuo prophetauimus, & damõia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? & tunc cõfitebor illis, quia nunquam noui uos. Vbi uides, quòd inter ea, quæ ad salutem minimè pertinent, inter miracula, & uirtutes reponit etiam prophetare, quòd ad scientiam & eruditionem in explicandis scripturis, & docendo Euangelio pertinet.

Utamur in hoc loco August. errantis exemplo, quem sicut Deus Ecclesia suæ in uia ueritatis iam reductum maximum lumen dedit: sic & errores utiles nobis ipsius uerbis, & cõfessione effecit. Errauit ille, & quantum, quamq; diu, fatetur ipse: sed errauit magno studio, & affectu inueniendi uerum, & dũ, ut ipse ait, in Manichæos incidisset amore agnoscendæ ueritatis, quòd illi promittebant, in tam crassissimos errores incidit, irridens ueteris Testamenti patres, ut creditur magis præstandam esse misericordiam fructibus, quàm hominibus. Si enim esuriens inquit, sicum peteret qui non esset Manichæus, quali capitali supplicio damnanda buccella uideretur, si daretur ei, credebatur enim, ut Manichæus, diuinitatis particulas fructibus illis immixtas liberari, cum ab electis suis manducarentur: sed præcisionem illorum fructuum graue peccatum ducebant, & dum diu, multumque Manichæus adhereret, tandem apud eos desperans ueritatis cognitionem inueniri posse, alienari quidem ab eis, & dum sedulo, unde malum sit, inquit, eo se fatetur uenisse, ut de ueritatis inuentione desperaret: quibus uis tandem serè in omnimodam perditionem uenisset, nisi eum omnipotentis misericordie manus subleuasset. itaq; si de studio, diligentia, & labore querendi, & desiderandi uerum agitur, quis hoc magis, quàm tunc August. habere credendus est? quis tamè magis, quàm ille errauit? sed nec in hoc errore ulla se ille ratione excusat, quin potius agnoscat, & desiet errores suos, sibiq; tribuit, & præpostera illi rationi, qua nec sobriè, nec castè ueritatè quæ sunt. Libet, inquit ille, quòdam loco considerare nunc, ac deplorare illam meam miseriam. si enim mecum sobriè, diligenterque considerassem mente in Deum supplici, & pia, fortassis mihi satagenti apparuisset, nullam esse omnino uiram, quæ

1. Corinth. 2.

Matth. 7.

Cap. 20. Exemplo Aug. testimonio periculi modesta inquisitione circa diuina.

Lib. 7. cõfess. cap. 10.

Lib. 7. cõfess. et lib. de act. li. cred.

Lib. de diabol. bus animalibus contra Manichæos.

quæ ad ipsum uitæ principium non perti-
neat. Hæc ille inquit aduersus errorē, quem
de duabus animabus habuit, ostendens ma-
nifestè quanta humilitate, pietate, & sobria
cogitatione opus sit ad ueritatē fidei intelli-
gendam, & q̄ sint inexcusabiles, q̄ aliter quæ-
rentes errant. Multa, inq̄t, erant, quæ facere
debui, ne tam facile, ac diebus paucis religio-
nis uerissimæ semina mihi à pueritia salu-
briter insita, errore, uel fraude falsorum, fal-
laciū me hominū effossā ex animo pellerē-
tur. Hæc August. inq̄t, propter errores, in q̄s
nondum baptizatus, sed catechumenus so-
lū incidere, & uel parua semina nōdum
per plenā illam fidei, & baptismatis gratiā;
sed solo auditu, & instillatione piæ matris
insita animæ deplorat se amisisse, nec sine
magna sua culpa, & multorum, ad q̄ teneba-
tur, omissione sibi ablata: ut uideas quantō
inexcusabilior sit, quantō magis sese lamen-
tari debeat q̄ contra ea, q̄ professus est, & per
plenissimā baptismatis gratiā persuasus est
credere, errauit. Certè nullum, q̄ quā tene-
tur ex baptismatis p̄fessione fidem seruare,
deserit, Aug. excusari putat, si erret: nec erra-
re, nisi quia multa omittit, q̄ meritō fieri de-
buissent. hæc igitur nobis admonuisse eos,
qui se putant studio, diligentiaq̄ uerū agno-
scendi, aut multum proficere, aut excusari
saltem, sit satis. Postremum igitur uel pau-
cis attingamus: diximus enim affectum il-
lum præcedentē: cum id uerū cupimus ef-
se, q̄d placet, & impedire plurimū cognitio-
nem ueritatis, & inexcusabilem reddere er-
rorem, hoc sit, ut meritō magna reqratur ab
affectu omni, cum ueritas ingrenda est, liber-
tas: ab omni inquam alio affectu, q̄ ueritatis
ip̄ius, non minus, q̄ in iudice necesse est, ut
omnis misericordia, ira, amor, uel odiū par-
tium longè ab sit. Circa hoc igitur illud in
primis obseruādum, q̄ cum ois affectus pec-
cati contrarius sit sanæ fidei sententiæ, sicut
reuera contrarius est omni rectè institutæ
rationi, quō affectus peccati magis domina-
tur menti, eō magis fides, eiusq̄ grauitas di-
splicet, & ingrata est: nec enim fieri potest,
ut libenter quis audiat, aut cogite, quod affe-
ctibus suis repugnat. unde meritō Paulus
inq̄t, Animalis homo non percipit ea, q̄ sunt
spiritus Dei. stultitia enim est illi, & non po-
test intelligere. Et rursum, Sapientia carnis
inimica est Deo: legi enim Dei non est sub-
iecta: nec enim potest, caro & sanguis non
reuelat nobis filium: sed potius obscurat, &
abscondit: omne porrō peccatū ex affectu
carnis, & sanguinis est: necesse itaque sit, ut
quō magis peccata placent, eō magis fides di-
splicat: & e contra, quō magis fides placue-
rit, eō etiam amplius displicent peccata. Li-
bet itaq̄ attentè intueri perpetuū quoddam
bellū intra nos ipsos: inter affectus carnis, &
peccatorū, atq̄ fidem: illa semper clamat ad-
uersus peccatū, foeditatē illorū, & indignita-

tem detegit: & ut odio habeatur, tōris uiri-
bus agit, quū igitur peccatū est in consciētia,
cum regnat affectus eius, nō p̄mittit fides q̄
scere peccatorē, nisi fiat ei uolentia: clamat
semp. Exite de medio eorū, & separamini di-
cit Dñs: & immundum ne terigeritis. Quæ 2. Cor. 6.
enim participatio iustitiæ, cum iniquitate:
aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autē
conuentio Christi ad Belial? Qui autē consen-
sus templo Dei, cum idolis? docet fides pec-
catum omnē iniquitatē esse, tenebras esse, &
idolum, quod fabricatur in animo in contē-
ptum Dei: & contra, illud clamat, Vos estis
templum Dei uiui, estis lux, estis iustitiæ par-
ticipes. Quomodo ergo cum peccatis conue-
nire uobis licet? his igitur fidei uocibus nō
possunt peccata non contradicere. Agunt igitur
& illa, si præualeant in animo, aduer-
sus fidem: & superata iam charitate mox cō-
tra eam, quasi contra hostem armanur. Et
clamant ueluti eueriores ueræ illius Hieru-
salem, atq̄ filij Edom, Exinanite, exinanite,
euerite, diruite cuncta, quæ sunt in Hieru-
salem, omnia Christiana ædificia usq̄ ad fun-
damentū, inquit, quod meritō fidem in-
telligimus quæ prima est, & initium reliqua-
rum uirtutū omnium. Huc itaq̄ tendunt om-
nia peccata, huc dirigit peccatorū omniū
primus auctor Sathanas aciem suam, ut fi-
dem euertat: quā diu enim illa est infir-
ma, etsi uerè mortua manet, nondum putat
Sathanas se satisfecisse, manente adhuc in a-
nimo uoce illa, & reprehensione fidei. hoc
itaq̄ bellum, & hæc Sathanæ uolentia, heu
nunc maximè incruduit, & quidem præua-
luit plurimū cadentibus tam multis à fide:
quare debemus uel hac experientia certissi-
ma oculos aperire ad cognoscendum perpe-
tuum hoc bellum, q̄d statim non aduertisse,
magis focordia, & grauisissimi periculi fue-
rit. Inter animam nostram, & in nobis, ip̄sis
est hoc bellum: quā ino à nobis contra nos
agitur, nos cadimus, & cadimur: uulnera-
mus, & uulneramur: deniq̄ occidimus, &
occidimur: & tamen corrūctibus in nobis
etiam nobis agentibus uirtutibus diuino a-
more, atq̄ timore, obedientia & pietate, nō
hæc satis sunt, ut expergiscamur, & proprio
sensu magis, q̄ aliena experientia Christum,
& Antichristum intra nos ipsos cum uirtu-
tum, & uitiorū exercitu perpetuo in hoc se-
culo pugnātes intueamur, & sentiamus. Re-
uera à primo illo tempore, quo peccato con-
sentimus, non quiescit illud, illiusq̄ prin-
ceps Diabolus: sed aut sensum, aut manife-
stè, prout permittitur, laborat funditus euer-
tere animam. Itaq̄, etsi cum primō peccatur,
non omnino placeat peccatū: sed cum quo-
dam etiam consciētiæ timore comitatur,
tanquam superante nos, & uincente inimi-
co, atque in captiuitatem trahente: displicet
enim superatum esse, & captiuum: uerū si
diutius maneat peccatum, si reperatur,

Esaiæ 52.

Psal. 136.

Cap. 21. Affe-
ctus oēs im-
puros uerita-
ti inuenien-
tæ pluri-
mum obesse,
& inexcusa-
bilem redde-
re errorem.

1. Cor. 2.

Rom. 8.

Matt. 16.

& frequentetur, incipit minus displicere, & consuetudine quadam, & obliuione: deniq; in consuetudinem uersum defenditur, etiā & laudatur, & gloriatur in eo. Hinc iam incipit displicere quod contra illud est: horret futuri seculi cogitatio, mortisq; memoria, admonitio, & exhortatio pia ingrata est: & deniq; sit, ut ab his omnibus fugiat animus: sequunturq; etiā peccata in Spiritū sanctum, & odiū ipsius Dei, de quo Christus inq; *Oderunt & me, & Patrē meum*: citato etiā testimonio Psalmi, qd odio habuerunt me gratis: nulla scilicet causa, nullo fructu. Horū exemplo malorū, & operum Sathanæ admonitos nos esse oportet: ut non minori odio, & inimicitia persequamur peccata usq; ad fundamenta ipsa, quæ amor nostri peruersus, & concupiscentia præsentis seculi sunt: *Filia inquit Babylonis misera: Beatus qui retribuet tibi retributionē tuam, quā retribuisti nobis, hoc est, misera iniquitas: beatus qui iuxta opera tua tibi retribuit*: & qd ipse agis in uirtutes, in te etiā exequitur: ut dicat, *Euertite, & destruite usq; ad fundamenta, & hoc est qd sequitur in eodē loco, Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos, aut tuos potius ad petram: hoc est, qui neq; principia ipsa, & peccatorū motus in se sustinet: sed fortitudine illa petreæ, quæ Christus est, illos etiam exterminat. hæc paulō fusiūscius prosecuti sumus, qd cupim⁹ ea ante oculos nostros semper esse: ut nouerimus, quā sint nobis fugienda peccata, maximeq; diuturnitas, & consuetudo illorū: si uolumus periclitari in fide. Et enim ut Paulus inq; *Hi, qui bonam conscientiam reliquerūt, circa fidem naufragantur*: hoc est, iacturam eius faciunt. & iuxta eundem, cum his, qd auaritiam sectantur, timendū est nobis: aut illam, aut quoduis aliud peccatū sectantibus ne à fide erremus: nunc maxime, cum tantos errare conspiciamus. Sit igitur uel ex his omnibus constitutū nobis, & apertū, affectus puritate, & rectitudinem, quā in desideranda, & querenda ueritate necessariā esse ostendimus, intellegendam esse primò immunitatē ab affectu omnis peccati: ut scilicet nullū placeat, nullum ametur. Ostendimus enim, quantū hic affectus fidei repugnet, & reuera suspectum debet nobis esse omne nostrū iudiciū, bis de liberatio, & quicquid decernimus, aut sentimus circa id, cui nimirū nos affectos agnoscerimus. Nō potest, ut iuxta Pauli dictum illud de auaritia loquamur, qd toto affectu illi studet, rectē de usuris illicitis, cōmercijs, & negotiationibus sentire: sunt enim hi, ut Paulus inquit, *Homines mente corrupti æstimātes quæstum esse pietatem*: sic neq; qui seruus factus est carnis, rectē ualet sentire de castitatis pulchritudine, & decore. Vnde enim credi potest emanasse Lutheri illud iudiciū inuerecundū sanē, & impudicū, quo ausus est publicē edito libello de coniugali uita*

asserere, commixtionē maris, & scēminæ necessariam esse, ut cibum, potum, & somnum: nec magis posse hominē hoc carere, quā mutare sexū, quā ex immundo carnis affectu? Nōne hæc tam aliena ab euangelica auctoritate sunt, qui se castrauerūt propter regnum cœlorum: & Bonum est uiro mulierem non tangere, apertissimē ostendunt cæcitatem illam mentis ex seruitute libidinis contractam foetidissimi, & spurcissimi illius doctoris. Animus ergo peccato alicui, & sordido affectui deditus, & Deo iuste puniente, & natura ipsa exigente, nō potest limpidsimā ueritatem circa id intueri: frustra igitur illam quærit. Admonēdus est potius, ut prius se purget, ne iuxta qd comminatur Ezechiel propheta, illum qd ponit immunditias suas in corde suo, etiam cum interrogat prophetas, cum legit sacros libros, decipiet Deus, gratiæ sug lumen subtrahens. Hæc omnia communia sunt & nobis, & aduersarijs. clamant ipsi & hoc contra nos, quod peccati cupiditas sacrificium missæ, & defunctorum suffragia, & ipsa etiam peccatorum manifestatione, & satisfactione inuexerit in Ecclesiam, sicut indulgentias, & multa alia, quæ referunt. In hac igitur parte ne frustra contendamus, sed potius ædificemus: hoc in primis sit & nobis, & illis dictum, debere nos affectus omnes mundi, & carnis in nobis purgare, nunc maxime: cum tantos errare cernamus, ne cuiquam præsumptuose, & superbe alios cōtemnere, aut immodestiū arguere licitum esse: cum satis quisq; apud se habeat, quod merito argui, & lachrymis deleri, & purgari debeat. cui studio uitiam nauāremus operam potius, quā ulli alteri lectioni, aut doctrinæ, qd quia omittimus, uenerūt super nos mala hæc. Cæterum post hoc curandum est, ut quia nunquam satis tuta nobis esse potest nostra ab affectibus peccatorum puritas: remedijs quibusdam utamur aduersus impuritatem hanc, & periculum grauisimū. Duo uerò præcipue nobis occurrunt. Vnum ut iudicia aliorum sequamur, & testimonia eorum, quos constat ab hoc malo fuisse magis alienos. Alterum, ut si non ab omni peccati affectu possumus esse immunes, ab his saltem caueamus, quibus præsentibus erroribus magis seruiunt, & fauent: de utroq; igitur horum paucis dicemus. In omni itaque controuersia, ut satis secundo loco diximus, merito ad antiquos patres, & ad eos, qui ante motas controuersias floruerunt, recurrendum est, duplici, quod ad hunc locum attinet, ratione. Primò quoniam constat multo eos fuisse sanctiores, multo puriores ab omni immundo affectu uiuentibus omnibus nunc, & præsentibus, quod uita ipsa, miraculaq; & totius Ecclesiæ, & seculorum præcedentiū consensus manifestant: quare nullus est, qui præter manifestam, & intolerabilem arrogantiam

Matt. 19.
1. Cor. 7.

Cap. 22. De
obseruanda
aduersus
affectus
peccati,
ne in erro
re nos tra
hant.

Cap. 23. De
uirtutibus
antiquo
rum & pro
batissimis
in Ecclesia
sententias
se
qui necessa
riū ostendit
tur cōtra im
punitatem
stram.

tantiam non eis cedat, & qd ad sanctitatem
uiræ pertinet, superari ab eis se non agnoscat.
Deinde qd ab affectu omni partiū, & studio
alterutris fauendi, aut superandi alios mani-
festè alieni sunt: quippe qui de reb. de qui-
bus nulla erat controuersia, locuti sunt, qua-
re meritò iudices sunt, & testes omni suspi-
cione, & exceptione maiores, & in hac quidè
causa, qd dicant aduersarij, & persuade-
re contentur his, qui aut eos non legerūt, aut
obliti sunt, manifestè eos superamus. & hoc
nomine corā Deo, & hominibus credimus,
& apertè ostendimus nos esse magis incul-
& pabiles, q̄ illos. In omni re, de qua agimus, in
primis sensum imò consensum patrū requi-
mus: nec ququam aduersus hanc auctorida-
tem molimur: sed ut diximus, qd ab omnib.
qd ubiq; qd semper asseritur, nullo modo
negamus: ubi uerò nihil horū est, sequimur
consuetudinē, & auctoritatē maiore. Itaq; re-
cipimus hos Patres, & ueteris Ecclesiæ con-
sensum, ut fide dignos, & ueritatis amatores
testes: ut q̄s nulla animi impuritate credi
potest excusatos in agnitione ueri. Et deni-
que, q̄ neutri parti ex nostris aut infesti, aut
amici fuerūt. Nonne si hos sequētes, uel pro
uirib. ut sequamur, conantes errauerimus,
digni sumus uenia, & misericordia? at uerò
aduersarij qd agunt, q̄ quod Lutherus à suo
mox principio cœpit, & Brentius in suis his
Prolegomenis, Dicit ille, respondēs regi An-
geliæ: Ego aduersus dicta patrum, hominū,
Angelorum, Dæmonū oppono nō antiquū
usum, non multitudinem, sed diuinæ maie-
statis æternū uerbum. August. Cyprianus, si-
cut oēs electi errarunt. Et Brentius nūc eius
discipulus inquit, errant, & sunt in eis alie-
næ interpretationes à sensu scripturæ, & in-
ter se pugnant: & quod satis ostensum est,
nec antiquæ Ecclesiæ, nec ipsis concilijs fi-
dem habet. Nonne ergo dignum est, ut hoc
duntaxat nomine causa cadant? Agam igitur
cum eis, ut August. cum Pelagianis: o-
stendam eis, August. Hier. Cyp. Chry. Cyril-
lum, & reliquos patres, qui sacrificium alta-
ris, suffragia defunctorū, sanctorum inuoca-
tionē apertè, & consonè credunt, & docent,
dicamq; eis, uos ante istos in uestro cordē cō-
stituo, quos non amicos uestros, aut nostros
in his disceptationibus cognitores cōstitui:
nec eos, qui nunquam fuerunt, aut quorum
sententiæ de hoc, quod inter nō disputatur,
incertæ sunt, constringimus: sed sanctos, & in
sancta Ecclesia illustres antistites: uos ergo
respondete, quid faciatis, quo fugiatis? nos
à Luthero, ad istos, uos ab istis, ad quos? nun-
quid istos cæcos dicere audebitis? & usque-
adeo permiscuit imis summa longa dies:
usq; adeo tenebræ lux, & lux tenebræ esse di-
cuntur, ut uideant Lutherus, Brentius, Buce-
rus: & cæci sunt August. Cyp. Chrysostomus,
& reliqui omnes patres. Multa in hanc sen-
tentiam August. eo in loco aduersus Iulia-

num loquitur, quæ omittimus: & ibi san-
cti Iuliano inq; qualiscunq; homo sis, tamen,
quia homo es, uideor mihi uidere uerecun-
diam tuam: respondens, absit, ut audeā cæ-
cos istos uiros uel cogitare, uel dicere, cum
tamen hoc ausit Lutherus, & Brentius: nō
ne cæcitas est oīs error, & oīs scripturæ sen-
sus alienus ab ea, quæ tamen illi patribus i-
stis tribuunt. Quomodo ergo ulla excusatio
ne digni sunt, qui tam manifesto remedio
aduersus cæcitatem propriam, & impurita-
tem affectuum uti nolunt? Iam si illos af-
fectus cogitemus, quibus præsentis errores
blandiuntur, & fauent: quis non uideat, q̄
negare necessitatem enumerandi peccata
sacerdoti plurimum faueat carnali sensui,
& humanæ illi, atq; à primis parentibus tra-
ctæ infirmitati: de qua inquit Iob, Si abscon-
di quasi homo peccatū meum? Libertatem
similiter ab omni abstinentia, & discretio-
ne ciborum, & ieiunijs ab Ecclesia inditis,
ab omni uoto, & promissione obedientiæ,
& castitatis, quis non uideat quantum fa-
ueat carnali sensui, & habenas laxet homini-
bus deditis illi? negotio porrò omnis satisf-
actionis purgatorij, & affirmatio solius fi-
dei iustificantis, & cum his omnibus certa
illa, & indubitata fides non solum remissio-
nis peccatorū, sed æternæ etiam salutis, quā
docent non minus certā esse debere, quā
quæ de mysterio trinitatis, & incarnationis
filij Dei est, quantum blandiuntur affecti-
bus? si hæc uera sunt, quā sine ulla difficul-
tate, sine ulla carnis mortificatione, sine ulla
uerecundia, aut difficultate, sine ullo anxio-
timore uiuent, qui carnem, & seculum hoc
amant? Certè uel duo hæc, confessio pecca-
torum, & perpetuus ille, anxiusq; timor, quo
iubemur de remissione peccatorū non esse
sine metu, multò uerò magis de perseueran-
tia usq; in finem timendum esse, dicente Pau-
lo, Qui se existimat stare, uideat ne cadat: si
auferantur, miram quandam libertatē con-
ferūt animæ infirmæ, & carnali: & tam dul-
cia sunt, ut non mirandum sit, quodd doctrina,
quæ hæc aufert, gratissima sit carnali af-
fectui: cum contrā euangelica doctrina
trax quædam est, & mortificatio eius. Igitur,
quod ad hoc attinet, certum est, nouum hoc
euangelium Lutheri maximè carnis liberta-
ti fauere. quare necesse est, ut & ipsi dediti
plurimum faueant huic euangelio. Esse au-
tem, quod certissimū est, multò plures inter
Christianos carnales, & infirmos homines,
quibus quā sunt difficilima, & durissima
hæc omnia, quæ nouum euangelium dam-
nat, & reijcit, quā uerò dulcissima, quæ pro-
bat quis non intelligit? Non mirum ergo si
plurimi sint, qui illud sequantur. illud est cer-
tum, affectus hos pueriles, & infirmos carna-
lium hominum: quā plurimum hac do-
ctrina delectari. Rari igitur sunt maximè in
populo, qui iudices esse possunt, & quorum

Cap. 241
Quæ carna-
li sensui, &
affectibus im-
puris faueat
Lutheri dom-
Arina, & ca-
tholica eccle-
sie quantum
repugnet.

sententia non sit ualde suspecta: idq; dupli-
ci causa. Primò q; his consentientes osten-
dunt sensum carnalem, & puerilem, indi-
gnum, qui de rebus fidei censeat. Deinde q;
manifestè etiam se ostendunt non esse sine
affectu partiù: amant enim hanc libertatè, &
cupiunt ueram esse, antequàm iudicent. No-
stra uerò antiquitùs fundata in Ecclesia do-
ctrina illis omnibus est contraria: quæ enu-
merare peccata sacerdoti præcipit, dolore af-
fligi, macerari ieiunijs, seruare castitatis &
obedienciæ atq; paupertatis uota: & inter
hæc nõ sine timore esse, carnali affectui pla-
nè contradicit: quo nomine euangelio, &
cruci Christi magis consonat, nec habet, qua
re peccati affectui grata sit. Igitur uel ex hac
parte ostenditur, nõ emanasse ex aliquo car-
nis affectu. Quòd uerò aut gloriæ, aut auari-
tiæ nostræ inseruire dicunt ista, quæ doce-
mus, & ex his affectibus orta: certè ut nihil
nisi modèste loquamur, hi affectus, uel cau-
sæ eorù communes sunt omnib. nec enim il-
li sine ullo uel laudis, uel cõmodi fructu ex
hoc suo euangelio sunt. Nõne Lutherus, &
sui, gloriã magnam auctoritatè apud princi-
pes putat se consecutos? & q̄t sunt inter eius
discipulos, qui ex hac doctrina plurimũ &
fauoris, & emolumentum habuerunt? cur er-
go in catholicos reijciunt commoda oĩa, uti-
litates: uel iudicant eò his inseruire? melius
est ut non inuicè eos iudicemus, uel calum-
niemur. non desunt fatemur in utraq; par-
te, qui habeant gloriã, & utilitatè ex doctri-
na. Conari certè debemus omnes his affecti-
bus magis, magisq; in dies liberari, & hoc a-
gere, ut q̄ minimũ illis tribuamus, aut qua-
ramus, uel oblatũ etiam recipiamus, qd eis
uideatur fauere. Cupiunt oēs pij apud nos,
ut sacrificium altaris, doctrina, ceteraq; mi-
nisteria ecclesiastica, sic administrantur, ut
nullum inde turpe lucrum, aut quæstus for-
didus exerceatur: & quod legitimo iure ob-
tinerit in Ecclesiæ utilitatem, & proximorũ
salutem expendantur: ita uidelicet, ut non
solum propter bona illa non ministretur in

Ecclesia Christi: uerũ nec ulla species in-
ministris Ecclesiæ apparet, & iuxta Pau-
lum non solum à malo, sed à specie mali ab-
stinerent. hac ratione agentes & nobiscum
corã Deo, & cum proximis coram Ecclesia
non dubitamus multum adiuuandam do-
ctrinam catholicã, & nos ipsos coram Deo,
& hominibus exhibebimus fide dignos: im-
munesq; ab omni praua suspitione, eiusdè
doctrinæ testes, quæ sanè ex se maximè re-
pugnat prauis omnibus affectibus. Det Chri-
stus & nobis & aduersarijs in ueritate cona-
ri, ut nos ipsos nostrosq; affectus non palpe-
mus, non dissimulemus: sed syncerè ame-
mus ueritatè, uereq; quæramus. Inuenitur
enim ab his, qui non tentant illum, inquit
de Deo Sapiens: Quod si fieret, non dubita-
mus quæta omnia, & tranquilla futura in
Ecclesia, quæ domus est pacis, & tranquilli-
tatis illius dono, q; habitare facit unanimes
in domo, & dedit credentibus animã unã,
& cor unum, datq; ueram illam sapientiã, q;
consentiètes bonis omnibus nos facit. Hoc
desideramus impensissimè Brentio: hoc suis
omnib. precamurq; illis à Domino, & his te-
nibus quidem scriptis nostris hoc ipsum
adiuamur, quantum in nobis est: quæ qui-
dem opposita à nobis sunt Prolegomenis
Brentij. Ceterũ quoniam, cum hæc ab-
solueremus, reddita est nobis prioreius Apo-
logiæ pars, nec adhuc licuit eã legere: cum
reliquas duas, quas promittit, absoluerit, &
ad manus nostras uenerint: si aliquid quod
responsione egeat aduerterimus, uel dede-
rit Dominus, quod ad elucidandam catholi-
cæ Ecclesiæ doctrinã utile iudicauerint pij,
& docti respondebimus: nunc interim le-
gant hæc, qui uolunt, & legentes à Deo quæ-
rant doceri, quod nos cupimus, & nobis, &
omnib. Solus enim ipse est unus magister,
quem agnoscere debeamus: nos omnes di-
scipuli, & ut de me dicam, utinam non
omnino indignus, & ineptus.

Amen.

PERORATIO DE STATV CAVSÆ

INTER ME, ET BRENTIUM, IMO TO-
tius præsentis de religione con-
trouersiæ.



VNC, Lector optimè,
iam tempus est, ut post
tam longam disputatio-
nem, quasi colligentes
uela, paucissimis ante
oculos tibi propona-
mus summã totius hu-
ius causæ, quæ inter me & Brentiũ acta est:
ut cognoscas, in quo sit nunc statu constitu-
ta, non solum quantum ad nos pertinet, sed

etiam quantum ad uniuersum dissidium
religionis: quod cum tam diu agitatum sit,
& quàm longissimè progressum, ex ultima
hac Brentij agitatione tota ipsa causa uide-
tur ad ultimũ peruenisse. Putauimus igitur
nos opera precium tibi facturos, atque rem
gratam, & certè utilem præsturos si cuncta
breui compendio comprehensa ostenderi-
mus. Primum itaq; de causa ipsa, de qua in
his omnibus egimus, postea de alijs audies.
Causa

Causa ergo, de qua Brentius primùm egit, & nos deinde ad agendum compulsi, nō tam est de aliquo speciali articulo controuerso: (quāuis & hoc habeat) quin potius id respicit, qd ad oēs articulos pertinet, & omnibus commune est: q̄ scilicet sit uera Ecclesia, qd uerum iudiciū in dubijs fidei, quæ ratio, & quis modus in controuersijs finiendis seruandus uel ab ipsa Ecclesia, & concilio, uel à priuatis etiam, ut uel ueritas inueniatur, uel saltem nō discedatur à fide. hæc uides q̄ sint uerè cōmunia omnib. & fundamenta quædam: quibus rectè collocatis superædificari possit stabile ædificium: secus aut, & peruersè constitutis, non aliud construi, nisi quòd ruat, & casu suo obruat oēs. Brentius itaq; me arguit & damnat, q̄ unicā Domini sponfam, eius scilicet ueram Ecclesiam infamē: dum uisibilem manifestamq; esse, & peccatores habere dico. Ostendit. n. ille, qd alij Lutheri discipuli apertius docent, baptizatorū cœtum aliquando dici Ecclesiam, sed non illam, cui Christus promittit, q̄ portæ inferi non præualebūt aduersus eam. Hanc enim ueram esse Ecclesiam, quæ cum Christo in æternum beata est, & ex gratuita Dei electione constat. atq; alicubi ait, quòd in his mihi contradicā: quia aliās etiam eam absconditam dico. Deinde addit, q̄ scripturæ sacræ maiestati detrahā: dum illam obscuram, atq; insufficientē esse dico: & traditiones Apostolicas non minoris auctoritatis facio ipsa scriptura, atq; humanæ auctoritati eam subijcio, dubium eius sensum à patribus, & concilijs petendum esse docens: & in his similitè q̄ mihi contradicam, accusat: q̄ alibi fateor cōcilia posse errare, & quædam errasse: alibi aut negem Spiritū sanctum permissurum, ut ea errent: & q̄ cum patribus uidear honorem deferre: tamen si contra me cicerentur, dicam eos exponendos prudenter & modè: aut ad speciales leges dispensationis pertinere, quæ ex illis afferuntur. & deniq; de eo me acriter accusat, q̄ in rebus fidei principes nec audiendos putauerim: sed episcopis tribuam auctoritatem dubia definiendi, & cæteris imposuerim necessitatem standi illorum sententiæ. Ille igitur ad seculares principes, & ad eos, quos ipsi in consiliū uocauerint, pertinere iudicium de dubijs fidei, & nulla ex parte ad episcopos afferit. atq; illos esse membra Ecclesiæ nobilissima, hos autem iuxta ministerium suum serua, hos autem iuxta ministerium suum seruauos, & mancipia, etiam si sint pij: nostros uero, quot quot agnoscunt sedem Petri, hostes Christi, & Ecclesiæ ueræ esse: & tandem ad scripturā, quæ sufficiens est ad omnia, & per se aperta, oēm exigendā esse cuiuscunq; doctrinam: nullumq; quantumuis priuatum, posse aliquam recipere, nisi prius eam expecterit, & iudicauerit consonam esse scripturæ, & in eo iudicio expectandum esse Christam, qui uel uniuersaliter, uel particulari-

ter suam sententiam patefaciat. In his habes breuissimo compendio, quæ quatuor locis agit Brentius: eius de his omnibus uerba factus, superq; retulimus. Vbi uide, quæso, quò potest ulterius progredi diuisio, & schisma in Ecclesia, nisi ut cum diuersæ sententiæ de fide sunt, & cum eundem locum scripturæ alius aliter interpretatur, neq; ullum agnoscamus iudicium, nullum concilium, nullū episcopū: & deniq; nullam omnino creaturam, etiam Angelum, cuius sententiæ standum sit: sed q̄libet teneatur expectare scripturam, & iuxta suū iudicium credere: itaq; nullus, etiā si uelit, obedire alteri possit: nec inuenire quidem, cui tuto obediat circa fidem: sed expectare debemus, quousq; Deus sententiam ferat, sicut ueri propheta in lege ueteri, cum aduersus eos alieni & falsi staret, sustinuerunt, quousq; Deus ueritatem ostenderet. Sic Michæas, sic Hieremias, sic Apostoli, sic deniq; patres, qui contra Arrianos steterunt: quasi uerò quilibet in suo sensu, & iudicio diuinam reuelationem habeat, non minus quā propheta: aut certum consensum Ecclesiæ, sicut qui Arrio restiterunt: interim cum iudicia Dei occulta sint, & quædam permittat iratus, quædam uerò etiā misericorditer operetur: oēs etiam contraria sequentes, persuadebunt sibi suam sententiam à Deo esse. Neq; igitur concilia, aut nationalia, aut uniuersalia quicquā proderūt, nisi quantum cuiq; uisum fuerit. Quam misera, quā diuisa & iactabunda est conditio credentium in tanta incertitudine. itaq; merito diximus non esse, quò ulterius rebellio, & pertinacia procurat: non in quā esse ualeat maior uel inordinatio in Ecclesia, uel in fide incertitudo, uel deniq; in ratione societatis humanæ inferior conditio. Quare illud certum est, hanc maiorem esse confusio- nem illa Babylonicæ turris: ideoq; non solum nullam seruari posse unitatem, ubi tanta est diuersitas: sed necessarium esse, ut à se inuicem discedant, & separentur ij, quibus neq; eadem uox, neq; idem sensus est. quid deniq; apertius rationi & fidei contradicit? quæ maior temeritas & libido audendi, sequendiq; circa fidem quicquid libuerit? Postremo usq; adeo à ratione aliena est hæc Bententia, ut neq; possit ipsa sibi constare: neque certè sensus hominis, à quo in lucem est edita. Ut igitur breuiter hoc colligamus, nō solum in hac parte, sed in omnibus etiam illis quatuor locis, q̄s tractandos suscepi, & in quā plurimis alijs sibijpsi Brentium contradicere nō est difficile uidere ei, qui attentè legerit. Verum omisissis cæteris, horū quatuor locorum præcipuas repugnantias iam audiamus. In primo quidem de principum auctoritate, dat ipsis potestatem dubia fidei definiendi, & seueriter animaduertendi in eos, qui aliter senserint exemplo Dauidis & Ezechie, ac legis auctoritate: atque in eo-

dem loco disertè afferit, nullum debere cuiusquam sententię stare, nisi illam prius exegerit ad scripturam, & eidem consonam iudicauerit. Et deniq; ut, proxime diximus, solum Christum esse agnoscendum iudicè, in quibus (ut omittam, q; omni seditioni & rebellioni aperuit uiam) apertè priora destruxit, dās auctoritatē principibus: cui tamē nullus obedire teneatur, nisi sibi id uisum fuerit, de q; satis paulò ante dictum est. In secundo uerò loco scripturam dicit p se manifestam, & ex se sola exponendam: atq; in eodem clamat, esse in Patribus sensus alienos ab ea. Symbolum fidei, decalogū, & sacramenta omnibus manifesta esse dicit: & circa hæc in plurimis confessio Vvritenbergenfis ab eo edita uniuersam damnat Ecclesiam, & sensum Christi ignorasse afferit: ut in eodem munione alterius speciei, in sacro chrismate & unctionibus. Quę apertior repugnancia, quam scripturam dicere per se manifestam esse, & eius sensum latuisse Augustinum, Hieronymum, & reliq; patres? Deniq; cum in sua confessione fateatur, Ecclesiam habere auctoritatem exponendi dubios sensus scripturę: clamat hoc loco contra me, q; nihil amplius in hac parte assero, q; q; subiiciã scripturam sensui humano. In tertio deinde loco negat traditiones Apostolicas pares esse auctoritate cū scriptura: imò esse aliqd, quod non sit scriptū recipiendum certa fide: sed scripturam esse sufficientē ad salutem: & tamen in eodem disertè dicit, q; Apostoli nonnulla tradiderunt, & instituerūt, quę non sunt literis cōprehensa: & Pauli auctoritate confirmat, Tenete traditiones, quas didicistis siue p sermonem, siue per epistolam, ubi si quærã, an hoc præceptum Pauli sit obseruatum in Ecclesia an non? negare seruatum à Pauli discipulis & successorib; quod Paulus præcepit ad Ecclesię necessitatē, nescio quomodo possit: q; si seruatum est, ergo Apostolicę traditiones seruantur sine literis. Quomodo igitur stat cū his, scripturam omnia continere: nisi quia, ut diximus, traditiones sine scriptura recipe re, & stare sententię Ecclesię, scriptura iubet, ubi omnia inclusit: sed hoc irridet Brentius magna facilitate. Quomodo demum stat, q; ille fateatur eos libros canonicos esse, quos omnes Ecclesię pari consensu recipiunt, & certissima fide tenendos sola traditione nō scripta: & tamen negare alia, quę eodem testimonio, hoc est, consensu omnium ecclesiarum probantur, & ab Apostolorum tempore semper seruata sunt non recipienda esse, nisi scriptura probentur. In ultimo loco de Ecclesia uera quam uocat, dicit q; ex electione Dei pendet, & inuisibilis est, atq; incerta. Quod in confessione priori asserunt: neq; sciri posse, quis ad eam pertineat, & tamen, cū de auctoritate suorum principū loquitur manifestè ait, eos uerè Ecclesię membra esse nobilissima: neq; de incertis hoc, sed de

suo ipsius principe, quem hortatur, ut agat ex auctoritate, tanquam nobilissimum Ecclesię membrum. Deniq; ait, quòd sicut Paulus uocat Ecclesiam Corinthiorum, & Thesalonicensium: sic principes, qui agnoscunt Christum, sunt Ecclesię membra. Rursum peccatores admisceri Ecclesię & ministeria eorum integra esse dicit: & clamat contra me, quia dico illos esse membra mortua, sed ministeria eorum non inuitalia, & uana esse. Itaq; in tota hac causa, de qua agit, nō potest sibi constare: qui non pro maiestate scripturę, aut Ecclesię sanctitate: sed pro libertate sensus sui, & imputitate egit. Verum audiam sententiam catholicam certis testimonijs à nobis confirmatam. Docet enim hæc, primū agnoscere unam, certamq; Ecclesiam: & ideo uisibilem, de qua Paulus dixit: quòd sit columna, & firmamentum ueritatis, ac nullo modo duas esse Christi Ecclesias, aut de duabus scripturam loqui, sed de una semper: & si quædam dicantur in ea propter solos bonos, q; sunt uiua eius membra: quædam aut propter solos malos, qui eidem altari, atq; templo, & orationibus participant: neq; tamen Ecclesiam ipsam, aut iustos in ea inficiunt, quando, uel q; nesciuntur, uel quia ita expedit, tolerantur, q; d; Aug. & Aphricani oēs episcopi, imò tota Ecclesia contra Donatistas definiuit. Characterē autem uerum huius Ecclesię ab Apostolorum prædicatione, & auctoritate, unde illa orta est, sumendum esse docet sana fides. Is uerò est consensus cū doctrina Apostolorum, nulliusq; nouitatis contrarię ijs, quę publicè in Ecclesia ab ipso initio prædicationis Apostolicę recepta sunt, admissio, agnitio item episcoporum legitime succedentium Apostolis: atq; unius uicarij Christi succedentis Petro in Ecclesia Romana, Sic docuerūt nos antiqui patres post fundatas ab Apostolis Ecclesias, omnem doctrinam, contra quam de nouitate excipi possit, suspectam habendam esse: & eam sequentes alienos esse ab Apostolicis Ecclesijs. hæc est uerã Ecclesię unitas: à qua discessisse proprium hæresos est, & schismatis. hæc apertissimis scripturę, & patrum testimonijs confirmauimus: quæ manifestè conuincunt, Ecclesiam effecertam, & uisibilem: prædicatione Apostolorum nunquam aut extingui, aut obliuioni tradi potuit: semper manifesta fuit & ipsa, & ceteris ille hominū, qui eam suscepit: hæc diximus sine ulla contradictione, ac dubitatione, falsi quidem sumus imbecillioribus ingenijs rationē unitatis Ecclesię obscurã nonnullam quã esse: sed nos tamen eam explicuimus. neq; hoc impedit, etiã si obscurū sit, Ecclesię perspicuitatē. Certè perspicui sunt Petrus, & Ioannes, q; uidemus: illosq; esse homines constat, etiã si ratio, qua homines sunt, sit obscura insipientibus. hæc unã agnita Ecclesia, ostendimus in omni dubitatione de
fide,

fide, atq; religione ad illam confugiendam
 esse: ita ut quamdiu quid circa hæc sentiat
 illa, nobis ignotum est, nihil certò affirmare
 debeamus: sed inquirere, quid Apostoli tra-
 diderint, idq; testimonijs consonis patrum
 maxime eorum, qui ab Apostolis ordinati
 sunt episcopi in Ecclesijs, quas instituerunt,
 & qui illos postea sequuti sunt. Cùm uerò
 de hoc dubium est, cogi debet concilium si-
 ue uniuersale, siue prouinciale, & in eo ueri-
 tas inquiri: quæ si inuenta fuerit, & defini-
 ta, tenenda est, neq; ab ullo inferiori in du-
 bium reuocanda: ita tamen, ut salua semper
 sit uniuersalis Ecclesiæ, & concilij auctori-
 tas. Nihil itaq; hic uarium, & inconstans: sed
 omnia certissimè constituta sunt. Cùm au-
 tem scriptura dubia est, & in diuersos sensus
 trahitur, ex Apostolorum prædicatione, &
 traditione est exponenda. hæc traditio testi-
 monijs consonis patrum confirmatur: de
 quibus, cùm dubium est, in concilio genera-
 li inquiritur, quid ab omnibus, quid ubiq;
 quid semper prædicatum est. hic sensus con-
 sonus patrum est summæ auctoritatis: quod
 uerò iuxta proprium sensum illi asserunt,
 uerò inferioris auctoritatis est. Cõcilia au-
 tem legitimè congregata, si rectè se gerant:
 & qua opus est humilitate, & diligentia que-
 rant ueritas, non permittit Christus ea er-
 rare: qui dixit: ubicunq; fuerint duo, uel
 tres, &c. Verùm si nõ, ut opus est, ueritas que-
 ratur, & affectibus indulgeatur, Deo ita per-
 mittente, errabunt, sed certò credimus non
 permissurum Deum, ut error ille præualeat.
 Nam promissio illa Christi: portæ inferi nõ
 præualebunt aduersus eam, nunquam desi-
 ciet. Hæc est, quam asseruimus in hac causa,
 unde omnia alia dissidia religionis pendet,
 doctrina: in qua nihil est, quod non mode-
 stiam, & tranquillitatem publicam, & priua-
 tam contineat: quare nõ est, quòd pluribus
 agam. Quærit quidem Brentius multa alia
 extra causam, quàm in Prolegomenis egit:
 in quibus & me, & catholicam fidem nobis
 repugnare conatur ostendere: ut de contri-
 tione, & satisfactione, quibus dicimus pecca-
 ta remitti: item de meritis bonorũ operum.
 Sed illa missa faciamus, ut quæ ad rem præ-
 sentem non pertineant: ea proprijs locis si
 opus fuerit, explicabuntur. Vnum omitten-
 dum non est quòd ui magna uerborũ con-
 tra me clamat Brentius, quia dixi prædica-
 tionem euangelij ad literam occidentè per-
 tinere: dicit enim in epistola ad illustrissi-
 mum ducem, quòd Paulus uocat potentiã
 Dei in salutè omni credenti, & administra-
 tionem spiritus: hoc furiosus homo uocat
 literam occidentè, quòd etfi etiam alterius
 negotij sit, hoc tamen loco nolui tacere, ut
 aduersas hominis huius uel attentionem,

uel iudiciũ circa præcipuum caput huius
 noui euangelij, cuius ipse doctor est. Nõne
 Paulus suam prædicationem dicit alijs esse
 ad mortè, alijs ad uitam? Imò Christus ipse
 remissiũs inquit agendum esse cum Tyro,
 & Sidone, quàm cum multis, qui eius prædi-
 cationem audierunt. Si igitur prædicatio Pau-
 li, & quidem ipsius Christi multis fuit lapis
 offensionis, & scandali, quomodo non ad li-
 teram occidentem pertinet? nunquid præ-
 dicatio euangelij est spiritus Dei uiui? quo,
 & non atramento, inquit Paulus, inscribi-
 tur cordibus quod exterius prædicatur?
 Nõne potiùs ea prædicatio pertinet ad ex-
 terius illud ministerium plantandi, atq; riu-
 gandi? Nunquid prædicatio euangelij est
 incrementum dare? hæc omnia cùm aper-
 tissima sint, & certissima consensu Ecclesiæ
 definita: uide, rogo, quanta inconsideratio-
 ne à B. ego furiosus uocor, quia hæc dixi. imò
 uide, quos etiam furiosos uocet. Augu. pro-
 prio loco de hoc agens, ita dicit aduersus Pe-
 lagianos: Hæc gratia si doctrina dicenda est,
 certè sic dicatur, ut altiùs, & interiùs eam
 Deus cum ineffabili suauitate credatur in-
 fundere, non solùm per eos, qui plantant, &
 rigant extrinsecus: sed etiam per ipsum, qui
 incrementum suum ministrat occultus: ita
 ut non ostendat tantummodo ueritatè, sed
 impartiat charitatè. & post pauca quædam
 apertius hunc locum claudens, sic inquit:
 Qui autè nouit quid facere debeat, & non fa-
 cit nõdum à Deo didicit secundum gratiã,
 sed secundum legem: nõ secundum spiritũ,
 sed secundum literã. Et quid est opus mul-
 tis in hac re? Tota Ecclesia aduersus Pelagiũ,
 cuius Brëtius maximũ inimicũ se ostendit,
 manifestè definiuit anathema esse eum, qui
 dixerit gratiam Christi ad doctrinam perti-
 nere. hic enim erat error Pelagij: quo puta-
 bat gratiam Dei esse, q; nobis diuina præce-
 pta, & beneficia prædicentur, & q; legamus
 eius scripturã, & uerba. Quod nũc B. docet,
 nõne dignus est, qui Pelagianus uocetur?
 Sed, inquit, Paulus uocat euangelium poten-
 tiam Dei. Et hinc etiam illum corruptionis
 scripturæ meritò accuso. Quis non nouit cõ-
 sueta phrasi scripturæ nuncium pro re ipsa,
 quæ nunciatur, aliquando sumi? quo sensu
 Paulus non prædicationè suam, sed res eas,
 quas docebat, merita scilicet Christi, gratiã
 Dei, potentiam uocat in salutem omni cre-
 denti. Ex qua inconsideratione uides, in quã-
 tum errorem lapsus fuerit B. quòd ultimo
 loco putauit ponendum esse, quoniã primò
 ille contra me id dixit. His igitur finem iam
 imponamus, precãtes Deũ, ut Spiritu sancto
 suo det nobis omnibus cogitare, & quærere
 quæ, ut uerbis Psalmi loquar, ad pa-
 cem sunt Hierusa-
 lem.

Lib. de gratia
 Christi
 cap. 12.

Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, mostly illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

cap. 14